OFFICIALIS
CURIÆ REGULARIS
Ad optimè defendenda ſuæ Religionis jura in Curia examinanda, ſatis inſtructus

AUCTORE

P. FR. AUGUSTINO MATTHÆUCCI LUCENSE,
Provinciæ Obſervantis Romanæ, S.Theol.Lect.Jubil. & olim Romanæ Curiæ Secret. Generali.

OPUS

Regularibus, Superioribus æquè, ac Subditis neceſſarium;

Confeſſariis, & Juris Canonici ſtudioſis commodiſſimum.

TOMUS PRIMUS.

Cui, in hac ſecunda impreſſione Romana, cum pluribus Sacrar.Congreg. Decretis, & Apoſtolic.Conſtit. Tomus Secundus acceſſit.

AD

ADMODUM REVERENDUM PATREM

F. JOANNEM MARIAM MAESTRINI A S. CRUCE

Ordinis Minorum.

ROMÆ, MDCCI.
Typis Jo:Jacobi Komarek Boëmi propè SS. Vincentium, & Anaſtaſium in Trivio.
SUPERIORUM PERMISSU.

Dom. Prof. Rom.

Digitized by Google

Digitized by Google

REV. ADM. PATRI

FR. JOANNI MARIÆ MAESTRINI

A SANCTA CRUCE,

Ord. Minor. Regul. Obſerv. Concionatori Clariſſimo, S. Theol. Lectori Jubilato, ex Secretario Generali Ordinis, Provinciæ Obſerv. Thuſciæ ex Miniſtro, Eminentiſsimi Principis Franciſci Mariæ, Cardinalis ab Hetruria, Confeſſario, & Theologo, ac in Romana Curia Commiſſario Generali.

FR. AUGUSTINUS MATTHÆUCCI LUCENSIS F. P.

NON diù anceps mens hæſit, REVER. ADM. PATER, cui, prælo jàm ſubmiſſum, opus nuncuparem. Namq; vix animo ea de re meditanti, Tu unus ſtatìm opportunè occurriſti; quem eruditio, & rerum Regulæ itiæ mirificè condecorant; quiquè obindè om m plauſibus celebraris, omneſque in tui com-

mendationem Animos erigis, in admirationem rapis. Nullum propterea tibi præferendum, aptioremvè reperire autumavi neminem, ſub cujus glorioſiùs Auſpiciis iſtud potuerim luci permittere. In te quippè Uno meliùs, faciliùs, itemque feliciùs, id aſſequar, quod in ſuarum lucubrationum inſcriptione cæteri Scriptores ambiunt; Illudque ſplendoris, æſtimationis, & pretii, quod à quopiam, quantùmvis propriarum Virtutum meritis eximio, & operum fructibus claro, eidem eſſem aſſecutus, à Te indubiè percipiam. A quo id potius expetendum, fauſtiùſque expectandum, niſi tu ipſe præſtares, qui mixtas ſpeculabilibus practicas, humanas ſacris, ſcientias omnes mente complecteris? Quarum hactenùs tot exhibuiſti experimenta, in Templis, Exedris quoque, & Regimine: ſed ea morum ſuavitate, & candore, ea integritate, & plauſu, ut Te ſuſpirans diſcedentem viderit, & adhùc lachrymetur, Hetruria: læta detineat Roma. Ibi, quia abes, deſideraris: hìc, quia ades, es in deliciis. Illa adminiſtrationi aptum, hæc Te, ferè natum, negociis conſiderat. Utraque Te ſuſcepit, utraque obſtupuit, ad eas Te conjiciens conſcendiſſe dignitates, ad quas non adeò facilis ſine omnium Virtutum præſidio aditus aperitur; Verùm Roma correxit errorem, & unicam tuæ haùd credidit curæ Provinciam; ſed omnium

Fami-

Familiæ Ciſmontanæ negociis, in Curia examinandis, eam in recenter celebratis Comitiis præfecit; Nec ſatis fuit merentem eligere, ſed eum ad dignitatem vocare, qui cæteris præſtaret, ac ſuffragantium ad ſe traheret amica ſuffragia. In quo idem eorum ſenſus apparuit, ut dignitatem tibi, non tàm darent, quam redderent. Meum hìc non eſt tui Animi ornamenta recenſere, dotes exſcribere; alioquin tacitus omninò præterire, nec deberem, nec poſſem, majoris ponderis decora, quibus in Te ipſo Univerſa Minorum inſignitur familia. Cui illud totum confers ſplendoris, quod tuo, quòndam Theologicum Magiſterium apud glorioſæ recordationis Supremi Senatus Viros *Julium Spinulam*, *& Dominicum Mariam Corſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales* peractum, nactum eſt nomini: & à te id itidem gloriæ in eam derivatur, quod in præſentia, tibi munificentiſſima Clementia *Cardinalis ab Hetruria* communicat; dum tuorum meritorum fama, tuæ Virtutis rumore, & plauſu perculſus, illectus, ad propriæ conſcientiæ excipienda ſecreta, & ſpiritus dirigenda negocia præelegerit. Iſtud adeò patens tuæ commendationis monumentum ſatis loquitur; Eidem proindè remitto, ut eam à Te adhibitam in rebus geſtis prudentiam edicat, in conſiliis dexteritatem celebret, in miniſteriis zelum, & fructus commemoret; dum

hæc

hæc, tametſi fuſiori ego protenderem calamo, ſemper, aut hebes, aut judicarer elinguis; & interìm precor, ut humillima meæ nuncupationis obſequia, tibi propria, comitate ſuſcipias; tuæque protectionis præſidio aſſiſtas opuſculo, ut propterea, vel nùnc lauder, vel laudabilis ſaltèm dignoſcar, nonmodò, quia beneficiorum memoriam exhibuerim, verùm etiam, quia indigo *Officiali* Te tantæ auctoritatis Patronum conquiſierim. Vale.

APPRO-

APPROBATIONES ORDINIS.

Reverendiſſime Pater.

JUſſis P.V.Reverendiſſimæ, debita animi promptitudine parendo, haùd minus ſedulò, quam maxima intellectus mei utili complacentia, *Addita ad Capita Officialis Curiæ, &c.* à ſtudioſiſſimo Adm. Rev. Patre Auguſtino Lucenſe, Ordinis noſtri Lectore Jubilato, & Conventus B. Bartholomæi ad Inſulas Guardiano, elaborata, perlegi; In quibus, nedùm nil omninò Catholicam veritatem, Fidei Orthodoxę puritatem, morumque innocentiam lædens reperi, verùm in eis contenta Sacris Canonibus, Pontificiis Decretis, ac Sacrarum Congregationum reſolutionibus conſona eſſe comperi. Hinc, ut ſummoperè cunctis Eccleſiaſticis Perſonis, necnon utriuſque Juriſperitis perutile, in publicam lucem prodire poſſe cenſeo, ſalvo ſemper meliori judicio. In quorum teſtimonium &c. Datum Romæ in Almo Conventu Aracælitano die 18. Martii 1701.

Ego Fr. Angelus de Stroncønio, Concionator clariſſimus, Lector Jubilatus, Seraphicæ Provinciæ Cuſtos, & Ciſmontanæ Familiæ Advocatus Fiſcalis &c.

Reve-

Reverendiſſime Pater.

OPus, cui titulus Officialis Curiæ *ab Adm. Rev. Patre Fratre Auguſtino Lucenſe, Ordinis noſtri Lector Jubilato, hujus Almæ Provinciæ ex Diffinitore, & Conventus S.Bartholomæi in Inſula Tyberina Guardiano, elaboratum, de Reverendiſs. P. V. mandato diligenter perlegi, & cum ſumma animi voluptate conſideravi. Fateor Reverendiſs. P. V. me ex eo plurimùm in rerum Regularium notitia profeciſſe, & de doctrina, & Auctoris erga veritatem affectu ſincerè judicaſſe. Cenſeo itaque de re licteraria, & ordinis fore ut publici Juris fiat, cùm non modò quidquam in eo contra Fidem, & bonos mores invenerim, ſed etiàm ſingula Catholicam, & Regularibus neceſſariam doctrinam ſapiant. In quorum &c. Dedi Romæ ex Aracœli die 15. Martii 1701.*

Reverendiſs.P.V.

Humiliſs. addictiſs. obſequentiſs. Subditus

Fr.Michael Angelus de Candia Sac.Congreg. Indicis, & Rituum Conſultor, Sac.Viſitat. Apoſtolicæ Votans, Cœſareus, & Apoſtolicus Concionator, ac Ordinis Diſcretus perpetuus &c.

FR.CHE-

FR. CHERUBINUS A NARDO,
Ordinis Minorum Strictioris Obſervantiæ Sancti P. N. Franciſci, Sac. Theol. Lector Emeritus, & in hac Ciſmontana Familia, tam Obſervantium, quàm Reformatorum Commiſſarius Generalis, & Servus.

Dilecto Nobis in Chriſto R.P.Fr.Auguſtino Lucenſi, Concionatori, & Lectori Jubilato, Provinciæ Noſtræ Obſervantis Romanæ Ex-Diffinitori, & Conventus S.Bartholomæi Guardiano.

Tibi, qui, nuper ædito Opere, inſcripto *Officialis Curiæ &c.* ad majorem eorundem Officialium commoditatem, alia Capita eidem addenda collegiſti, eaque unà cum Opere ipſo Typis dari deſideras: Cum à duobus noſtri Ordinis Theologis, quibus id commiſimus, reviſa nedum & approbata, verùm ſummoperè commendata fuerint, ac prælo digna; facultatem concedimus, ut idem Opus unà cum præfatis additionibus imprimi facias, ſi Majorum, ad quos ſpectat, conſenſus acceſſerit, & ſervatis aliàs ſervandis. Datis Romæ ex Aracœli die 23. Martii 1701.

Fr.Cherubinus à Nardò
Commiſſarius Generalis.

Loco ✝ Sigilli.

De mandato Suæ Paternitatis Reverendiſs.
Fr.Bonaventura Faventinus Secret.Gener.

b Impri-

Imprimatur, ſi videbitur Reverendiſs. Patri Magiſtro Sac. Palatii Apoſtolici.

Dominicus de Zaulis Epiſcopus Verulanus V.Gerens.

Imprimatur,

Fr. Paulinus Bernardinius Ord. Prædicatorum Sac. Apoſtolici Palatii Mag.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
CAPITULORUM
Tomi Primi.

CAP. I. Officialis quoad Abbatiſſæ Electionem. *pag.* 1

CAP. II. Officialis quoad Abſolutionem à caſibus reſervatis Epiſcopo. 10

CAP. III. Officialis quoad abſolutionem ab Excommunicatione lata in Seculares. 14

CAP. IV. Officialis quoad abſolutionem ab Excommunicationibus, & caſibus Bullæ Cœnæ. 28

CAP. V. Officialis quoad allocutionem cum Monialibus. 55

CAP. VI. Officialis quad Altaria Privilegiata. 68

CAP. VII. Officialis quoad Apoſtatas. 75

CAP. VIII. Officialis quoad approbationem ab Ordinario ad Secularium Confeſſiones. 94

CAP. IX. Officialis quoad Benedictionem. 108

CAP. X. Officialis quoad bona Monaſteriorum, & Eccleſiaſticorum. 114

CAP. XI. Officialis quoad Capellas. 132

CAP. XII. Officialis quoad celebrationem Miſſarum. 139

CAP. XIII. Officialis quoad Clauſuram Monialium. 181

CAP. XIV. Officialis quoad Conciones. 199

CAP. XV. Officialis quoad Confeſſarios Monialium. 205

CAP. XVI. Officialis quad Confraternitates. 210

b 2 CAP.

CAP.XVII. Officialis quoad Conſervatores. 219
CAP.XVIII. Officialis quoad Conventus. 225
CAP. XIX. Officialis quoad declarationem Regulæ Sancti Franciſci. 247
CAP. XX. Officialis quoad Delicta. 272
CAP. XXI. Officialis quad Diœceſanam legem. 280
CAP. XXII. Officialis quoad Electionem Prælatorum. 287
CAP. XXIII. Officialis quoad Excommunicationem Canonis. 311
CAP. XXIV. Officialis quoad exemptionem ab Ordinarii Juriſdictione. 336
CAP. XXV. Officialis quoad Exequias. 357

INDEX

INDEX
CAPITULORUM
Tomi Secundi.

CAP. I.	Officialis quoad Feſtos dies.	pag. 1
CAP. II.	Officialis quoad Gabellas.	7
CAP. III.	Officialis quoad habitum Regularem.	26
CAP. IV.	Officialis quoad Immunit. Eccleſiaſt. & Monaſt.	30
CAP. V.	Officialis quoad incorrigibiles expellendos.	70
CAP. VI.	Officialis quoad Indulgentias.	91
CAP. VII.	Officialis quoad interdictum Eccleſiaſticum.	107
CAP. VIII.	Officialis quoad Irregularitatem.	117
CAP. IX.	Officialis quoad Legata.	151
CAP. X.	Officialis quoad literas Sacræ Pœnitentiariæ.	158
CAP. XI.	Officialis quoad Moniales.	161
CAP. XII.	Officialis quoad Novitios.	164
CAP. XIII.	Officialis quoad Ordines.	167
CAP. XIV.	Officialis quoad Præcedentiam.	170
CAP. XV.	Officialis quoad Privilegia.	175
CAP. XVI.	Officialis quoad Proceſſiones.	187
CAP. XVII.	Officialis quoad Quartam.	192
CAP. XVIII.	Officialis quoad Quæſtas.	197

CAP.

Digitized by Google

CAP.XIX. Officialis quoad res Eccleſ. & Monaſt. non alienan. 200
CAP. XX. Officialis quoad Sacramentorum adminiſtrationem. 203
CAP.XXI. Officialis quoad Sepulturas. 206
CAP.XXII. Officialis quoad Syndicos. 209
CAP.XXIII.Officialis quoad Tertiarios. 216
CAP.XXIV.Officialis quoad Viſitat. Ordinarii reſpectu Regularium. 221

LEGEN-

LEGENTI.

INgenuè loquor, & alienum ab aſſentatione ſenſum aperio; Officialem Curiæ exhibeo, vel opus Regularium Privilegia à S. Sede, vel in totum revocata, aut moderata, & correcta, luci permitto. Non edocturus peritos, ſed ipſis aptavi ſimplicibus; quos, utinam, lectura inſtrueret, & juxta monita ipſi ad praxim ea deducerent, quæ adhùc ſubſiſtere viderint; & quæ ipſemet cenſeo unicè eas poſſe præpedire ſciſſuras, quas crebrò legis ignorantia in populi ſcandalum parit. quod, ut obtinerent faciliùs, primę editionis Tomo plura adjeci Sacrarum Congregationum Decreta, Jura, Canones, & Apoſtolicas Conſtitutiones, & ſecundum addidi: quorum ſingula fideli æquè, ac moderato calamo exſcripſi, ex probatis Authoribus excepi, ac ex ipſiſmet teſtibus ebibi: ipſos percurrant; etſi quid boni repererint, Deo gratias; sin verò, vel aliquid inutile judicarint, Authori imputetur. cui, ſi illud aptetur, ne Sutor ultra crepidam, parcit, non iraſcitur; licet contra impreſſores, id nec poſſit omittere, dum ipſi errores, quos ipſe correctos dedit, in ipſa impreſſione corrigere neglexerint; proindè errata bonus corrigat Lector, & commata ipſa, ſicut literas, ipſorum incuria, omiſ-

omiſſas, additaſve ſuis reſtituat locis, ut ſenſum perfectum verba retineant, quem ipſe intendit; & quem cum cæteris in utroque Tomo prælo ſubmiſſis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ eſt Columna, & Firmamentum veritatis, judicio, & cenſuræ ſubmittit; & quatenus opus ſit libenti animo retractat. Vale, & Deum exora.

OFFI-

Digitized by Google

OFFICIALIS CURIÆ REGULARIS

CAPUT PRIMUM.

Officialis quoad Abbatiſſæ Electionem.

SUMMARIUM.

1 *Abbatiſſa eligitur per vota Secreta.*
2 *Secreto non officit aſſiſtentia adnotantium ſuffragia.*
3 *Nulla eſt Electio, ſi unius ſuffragium non ſecretò reddatur.*
4 *Clauſula Decreti irritantis actum contra ejus tenorem factum annullat.*
5 *Decretum irritans, etiam ignorantes, ligat.*
6 *Electio non ſecreta per ignorantiam non ſuſtinetur.*
7 *Annus quadrageſimus debet eſſe completus.*
8 *Eligi poteſt trigenaria.*
9 *Poteſt fieri per ſchedulas, & oretenus.*
10 *Major pars Capituli ſufficit.*
11 *Supra Medietatē ſat eſt quilibet exceſſus; & erit ſanior.*
12 *Electa triennium officii non poteſt excedere, & triennio debet vacare.*
13 *Superior non ſuffragatur in electione.*
14 *Cum Pralato Regulari poteſt Ordinarius intereſſe.*
15 *Cum Vicario non intereſt Notarius, & alia ibi.*
16 *Ordinarius non recipit vota.*
17 *Non adnotantur, nec ab Epiſcopo, Notario, vel Cancellario.*
18 *Non competit Ordinario jus confirmandi Abbatiſſam.*
19 *Nec poteſt publicare electionem.*
20 *Confirmationibus annualibus non intervenit.*
21 *Illegitima eſt ineligibilis: Tertia Soror, pœnitentiata, & Vidua.*
22 *In eligenda profeſſio tacita non ſufficit.*
23 *Quibus profeſſio tacita probetur.*
24 *Quid faciendum cum duæ eligantur?*
25 *Abſolvens triennium poteſt regere Monaſterium ſub alio titulo.*
26 *An Converſæ valeant ſuffragari in electionibus?*
27 *Tempus ad ſuffragandnm profeſſis taxatum.*

1 IN Abbatiſſarum electione, ſicut, & cæterorum Superiorum, ea in praxi ſunt obſervanda, quæ *Trident. ſeſſ. 25. cap. 6. de Regul.* expreſsè, ut infra diſponit. *In electione Superiorum quorumcumque &c., & Abbatiſſarum, ac aliarum Præpoſitarum, quo omnia rectè, & ſine ulla fraude fiant, in primis Sancta Synodus diſtrictè præcipit omnes ſupradictos eligi debere per vota ſecreta; ità ut ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur*: Et infrà: *Si verò contra hujus Decreti conſtitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita ſit*. Ex quibus liquet Concilium ea ſtatuere, quæ ad id conducunt, ut electiones ſint liberæ. Quippè liberiùs quiſque profert, quod in Conſcientia ſentit, ſi de ſecreto non dubitet: & faciliùs vitantur incommoda, quæ è publicatione poſſent in Monaſteriis, propter neceſſitatem ſimul vivendi, oriri, ex obſervatis ab *Engel. Colleg. univerſi juris Can. lib. 1. tit. de Electione n. 35.*

Nec ſecreto Electionis officit aſſumere duos probatos,
2 prudenteſque viros, qui eligentium ſuffragia audiant, & notent: quia, præterquam quod id non faciat, quin electio ſit ipſis Monialibus ſecreta, prout notat etiam *Pellizarius de Monialibus c. 10. ſeſſ. 2. ſub ſect. 1. quæſt. 10. n. 99.* iiſdem inhibetur eligentium nomina publicare. Et ſunt neceſſariò adhibendi, ut de electionis validitate ſint teſtes, & ſine fraude, & dolo contigiſſe ſciant.

3 Officeret tamen, ſi una ex ſuffragantibus voce intelligibili, & alta ſuffragium redderet Præſidi ſic, ut, quæ magis eſſent propinquæ, cui eſſet datum, audirent; Etenim in caſu ſecreta, nec diceretur, nec eſſet; beneverò nulla. Quod, attento Decreto irritanti ibidem appoſito, dubium non eſt. Cum clau-
4 ſula *Decreti irritantis* ipſo jure actum contra ipſius tenorem geſtum annullet ex gloſſa in Clementina, *Cum ei de Conceſſ. præben. lib. 3. tit. 3. Verbo præſupponendum*. Et firmant Doctores apud *Sperell. deciſ. 161.* addentes, nec vigore conſuetudinis ſubſtineri electionem alitèr factam, quia, ut ipſe notavit, Decretum irritans omnem tollit conſuetudinem in contrarium, etiam futuram. *Vide cap. Offic. quoad electionem Prælat. num. 13.*

Imò, eodem ex aliis ſuſtinet formam ſubſtantialem induci:

ci: hinc notandum eſt, quod licet ex omiſſione eorum, quę ſunt de ſolemnitate non ſubſtantiali, electio ipſo jure non irritetur, ſed annullanda reddatur: oppoſitum ſequitur in eorum defectu, quæ ſunt de ipſius ſubſtantia.

Nec favet electioni, quod Monialis ex errore, & Juris ignorantia (quæ per DD. tàm in Muliere, quàm in minori præſupponitur) votum reddiderit, quia *ex cap. quodam de præben. in 6. lib. 3. tit. 4.* & ibi gloſſa, *& cap. quia Cunctis de Conceſſ. præbend.*, *Item in 6. eodem lib. tit. 7.* Decretum irritans etiam ignorantes ligat. Et patet ex clauſula, quæ ſæpè in Pontificiis Conſtitutionibus apponitur, ut ſequitur: *Irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignoranter contigerit attentari*. Et in terminis decrevit Sac. Congregatio Concilii apud *Sperell. loc. cit. num.* 34. ut infra: *Electio Abbatiſſæ facta per vota non ſecreta per ignorantiam hujus Decreti, (nempè cap. 6. ſeſſ. 25. de Regul.) Non valet, nec Epiſcopus poteſt diſpenſare, ut valeat: Sanctiſſimus tamen diſpenſat conſideratis circumſtantiis*. 5 6

Eligendarum qualitates, & ætas, habentur ejuſdem *ſeſſ. cap. 7. Abbatiſſa, & Prioriſſa, & quocumque alio nomine Præfecta, vel Præpoſita appelletur, eligatur non minor annis quadraginta, & quæ octo annis poſt profeſſionem laudabilitèr vixerit*.

7 Annus quadrageſimus debet eſſe completus, ut firmat S. C.C. in una *Neapolitana ſub die 24. Septemb. 1678. lib. 30. Decret.* Rationem affert *Pignatt. tom. 10. conſult. 11. n. 50.* etenim per Concil: non debet eſſe minor quadraginta annis, eſſet autem minor, niſi annum quadrageſimum expleviſſet; nam ille eſt major quadraginta annis, qui quadrageſimum annum complevit; eſſe enim majorem tali anno, dicit eſſe ſupra eundem, ipſumque excedere: & qui non excedit, nec major eſt; Et cum Major opponatur Minori, certè ille minor erit, qui annum quadrageſimum non compleverit; Et ideò, ne ſit minor, debet eſſe major annis quadraginta. Verum in hoc attenduntur ſententiæ, non conſequentiæ.

Si verò non ſit in Monaſterio quadragenaria: *Ex iis*, ſubdit Concil., *quæ in eodem Monaſterio annũ trigeſimum exceſ-* 8

ſerint, *& quinque ſaltem annis poſt profeſſionem rectè vixerint, Epiſcopo, vel alio Superiore conſentiente eligatur*. Quod, ſi nec etiam hujus ætatis reperiretur, poſtulanda eſſet a Sede Apoſtolica.

In loco patenti, & extra Clauſuram fiat, *ex eodem cap. is verò, qui Electioni præeſt, Epiſcopus, ſivè alius Superior, Clauſuram Monaſterij non ingrediatur, ſed ante Cancellorum Feneſtellam Vota ſingularum audiat, vel accipiat*. Per disjun-
9 ctivam *Audiat*, vel *Accipiat*, datur libertas, ut electio fiat, vel per ſchedulas, quæ continentur in verbo *Accipiat*; vel oretenùs, quòd continetur in verbo *Audiat*.

In Reliquis, & caput concludit, *ſerventur ſingulorum Ordinum, vel Monaſteriorum Conſtitutiones*: Conſtitutiones autem Minorum de Obſervantia *cap.* 11.§.9. deſumptæ ex Vallis, 1593. *tit. de Monaſterij Præfecta*, plura ad caſum ſpectantia præſcribunt: *Ut, quod electiones non fiant per Schedulas, ſed oretenùs, & quod illa cenſeatur ritè, & canonicè electa, cui major pars Capituli Monialium acceſſerit*. Et alia videnda. Hoc ultimum in terminis electionis Abbatiſſarum Ord. S.Claræ Nico-
10 laus V. 9.*Martii* 1447. *apud Confectium Collect. privileg. Mendicantium Conſt. digna reddimur*: diſpoſuit, ut infrà: *quæ Abbatiſſarum electiones, ſi à majori parte earum, vel numero dumtaxat, factæ fuerint, canonicæ cenſeantur v. n.* 27. Ita quod ſi Moniales ſint viginti, undecim debeant concurrere in perſonam Monialis electæ.

11 Supra medietatem ſufficit quilibet exceſſus, etiam medii voti: ità, ut ſi ſint undecim, ſex ſint ſatis per *Santoro ſuper ſtat. S.Franciſc. cap.*8.*ſtatut.* 2. quippe medietas cum illo exceſſu, verè dicitur pars major: imò & ſanior, cum ex *Pellizar. n.* 100. ſemper major pars præſumatur ſanior, ſi perſona electa non ſit indigna; adeoque juſtior, & majori juſtitiæ, & æquitati innixa.

12 Trienniũ Præfecturæ non debent excedere, ad tenorem Conſt. Greg. XIII. apud *Confectium ibidem, die* 1. *Jan.* 1583. Incipit *expoſcit debitum &c.* & infrà: *Abbatiſſa, aut aliæ Præfectæ non amplius perpetuæ, ſeu ad vitam, ſed triennales tantùm*, *à Con-*

à Conventu cujuſcumque Monaſterii juxta decreta Sac. Concil. Trident., & Regularium ſuorum Ordinum inſtituta, eligantur, & præficiantur; quæ poſtmodum, elapſo triennio, ſuis officiis perfunctæ, præeſſe deſinant, omnique prorsùs careant auctoritate, ac à Regimine, & adminiſtratione Monaſterii per triennium, à die finita adminſtrationis incboandum, abſtineant: quo elapſo, ſervata eadem forma Concil. Trident. iterum, & pluries eligi poſſint.

Quod inviolabiliter, & perpetuò in futurum obſervari præcepit, & iterum ſtatuit Sixtus V. Conſt. *Et Communis cura* Apud *Roderico Collect. privileg. & regeſtum* 2. *Ciſmont. ab anno* 1587. *ad* 1607. *pag.* 12. Quoad eas curæ Fratrum Minorum de Obſer. commiſſas, ut ſequitur: *Abbatiſſæ. vel aliæ Præfectæ quorumcumque Monaſteriorum Monialium ipſorum Fratrum curæ commiſſarum, ad ſummum triennales ſint, & ſuis officiis, elapſo triennio, perfunctæ &c. Sed ſaltem per integrum triennium, à die finiti ſui officii adminiſtrationis numerandum, nullum Abbatiſſatus, ſeù præfecturæ Monaſteriorum, aut aliud officium, neque aliquam poteſtatem, vel auctoritatem in eis obtinere, vel exercere poſſint, aut debeant.*

Sic Monialibus in hujuſmodi electionibus competit ſuffragari, ut ipſarum Superiores ad id jus non habeant ex S. C. C. 23. 13
Maij 1621. Lant. verbo *Abbatis. n.* 4. *ut infra S. C. cenſuit nunquam licere Monialium Superioribus, aut ſcrutatoribus dare votum in electione Abbatiſſæ, atque electionem in vim hujuſmodi voti celebratam vires aliquas non obtinere.*

Cum Prælato Regulari poteſt electioni Abbatiſſæ Monaſte- 14
rii exempti intereſſe Ordinarius, per ſe, vel per alium, non alios, juxtà diſpoſitionem celebris Conſtit. Greg. XV. *Inſcrutabili Bull. Cherub. tom.* 3. ubi: *Ac ſimiliter poſſit Epiſcopus una cum Superioribus Regularibus quarumcumque Abbatiſſarum, Prioriſſarum, Præfectarum, vel Præpoſitarum eorundem Monaſteriorum, quocumque nomine appellentur, electionibus per ſe, vel per alium intereſſe, & præſidere.* Ideo eſt Ordinario dies electionis ſignificandus, ipſeque expectandus, ſi ipſe expreſsè declaraverit, vel per ſe, vel per alium, velle intereſſe; adeout poſſit in Regulares animadvertere, ſi ante tempus ſignificatum ad electionem procedant ex

S.C.

Digitized by Google

S. C. C. ad dubia ſuper alleg. Conſt. eidem propoſita, *ut in Bull. loco citato*. Et eo nolente accedere, facta ſuſtinetur, ut valida, Pignatell. *tom. 8. Conſul. 120. Paſqual. ad Laur. de Franchis par. 1,*
15 *ſub num.* 33. item ea valet, tametſi cum Ordinario, vel Vicario, non aſſiſtat Notarius Epiſcopalis, prout in terminis firmavit Sac. Congr. Conc. *ſub 4. Maij 1675. lib. 19. decret. pag. 65. à tergo, in una Neapolitana; quæ ab Archiepiſcopo Neapolitano interrogata.*

I. An in Electionibus Abbatiſſarum, una cum Vicario Generali intereſſe poſſit, etiam Notarius Archiepiſcopalis?

II. An dicta electio facta abſque intereſſentia Vicarii, & Notarii, ſit contra Conſt. præfatam, an propterea nulla? ad utrumque reſpondit negativè. Secundum dubium propoſuit, ad videndum, an ſubſiſteret electio Abbatiſſæ facta à Superiore Regulari, qui noluit Notarium admittere, & ad electionem proceſſit, non obſtante, quod Vicarius Generalis proteſtationem præmiſerit de nullitate.

Et hinc inferas, quod ſicut non conceditur, quod cum Vicario electioni interſit Notarius, ſic videtur, quod nec jus aſſiſtat, neque ſit in poteſtate Ordinarii aſſumere alios, qui cum ipſo interſint electionibus Abbatiſſarum Monaſteriorum Regularibus ſubjectorum. Et videtur eſſe ad tenorem allegatæ Conſt. quæ pluralitatem excludit, & in numero ſingulari diſpoſitionem concipit, *per ſe*, *vel per alium*. Verum ſi conſuetudine alicubi aliud fuiſſet inductum, religiosè obſervetur. Illud *præſidere* Ordinario non confert jurisdictionem aliquam, & ſuperioritatem in electionem, vel Moniales exemptas eligentes. Quia ex eo non
16 habet poſſe ex quirere, aut vota Monialiũ recipere, ſed exquirenda, & recipienda eſſe à Superiore regulari privativè quoad Epiſcopum, eodem tamen ſciente, & audiente, firmat *S. C. C. 10. Septembris 1650. apud eundem Lant. num. 2.* ut ſequitur: *S. C. C. cenſuit Epiſcopum in electione Abbatiſſæ. Monaſterii Monialium Regularium ſubjectarum, non poſſe exquirere, ſeu recipere vota Monialium, ſed illa exquiri, & accipi debere à Superiore Regulari, ſciente tamen, & audiente eodem Epiſcopo.*

Nec poteſt eas ante actum electionis perſonaliter audire &, interrogare in materia ad electionem ſpectante, prout ipſa S.

Cong.

Digitized by Google

Cong. ſub die 4. *Octobris* 1638. reſcripſit Epiſcopo Anconitano, ut infrà. *La facoltà del Veſcovo nell' eleggerſi un' Abbadeſſa, o Prioreſſa non paſſa più oltre, che l' intervenire ad aſſiſtere all' elezione, o per ſe ſteſſo, o per interpoſta perſona, come ſi raccoglie dalla Bolla di Greg. XV. Perche dunque il Provinciale, de Minori Oſſ: di coteſta Provincia della Marca, ha rappreſentato, che V. S. habbia pretenſione di ſentire, & aſcoltare perſonalmente, in materia elettiva, le monache d' uno di coteſti Monaſteri, ſoggetto al ſuo Ordine, avanti l' atto dell' elezione, che devon fare dell' Abbadeſſa, hanno voluto queſti E. E. miei Sig., che io ſcriva à V. S. che ella in queſt' affare ſi regoli con la diſpoſizione, è tenore della medema Bolla. Saranno hora le ſue parti di non partirſi dalla formalità di quella. Lant. ibid n.* 3.

Neque adnotare vota juxta Sac. Cong. Ep. & Reg. declarationem, tenoris, qui ſequitur *Sacr. Congr. &c. inhærendo declarationi aliàs die* 18. *Martii factæ, iterum cenſuit, & declaravit in electionibus Abbatiſſarum in Monaſteriis Regularibus ſubjectis, adnotationem ſuffragiorum, non pertinere, neque ad Epiſcopum, neque ad ejus Vicarium, prout neque ad Cancellarium* 19. *Junii* 1671. 17

Nec minus habet jus electas Abbatiſſas confirmandi ex S. C. C. apud *Fagn. de Privileg. cap. cum Capella ad dubium* 5. eidem, occaſione Bullæ Greg., propoſitum: quo quærebatur; *An per eamdem Conſtitutionem in illis verbis, poſſit Epiſcopus unà cum Superioribus Regularibus quarumcunque Abbatiſſarum &c. electionibus per ſe, vel per alium intereſſe, ac præſidere, jus Abbatiſſas confirmandi Epiſcopis attributum cenſeatur?* Reſpondit *jus confirmandi Abbatiſſas minimè fuiſſe Epiſcopis per Conſtitutionem attributum*. Et, ut cum aliis notat *Laiman. Q. Q. Can. cap. ultimo quæſt.* 234. confirmanda eſt à Superiore Regulari, utpote Prælato immediato; & ex eo poteſt inferri ad eundem Ordinarium non ſpectare electionem publicare; verum eſt ſervanda conſuetudo. 18 19

Quoad verò confirmationes exemptarum Abbatiſſarum, quæ quolibet anno à Superiore Regulari, vel ejus Delegato fiunt, quoad intereſſentiam Ordinarii, debet obſervari ſolitum, ut diſponit S. C. Ep. Reg. reſpondens precibus ei datis à Provinciali Provinciæ Obſer. Brixiæ, exponente; *Che Mon-Sig. Veſcovo* 20

di

di Crema pretende contro la Coſt: di Greg. XV. che li concede ſolo d'intervenire all' elezione della Badeſſa, che vive ſotto la cura dell' Oratore, di voler anche intervenire alle conferme annuali, che la Religione ſuol fare, e che ſe bene il medemo Prelato da quarant' anni in qua s' e' uniformato à quello, che ſi pratica in tutte l' altre Dioceſi, ad ogni modo preſentemente s' e così fiſſato in queſta pretenſione, che non eſſendo ſtato chiamato per la ſuddetta conferma, non vuol, che ſia riconoſciuta la Badeſſa di quel Monaſtero; ſupplica per tanto l'Oratore l' EE. VV. d'ordinare al medeſimo Veſcovo, che havendo ragioni d' aſſiſtere alla conferma, le produca à coteſta S. Congr. &c.

S. C. audito Epiſcopo Cremenſi, referente Em. Gualterio, cenſuit circa hujusmodi Abbatiſſarum confirmationes ſecundum ea, quæ proponuntur eſſe obſervandum ſolitum, prout præſentis decreti tenore obſervari mandat. Romæ 15. Maii 1671. F. M. Card. Brancatius.

Præſidere igitur in caſu præter nudam præſentiam, & intereſſentiam, infert ordinationem, & directionem, ut electio quietè, & ſine ſtrepitu concludatur, & abſque ulla violentia, vel defectu contingat, ut ex aliis notavit *Sanctor. loc. cit.*

21 Eſt in Abbatiſſam ineligibilis illegitima; ejusque electio, ſi abſque Apoſtolico indulto contingat, nulla à S. C. C. declaratur in una *Nullius 27. Aprilis 1630. lib. 14. Decr. fol. 278. Circumſcriptis Privilegiis Apoſtolicis, ſi quæ fuerint Religioni conceſſa, cenſuit electionem Monialis illegitimæ in Abbatiſſam abſque diſpenſatione Apoſtolica eſſe irritam.* Item tertia ſoror germana: Sac. Cong. *prout C. offici. quoad Monial. n. 26. tom. 2.* & publicè pœnitentiata, *S. Cong. 3. Octobris 1636. Floſc. Nicol. verb. Abbatiſſa num. 8.* niſi pœnitentia fuerit ſalutaris; ubi *num. 5. ex. S. Cong. 26. Aprilis 1652.* refert obſervandum eſſe ſtatutum, ſi alicubi haberetur, quod ſoror non poſſit ſuccedere ſorori in officio Abbatiſſatus; & Vidua, præter quam interConvertitas, *Sac. Congr. 28. Februarii 1614. idem verb. vidua num. 6.*

Ad Poſſe activè eligere non requiritur expreſſa profeſſio,
22 prout eſt neceſſaria in eligenda, ſed tacita ſufficit, ut expreſsè habetur *cap. indemnitatibus de electione in 6. lib. 1. tit. 6.*

Tacita autem profeſſio concludenter probatur ex iis; Primò;

mò, ut actus, per quos ſit inducenda, fiant auctoritate, & con- 23
ſenſu Superioris, qui Monialem ad profeſſionem poteſt admit-
tere: Secundò, ut ſpontanea, & libera voluntate fiant: Tertio,
ut ſcienter fiant ſic, ut ipſa ſciat, dictos actus ſolis Profeſſis con-
venire: Quartò, ut iis actibus utens verum propoſitum profiten-
di habeat: Ultimo, ut annum ſextum decimum exceſſerit; ut
tradit *Sperellus ibid num.* 42. *ex Miranda Manual. Prælat. tom.* 1.
quæſt. 24. *art.* 7. *concluſ.* 2.

In caſu, quo duæ ſint in votis æquales, nova erit electio in- 24
ſtituenda; & tunc donec nova Abbatiſſa eligatur, poterit altera,
quæ triennium abſolverit, ſub titulo Præſidentis, vel alio, Mo-
naſterium regere per breve tempus, *ex Mirand. de Monial. qu.* 25
7. *art.* 9. *concl.* 2. exponente Gregorium, & Sixtum; quorum in-
tentio fuit perpetuitatem excludere, & ambitioſas corrigere,
& ideo firmarunt nullam poſſe in Monaſterio, abſoluto officio
Prælaturæ, aliud officium ad triennium obtinere, niſi interſtitio
trienii interpoſito. Videatur *Santor. cap.* 11. *ſtat.* 7.

Quoad ſuffragia per Converſas ferenda ſervetur conſue- 26
tudo ex *S. Nicol. F. n.* 29.

In ordine Minori. de Obſer. votum in hujusmodi electioni-
bus non habent, quæ duos annos à profeſſione emiſſa non ex-
ceſſerint prout eorumdem ſtat. cap. 11. §. 9. n. 6. firmant.

Quod prius expreſſe quoad Moniales ejusdem Ordinis ſub- 27
jectas regimini, ſive primi, ſive ſecundi, ſive tertii, aut alterius
Ordinis S. Claræ, & S. Franciſci decreverat apud Confec. Eu-
genius IV. Conſtit. *Ordinis tui*, ut infra. *Et ut ſupradictæ Mo-
niales, ac ſorores melius gubernentur, volumus, quod in electione, &
creatione Abbatiſſarum Miniſtrarum, & Matrum, illæ tantùm ex
ipſis Monialibus, & ſororibus vocem habeant, quæ per annos tres
vel circa, in earumdem Monaſteriis, vel Collegiis fuerint, in qua
creatione & electione major pars votorum, ad minus medietatem Su-
perans, debet convenire.*

CAPUT II.

Officialis quoad Abſolutionem à caſibus reſervatis Epiſcopo.

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit caſus reſervare?*
2 *Actus reſervationis eſt localis.*
3 *Poſſunt Regulares abſolvere ſeculares à reſervatis in alia Diæceſi.*
4 *Non verò à Cenſura in ea reſervata.*
5 *Ex vi ſuorum Privilegiorum non poſſunt abſolvere à caſibus reſervatis Epiſcopo Diæceſano, ſine ejus licentia.*
6 *Neque id poſſunt poſt confirmationes eorundem Privilegiorum.*
7 *Non poſſunt abſolvere ſeculares à caſibus Bullæ Cœnæ, & Sedi Apoſtolicæ reſervatis.*
8 *Numerantur caſus reſervati, compræhenſi in Decreto Sacræ Congregationis edito 1602.*
9 *Ligantur Regulares, etiam extra Italiam.*
10 *In articulo mortis nulla eſt reſervatio.*
11 *Quilibet Sacerdos poteſt in articulo mortis à reſervatis abſolvere.*
12 *Extra illum nullus.*
13 *Abſolutus in mortis articulo à cenſura reſervata, ſi evadat periculum, tenetur comparere coram Superiore, qui eam tulit.*

1 Reſervare caſus aliud non eſt, *quàm juriſdictionem inferiorum Sacerdotum reſtringere, ſeù limitare*. Accipitur utique in Sacerdotali Ordinatione poteſtas, ſeu juriſdictio abſolvendi à peccatis, at ſolum in habitu, ſeu actu primo; quia non dat ordinatio ſubitos, in quos poſſit collata poteſtas exerceri; & ſolum illius exequtio, vel juriſdictio, in actu ſecundo obtinetur, cùm Eccleſia per ſuos Prælatos conſignat Sacerdoti ſubditos, in quos judiciariam exerceat poteſtatem; & id fit, vel per collationem Parochialis beneficii, vel per approbationem ad confeſſiones audiendas; quæ approbatio nil eſt aliud, ex Layman *Theol.* *Mo-*

Moral. lib. 5. tract. 6. cap. 11. n. 3. authenitica declaratio, & teſtificatio perſonam habilem, & dignam eſſe, cui juriſdictio ad confeſſiones audiendas conferri poſſit: vel eſt ſignificatio conſenſus Prælati, ut Sacerdos in foro pœnitentiali abſolvat, & quidem plenariè, niſi aliquos caſus excipiat, & ſuo judicio reſervet. Unde quibus prohibetur abſolvere à caſibus reſervatis, id fit, non ex defectu poteſtatis Ordinis, ſed ex ordinatione canonica exercitium juriſdictionis reſtringente.

Cum reſervationis actus ſit localis, & reſtrictus ad ſuam 2 cujuſcunque Epiſcopi Diæcéſim, ex Trid. *ſeſſ.* 14. *cap. de caſuum reſervatione*, non afficit Regulares, ad audiendas ſecularium confeſſiones approbatos, exiſtentes extra Diæceſim Epiſcopi reſervantis; & ideo poſſe in ea Pœnitentem abſolvere à caſibus, in alia Diæceſi dumtaxat reſervatis, non eſt dubium: imo certum, ex *Conſt. ſuperna Clem. X. ſub. Kal. Julii* 1670. Decernentis expreſsè: *Poſſe autem Regularem Confeſſorem in ea Diæceſi, in qua eſt approbatus, confluentes ex alia Diæceſi, à peccatis in ipſa reſervatis, non autem in illa, ubi idem Confeſſor eſt approbatus, abſolvere; niſi eoſdem pœnitentes noverit in fraudem reſervationis ad alienam Diæceſim pro abſolutione obtinenda migraſſe*. Propter rationem, quod nullus Epiſcopus, etiam quoad ſuos ſubditos, poteſt limitare juriſdictionem Sacerdotis ſibi non ſubditi. 3

Non poſſunt tamen abſolvere ab excommunicatione in alia 4 Diæceſi ſolum reſervata; non modo, quia perſona cenſurata, ubicumque ſit, cum eo impedimento reperitur, verũ etiam, quia Epiſcopus excommuicator, propter cauſam in foro ſuo cæptam, jus ſemper habet in excommunicatum, privative quoad alios, prout notarunt Layman *theol. Moral. lib. pr. tract. 5. p. pr. cap. 2. n. 4. Fagnan. Cap. omnis de pœnit. & remiſ. n. 80. & 81. facit Cap. propoſuiſti de foro competenti lib. 2. num. 2. ubi Gloſ. in verſ. citatus ſcripſit*: Quod, qui convenitur coram aliquo judice competenti, neceſſe habet usque ad finem perſiſtere, etiamſi mutaverit forum, & Domicilium, quia præventus eſt per hanc conventionem.

Qui, in alia Diæceſi ad Confeſſiones perſonarum ſecu- 5 larium audiendas approbati, virtute ſuorum Privilegiorum,

& non obtenta ad id ab Epiſcopo facultate, abſolvere nequeunt Pœnitentes à caſibus, ipſi Epiſcopo reſervatis; ut liquet ex reſponſione Sacræ Congr. facta Divo Carolo Borromæo *ſub die* 10. *Septembris* 1577. hujus tenoris. *Cum à S. C. Cardinalium, qui propoſiti ſunt Decretis Tridentini Conc. interpretandis, Illuſtriſ. Amp. tua quæſiverit: an Regulares ex Privilegio à Sede Apoſtolica impetrato, præſertim autem ex eo, quod nominant Mare magnum, poſſint in caſibus, quos ſibi Epiſcopus reſervaverit, abſolvere confitentes? Hac de re ubi Congregatio accuratè egiſſet, deinde ad SS. D. N. retuliſſet, SanctitasSua, etiam de ſententia Congregationis, cenſuit, ex facultatibus per hoc Mare magnum, aliave privilegia Regularibus conceſſa, factam eis non eſſe poteſtatem abſolvendi à caſibus, ſibi ab* Epiſcopo *reſervatis*.

Succeſſit deinde Decretum Alex. VII. damnantis *ſub die* 24. *Septembris* 1665. iſtam Propoſitionem. *Mendicantes poſſunt abſolvere à caſibus Epiſcopo reſervatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate*. Et poſtea Conſtitutio citata Clem. X. *Ex facultatibus per Mare magnum, aliave Privilegia Regularibus, cujuscunque Ordinis, Inſtituti, aut Societatis, etiam JESU, conceſſis, factam eis non eſſe poteſtatem abſolvendi in caſibus, ab Epiſcopo ſibi reſervatis*; & quoad hæc, ipſis non ſuffragari jam acceptorum Privilegiorum confirmationes, per hæc verba teſtatur. *Et per confirmationes dictorum Privilegiorum, quas Regulares, à Sede*
6 *Apoſtolica poſt Sac. Conc. Trid. obtinuerint, nequaquam revixiſſe Privilegia, prius ab eodem Concilio, aut deinde, Apoſtolicis etiam Decretis, ſublata, atque extincta, ſiqua habebant, abſolvendi à caſibus Epiſcopo reſervatis*.

7 Præter caſus Epiſcopo reſevatos, inhibetur Regularibus abſolvere ſeculares à caſibus Bullæ Cænæ, & Sedi Apoſtolicæ reſervatis ex dicendis *c. offi. quoad abſol. ab excom. Bullæ Cænæ*.

Et ut clarius appareret, quorum caſuum, vigore Decreti à S. Cong. Epiſ. & Reg. editi 9. *Januar.* 1601. eſſet abſolutio, tùm Secularibus, tùm Regularibus Confeſſariis prohibita, in alio Decreto emanato 26. *Novembris* 1602. eadem S. C. de mandato Clement. VIII. *declaravit ſub ea prohibitione, vigore illius Decreti, illos tantùm impoſterum comprehendi caſus, qui in Bulla,*

die

die Cœnæ Domini legi cõſueta, continentur; ac præterea violationis Immunitatis Eccleſiaſticæ, in terminis Conſtitutionis Gregor. XIII. Inicientium violentas manus in Clericos, juxta Canonem ſi quis ſuadente: Simoniæ realis ſcienter contractæ, atque: confidentiæ beneficialis: Violationis clauſuræ Monialium ad malum finem: Provocantium, & pugnantium in duello: & caſus omnes, quos Ordinarii locorum ſibi reſervaverunt, vel impoſterum reſervabunt. Videas *Piaſecum Prax. Epiſc. par. 2. cap. 1. art. 3. de caſ. reſer. n. 1. Donat. tom. 2. prax. Reg. tract. 11. quæſt.* 17. & decreta per extenſum relata *c. off. quoad abſol. ab excom. & caſibus Bull. Cœnæ num. 3. & 4.*

Et licet ea Decreta ad ſolos Italos, exiſtentes extra Urbem, videantur reſtricta, ut ex primo conſtare poteſt; non deſunt tamen jura Regulares omnes, ubique locorum exiſtentes, ligantia. vide *ibid. n. 5.* Pro illis Bullæ Cœnæ, additur 9
etiam ejuſdem tenor: *Nullus per alium, quàm per Rom. Pontificem, niſi in articulo mortis conſtitutus, abſolvi poſſit.* Appoſitis clauſulis, *non obſtantibus &c.* quibus excludere intendit omnes præter Pontificem.

Omnes item, ab impendenda extra articulum mortis abſolutione à reſervatis, tùm Sanctæ Sedi, tum Epiſcopis, Trid. loc. cit. de reſervatione in fine capitis excludit: *extra quem articulum, ait, Sacerdotes, cum nihil poſſint in caſibus reſervatis, id. unum pœnitentibus perſuadere nitantur, ut ad Superiores, & legitimos Judices pro beneficio abſolutionis accedant.* -- Et ſicut ipſo eodem capite ſtatuit: *In Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper* 10
fuiſſe, ut nulla ſit reſervatio in articulo mortis, atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet Pœnitentes à quibuſvis peccatis, & cenſuris 11
abſolvere poſſunt; Sic extra illum articulum non omnes poſſunt ab omnibus: ſed à reſervatis, illi dumtaxat, quibus à Sede Apoſtolica, vel Ordinariis locorũ reſpectivè, eſt conceſſa facultas.

Et procedit etiam in caſu, quo quis eligeretur ab eo, qui amplam facultatem eligendi ſibi Confeſſorẽ haberet, ut in terminis legitur *cap. ſi Epiſc. de pœnit. & remiſſ. lib. 5. tit. x. in 6.* fuiſſe à Bonifacio VIII. diſpoſitũ. *Si Epiſcop. ſuo ſubdito cõceſſerit, ut ſibi poſſit idoneum eligere Confeſſorem; ille, quem is elegerit*

rit, in caſibus, qui eidē Epiſcopo ſpecialiter reſervantur, nullam habet penitus poteſtatē. Cum in generali conceſſione illa non veniant, quæ nō eſſet quis veriſimiliter in ſpecie conceſſurus. Nulla quoque poteſt conſuetudine introduci, quod aliquis præter ſui Superioris licentiam, Confeſſorem ſibi eligere valeat, qui eum poſſit ſolvere, vel ligare. Et facit *Clement. dudum de ſepult. lib. 3. teſ. 17. verſ. per hujuſmodi. & cap. inter cæteras de privileg. inter extravag. v. incendiarios lib. 5.*

Verum de eo in mortis articulo à reſervatis, quibus eſſet annexa cenſura reſervatæ excommunicationis, & à cenſura ipſa, abſoluto, dicendum eſt cum *Engel. lib. 3. titul. 39. §. 4. num.* 115. *colleg. univ. Jur. can. & ſumm. Leand. verb. caſus reſer. num.* 43. quod ſi periculum evadat, teneatur coram Su-
12 periore cenſuram ferente comparere, ut pro cenſura, & culpa patrata ſatisfactionem præſtet, & ab eo, etiam in foro externo, abſolutionem impetret; nam illa abſolutio, à privato Sacerdote obtenta, valet ſolùm pro foro animæ, & non poteſt juri Epiſcopi, & foro externo præjudicare; alioquin, ſi ceſſante periculo, Epiſcopo, vel Papæ, ſe non præſentaret, ubi commodè poſſet, in cenſuram ipſo jure reincideret. *cap. eos, qui de ſent. excom. in 6. lib. 5. tit.* 11.

Quid autem, quoad Sedi Apoſtolicæ reſervata poſſint Regularium Superiores in proprios ſubditos, dicendum infra.

CAPUT III.

Officialis quoad abſolutionem ab Excommunicatione lata in Seculares.

SUMMARIUM.

2 *Definitio Cenſuræ.*

2 *Poteſt quis ſeparari à Fideliū Communione dupliciter.*

3 *Excōmunicationis Min. natura.*

4 *Ligatus Minori excommunicatione, conferens Sacramenta, nō peccat mortaliter.*

5 *Bene verò, ſi celebret: at non ſit irregularis.*

6 Mi-

Digitized by Google

6 *Minor excommunicatio incurritur participando cum excommunicato Majori excommunicatione.*

7 *Communicans in eodem crimine eadem excommunicatione ligatur.*

8 *In quibus ſit probibitũ communicare cum excommunicato majori excommunicatione?*

9 *Scienter cùm eo in ſacris communicans, peccat etiam mortaliter.*

10 *Celebrans ſcienter coram excommunicato à Papa, incurrit majorem excommunicationem.*

11 *Clerico recipienti ad divina excommunicatum ab alio interdicitur ingreſſus in Eccleſiam.*

12 *Item Regularibus.*

13 *Excommunicatis non probibetur audire Conciones in Eccleſia.*

14 *In quibus poſſit cũ excommunicato cõmunicari?*

15 *Deſcribitur excommunicatio major.*

16 *Quæ dicitur etiã Anathema.*

17 *Datur differentia inter excom. major. & anathema.*

18 *Excõmunicatio abſolutè prolata, ſupponit pro majori.*

19 *Hæc non fertur, niſi ob mortale.*

20 *Totum Collegium excommunicari non poteſt.*

21 *Excommunicatio alia ab jure alia, ab homine.*

22 *Ab excõmunicatione reſervata, nec Regulares, abſolvunt.*

23 *Coràm quo abſolutus in articulo mortis debeat comparere!*

24 *Regulares non poſſunt abſolvere à Cenſuris ad forum judiciale deductis, vel probabiliter deducendis.*

25 *Nec ab excommunicatione lata ab homine.*

26 *Limitatiô.*

27 *Ad quos, mortuo excommunicatore, deſcendat jus abſolvendi?*

28 *Capitulum, Sede vacante, poteſt ab excommunicatione abſolvere.*

29 *Abſoluti à Regularibus, in foro contentioſo non cenſentur abſoluti.*

30 *Referuntur verba conſtitutionis Clementis X.*

31 *Quis abſolvere poſſit ab excommunicatione minori?*

32 *Nomine proprii Sacerdotis inteligitur, etiàm babens juriſdictionem delegatam.*

33 *Sacerdos non approbatus, nec ab ea, & Venialibus, poteſt abſolvere.*

34 *Ca-*

34 *Caſus reſervati Summo Pontifici regulariter habent Cenſuram annexam.*
35 *Habens à Pontifice poteſtatē abſolvēdi à Caſibus, & Cenſuris reſevatis eidem, non poteſt abſolvere à reſervatis Epiſcopis.*
36 *Quando Pontifices id intendunt, exprimunt.*
37 *In conceſſionibus attenditur tenor reſcripti.*
38 *Formula abſolvēdi àCēſuris.*
39 *In articulo mortis, in preſentia Confeſſoris approbati, non poteſt abſolvere non approbatus.*
40 *Adducitur Text: Tridentini.*
41 *Qui dicantur eſſe in articulo mortis?*
42 *Abſolutus, à cenſura reſervata in mortis articulo, ceſſante periculo, tenetur comparère coram reſervatore.*

1 EXcōmunicatio, eſt *cenſura per quā homo baptizatus ab Eccleſiæ cōmunione ſeparatur*; ad quod facit Gloſſa in *Clement. Excōmunicationis lib. 2. tit. 10. de exceptionibus.*

2 A fidelium communione poteſt quis ſeparari, aut *ſecundum quid*; ſecundum, ſcilicet, uſum dumtaxat paſſivum, ſeù perceptionem ſacramentorum; aut *ſimpliciter*, ſecundum, videlicet, exteriorem converſationem: activam, & paſſivam Sacramentorum participationem, & uſum: ſuffragia Eccleſiæ, quæ in ſacrificio, aliiſque publicis orationibus, & officiis ad Deum pro univerſa Eccleſia funduntur: & ſatisfactiones Chriſti, & Sanctorum, quæ ex communi Eccleſiæ Theſauro per Indulgentias fidelibus applicantur.

3 Primo modo *minor excommunicatio*, ſeparat, quæ deſcribi ſolet: eſt cenſura *privans hominem participatione paſſiva Sacramentorum, ſed non eorundem collatione*: ut expreſsè habetur *cap. ſi celebrat lib. 5. tit. 27. de Clerico excom. miniſtrante*; ubi deligato minori excōmunicatione textus firmat: *peccat autem conferendo Eccleſiaſtica Sacramenta; ſed ab eo collata virtutis non carent effectū: cum non videatur à collatione, ſed participatione remotus.*

4 Et cum dicat, *peccat*, non intelligitur mortaliter, aliàs, ut obſervat *Cabaſſut. Theor. juris Can. lib. 5. cap. 10. num. 3.* falſa eſſet decretalis ſuppoſitio, quod ſcilicet excommunicatio

minor

Digitized by Google

minor non privaret communicatione activa, ſeu adminiſtratione Sacramentorum; ideo de peccato veniali intelligitur, ut ipſe, pluribus citatis, tradit,& cum eo Layman *Theolog. mor. lib. pr. tract. 5. p. 2. cap. 3. n.* 4. Engel. Colleg. *uni. jur. Can. lib. 5. tit.* 39. §. 2. *n.* 69. ſi nimirum absque neceſſitatis ratione Sacramenta miniſtret, quia aliqua irreverentia cenſetur; contra Bonaccinam *de cenſuris diſp. 2. quæſt. 3. num.* 4. & Lezana *Sum. qq. Regul. tom. 3. verb. excom. quoad Regul.*, & alios, intelligentes textum, de ſola collatione Sacramentorum, quæ eſt adjuncta cum receptione; prout contingit, in Sacerdote celebrante, qui Sacramentum ſuſcipit, verum, violentam eſſe expoſitionem, docet Cabaſſut. *loco cit.* & textui exprimenti, *peccat conferendo*, repugnare ſcribit cit. Layman, ideo ad omnem ampliatur.

Cæterum mortaliter peccat Sacerdos, ſi ea innodatus, celebret, ut eodem cap. *ſi celebrat*, prout ſequitur, diſponitur; *ſi celebrat minori excommunicatione ligatus, licet graviter peccet, nullius tamen notam irregularitatis incurrit*: quia Sacramentum ſuſcipit; grave autem peccatum eſt mortale; & idem dicendum in ſuſceptione cæterorum Sacramentorum. 5

Minor excommunicatio incurritur per indebitam participationem, & communicationem cum innodato majori, *cap. nuper de ſent. excommunicationis lib. 5. tit.* 39. *cap. ſtatuimus, & cap. Conſtitutionem eodem tit. lib. 5. tit.* 11. *in* 6. verum, ut ea incurratur, requiritur, quod excommunicatus, vel ſit ab Judice, aut Superiore publicatus, vel denunciatus: aut notorie conſtet eum in excommunicationem incidiſſe, per diſpoſita in Concilio Lateranenſi, ſub Leone X. *Conſt. ſtatuimus inſuper, cit. n.* 10. *cap. offic. quoad pœnas Eccleſ. tom.* 2. 6

Si tamen in eodem crimine communicet, eadem excommunicatione ligatur ex allegat: *cap nuper. in ſecunda verò quæſtione credimus diſtinguendum*, ait Pontifex: *an, is, qui nominatim excommunicato communicat ſcienter, in crimine communicet criminoſo, ei Conſilium impendendo, auxilium, vel favorem &c. cum facientem, & conſentientem, par pæna conſtringat*; *& cap. ſi concubinæ eodem tit. ſi concubinæ publicæ Clericorum Eccleſiaſticæ cenſuræ diſtrictione notentur, eosdem concubinarios, non eſt dubium,* 7

ſententia majoris excõmunicationis involui,qui poſt latam ſententiã communicant in eodem crimine crimino ſis. Ubi Gloſſa ſcribit, *quod participans in crimine eadem ſententia notatur cum nominatim excommunicato*; ſecus ſi alias participaret in locutione, vel aliàs, quam in crimine, quia tunc non eſſet excommunicatus majori, ſed minori; & ſic ſententiam per participationem criminis extenditur ad perſonas, contra quas lata non fuit, cap. *Adverſus de immunitate Eccleſiarum lib.* 3. *tit.* 49.

Caſus in quibus eſt prohibitum communicare cum excommunicato majori excomunicatione vitando, notantur allegat *decretali Nuper*, & iſto comprehenduntur carmine.

8 *Os, orare, vale, communio, menſa negatur.*

Os, ſignificat oſculum, collocutionem, etiam per nutus, & litteras.

Orare, cum eo divinis officiis intereſſe, vel pro eo nominatim orare.

Vale, communis vitæ officia, ſalutationem, verbis, literis, nutu, juxta illud Joannis *Epiſt.* 2. *nec Ave dixeritis*.

Communio, comercium, & ſocietatem, & quemlibet contractum; & notabis ex Cabaſſut. *cit. n.* 47. contractus cum excommunicato eſſe validos, ſed illicitos.

Menſa, cohabitationem in eadem camera, & convictum juxta illud Pauli *Corinth. pr. cap.* 5. *cum ejuſmodi, nec cibum ſumere.*

Advertas, quod ſcienter communicans in civilibus, & humanis cum evitando excommunicato, ob materiæ levitatem, peccat tantum venialiter ex Cabaſſut. *cit cap.* 12. & Layman *cap.* 3. & licet minori ſolum excommunicatione ligetur, ſi tamen non ſe corrigat, & in contemptum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ac contra Superioris prohibitionem id egerit, poterit majori multari, ut in terminis diſponitur *cit. cap. ſi celebrat*; *cap. ſtatuimus*; id autem exequendum non eſt, niſi canonica monitione præmiſſa ex cap. *ſtatuimus, & cap. conſtitutionem cit. n.* 6.

9 Scienter pariter cum eo in Sacris, & Divinis participans, & minori implicatur excommunicatione, & ob materiæ gravitatem mortaliter peccat, Cabaſſut. cit.

Cle-

Clericus, etiam majorum Ordinum, apud Piaſec. *prax.* 10
Epiſc. p. 2. *cap.* 4. *art.* 13. *n.* 26. graviter peccat, nempe mortaliter, ſi in divinis participat excommunicato: & ſi, preſente excommunicato à Papa, ſciens celebrat, excommunicationem majorem incurrit, prout expreſſe cap. *ſignificavit lib.* 5. *tit.* 39. *de ſent. excom.* ubi: *verum, Clericos, qui ſcienter, & ſponte participaverunt excommunicatis à nobis, & ipſos in officiis receperunt, eadem excommunicationis ſententia cum ipſis non dubitamus involui; quos etiam pro beneficio abſolutionis habendo ad nos volumus, cum literarum tuarum inſinuatione remitti.*

Et ſi excommunicatum ab alio, ad Divina recipiat, & admittat, licet ex *cap. is, qui de ſent. excom. in* 6. *lib.* 5. *tit.* 11. ex- 11
communicatione cum eo non ligetur, tamen eſt ei in Eccleſiam ingreſſus interdictus; in quo, ſi iterum celebret, irregularitatem incurrit ex *cap. is, qui alleg.*

Nec ab eo liberantur exempti, & Regulares, ut ex *cap.* 12
Epiſcoporum de privilegiis in 6. *lib. & tit. cit.* prout ſequitur.

Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum querelis frequentibus, & queruloſis clamoribus excitati, præſenti Decreto duximus ſtatuendum, ne aliqui ſeculares, aut Regulares, quantumcumq; exemptionis, ſeù libertatis Sedis Apoſtolicæ privilegiis communiti, cujuſcumque Ordinis, Religionis, ſtatus, vel conditionis exiſtant, ſcienter celebrent, vel faciant celebrari Divina, in Civitatibus, caſtris, villis (niſi quatenus, eis à jure conceditur) ſeù locis aliis interdictis ab Ordinariis, ſive delegatis Judicibus, vel à jure, aut excommunicatos publicè, vel interdictos ad Divina officia, ſeù Eccleſiaſtica Sacramenta, vel Eccleſiaſticam ſepulturam admittant.

Qui vero contra præſumpſerint, præter alias pænas à jure ſtatutas, ingreſſum Eccleſiæ, ſibi noverint interdictum, donec de tranſgreſſione hujusmodi ad arbitrium ejus, cujus ſententiam contempſerunt, ſatisfecerint competenter.

Si, dum Divina celebrantur, publicè excommunicatus acceſſerit, ſi monitus, ut diſcedat, non pareat, nova excommunicatione Papæ reſervata afficitur *Clement. Gravis de ſent. excom. lib.* 5. *tit.* 10. & poteſt opera aliorum fidelium de Eccleſia violenter expelli, prout ex *cap. veniens hoc tit. notat* Engel, &, ſi ipſe exire

vellet, aut expelli non poſſet, cæteri, ſimul cum eo in Eccleſia exi-
ſtentes, diſcedere tenerentur, & Sacerdos, qui nec dum cano-
nem Miſſæ incepiſſet, intermittere deberet; propter prohibitio-
nem comunicandi cum excommunicato in oratione ex *cap. nu-
per, ſæpè cit. & cap. reſponſo ibidem*, ubi excommunicatis concio-
13 nes in Eccleſiis audire non prohibetur, nec privatim in eis orare;
præſertim cum non celebrantur Divina officia, nec alii fideles
conveniunt ad communem orationem, Engel *allega. n. 58.*

In quibuſdam caſibus cum excommunicatis, etiam non tole-
14 ratis, ſine peccato licet communicare, & hoc exprimuntur
Verſiculo.

Utile, lex, humile, res ignorata, neceſſe;
Hæc Anathema quidem faciunt, ne poſſit obeſſe.

Primò igitur propter *utilitatem* propriam, neceſſitate adjuncta, ut, cum quis in ſubſidium corporale, vel ſpirituale aliquo indiget, nec ab alio, quam ab excommunicato, facile poteſt habere; vel, ſi ad illam utilitatem excommunicatus jam prius ex contractù, vel alia cauſa, obligatus fuerit; ne ex cenſura lucrum excommunicatus reportet *cap. ſi vere hoc tit.*, & propter ſpiritualem utilitatem ipſius excommunicati, ut expreſsè cap. *Cum voluntate eodem tit.* ubi *excommunicationis Sententiam non incurrit, qui excommunicato, in his, quæ abſolutionem, vel aliàs ad ſalutem animæ pertinent, in locutione participat, licet etiam alia verba incidenter (ut apud eum magis proficiat) interponat.*

Prædicatores quoque, qui penès excommunicatos, vel alios aliarum rerum detentores, in Prædicationibus, & Confeſſionibus, quas gerunt cauſam (vel curam) eorum, ad quos res ipſæ ſpectare noſcuntur, eleemoſynas licitè poſſunt ab illis recipere, præſertim ſi alias non valeant in illo loco ſuſtentationem habere.

Secundo *Lex*, conjugalis, & matrimoni, nimirum, operatur, ut conjuges ſibi invicem communicare poſſint, licet alteruter excommunicatus ſit, cap. *quoniam multos ij. quæſt. 3. & cap. inter alia hoc titulo.*

Tertiò *Humilitas*, obſequii nimirum, filii erga parentes, ſervi erga Dominum, Religioſi erga Prælatum, Clerici erga Epiſcopum, & aliorum, qui antea ad familiare tenerentur Obſequium,

fa-

facit, ut eis liceat cum excommunicatis communicare, dummodo non communicent in crimine, propter quod lata eſt cenſura, prout textus citat.

Quarto *Ignorantia*, quæ non ſit craſſa, & ſupina, vel affectata; ſive ſit juris, & legis prohibentis communionem; ſive facti, & dum ignoratur Petrum V. G. cenſura detineri, allegat. *cap. quoniam*.

Demũ *propter neceſſitatem*, quis excuſatur: *ut cap. allegat. inter alia: & cap. ſi vere; & cap. quoniam in terminis* habet: *quicumque autem orator, ſive peregrinus, aut viator, in terram excommunicatorum devenerit, ubi non poſſit emere, vel non habeat, unde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiam damus.*

Secundo modo ſeparat *excommunicatio major*, quæ deſ- 15
cribitur; *eſt cenſura, quæ vi ſua Sacramentorum, precum, & ſuffragiorum participatione, ac fidelium ſocietate privat.*

Quæ ſolet, etiã dici Anathema, quod ab ipſo Chriſti cor- 16
pore (quod eſt Eccleſia) ſeparat, & dividit. *cap. Engeltrudam*
3. *quæſt.* 5. & ibi Gloſſa; & quamquam eſſentialiter non diffe- 17
rant, differunt tamen, quantũ ad ſolemnitatem, nam excommunicatio, ſola ſententia Judicis Eccleſiaſtici in ſcriptis concepta, profertur *cap. cum medicinalis de ſent. excom. in 6. lib. 5. tit.* 11. Anathema verò, cum quibuſdam cæremoniis ad terrorem aliorum peragitur; quæ præſcribuntur *cap. debent*, 11. *quæſt.* 3. ut infra: *debent duodecim Sacerdotes Epiſcopum circumſtare, & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in concluſione Anathematis, vel excommunicationis proiicere debent in terram, & conculcare pedibus. Deinde Epiſtola per Parochias mittatur continens excommunicatorum nomina, & cauſam excommunicationis.*

Cum excommunicationis vocabulum ſine adjuncto, & 18
abſolute pronunciatur, regulariter de majori intelligitur, ut diſponitur *cap. ſi quem de ſent. excom. lib. 5. tit.* 39., & ferri
non poteſt, niſi propter peccatum mortale. *cap. nemo Epiſco-* 19
porum: 11. *quæſt.* 3. totum Collegium, & Communitas ex-
communicari non poteſt. *cap. Romana de ſent. excom. in 6. lib.* 20
5. *tit.* 11. ubi, *in Univerſitatem, vel Collegium proferri excom-*

muni

municationis ſententiam penitus prohibemus: volentes animarum periculum vitare, quod ex inde ſequi poſſet, cum nonnunquam contingeret innoxios hujuſmodi ſententia irretiri, ſed in illos dumtaxat de Collegio, vel Univerſitate, quos culpabiles eſſe conſtiterit, promulgetur.

21 Excommunicatio alia eſt lata à jure, quæ ſcilicet in Canone, vel ſtatuto aliquo continetur; & alia ab homine, hoc eſt Judice Eccleſiaſtico per ſententiam; item alia eſt reſervata, alia minime; quorum præmiſſa notitia Regulari Confeſſario neceſſaria, ad rem dicendum.

Quod ab excommunicatione reſervata Ordinario, & extra articulum mortis, aut ſine ſpeciali commiſſione, vel privi-
22 legio, nullus, etiam Regularis abſolvere poteſt, niſi auctor legis, & cenſuræ, qui eamdẽ ſibi reſervavit, per diſpoſita à *Trid. ſeſſ.* 14. *de Sacra. pœnitentiæ cap.* 7. ubi, *in Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, ut nulla ſit reſervatio in articulo mortis; atque ideo omnes Sacerdotes, quoslibet pœnitentes à quibuſvis peccatis, & cenſuris abſolvere poſſunt; extra quem articulum Sacerdotes, cum nihil poſſint in caſibus reſervatis, id unum pœnitentibus perſuadere nitantur; ut ad Superiores, & legitimos Judices pro beneficio abſolutionis accedant.*

23 In quo articulo debet quis abſolvi cum onere, ceſſante periculo, comparendi coram habente ad id facultatem, à quo alias de jure abſolvendus eſſet; non, ut iterum ab eo abſolutionem impetret, quia jam abſolutus eſt, ſed, ut ſe præbeat obedientem Eccleſiæ, & paratum ad aliquam pœnitentiam, ſi illam velit Superior imponere; vel ad ſatisfaciendum parti, ſi Superior id judicaverit neceſſariũ; quod ſi, cũ primum comparere potuerit, id omiſerit, in eandem reincidet excommunicationem, ut in terminis habet textus in *cap. eos, qui, de ſent. excom. in 6. lib. 5. tit.* 11. ubi expreſsè, *eos, qui à ſententia canonis, vel hominis (cum ad illum, à quo alias de jure fuerunt abſolvendi, nequeunt propter imminentis mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum pro abſolutionis beneficio habere recurſum) ab alio abſolvuntur: ſi ceſſante poſtea periculo, vel impedimento hujuſmodi, ſe illi, à quo, his ceſſantibus, abſolvi debebant,*

bant,

bant, quam cito commode poterunt, contempſerint præſentare, mandatum ipſius ſuper illis, pro quibus excommunicati fuerant, humiliter recepturi, & ſatisfacturi, pro ut juſtitia ſuadebit; decernimus (ne ſic cenſuræ illudant Eccleſiaſticæ) in eamdem ſententiam reincidere ipſo jure. Et debet ab abſolvendo prius exigi juramentum comparendi. *cap. de cætero, cap. ea noſcitur, cap. quamvis de ſent. excom. lib. 5. tit.* 39. Regulares cavere debent *ex Layman. de cenſuris cap. 7. n. 7.* ne abſolvant à cenſuris 24
notoriis, ſi ad forum judiciale deductæ ſint, aut probabiliter deducendæ putantur, quia abſolutio danda non eſt, niſi prius ſit parti læſæ ſatisfactum.

Ab excommunicatione ab homine lata nequeunt Regu- 25
lares abſolvere per diſpoſita à *Leone X. Conſtit. Dum intra Bullar. Cherub. tom.* 1. ubi §. 7. *Ipſique Fratres, etiam Forentium confeſſiones audire valeant, Laicos tamen, & Clericos, ſeculares à ſententiis ab homine latis nullatenus abſolvere poſſint;* ſed debet abſolvere, vel ipſe, qui eam tulit, vel alius, cui ipſe commiſerit *cap. Cum ab Eccleſiarum de offic. Jud. Ord. lib. 1. tit.* 31. *Gloſſ in cap. ſi quem de ſent. excom. lib. 5. tit.* 39.

Limita cum *Piaſec. prax. Epiſc. par. 2. cap. 4. art. 13. n.* 26
37. niſi in caſibus expreſſis allegat: *cap. eos*, cum, ſcilicet, cenſura detentus non poteſt ob morbum periculoſum, vel aliud impedimentum legitimum, accedere ad excommunicatorem, ad quem de jure abſolutio ſpectat; & tunc, non niſi recepta cautione ab abſolvendo de parendo juri, & ſatisfaciendo parti, vel impedimento ceſſante ſe præſentando excommunicatori juxta dicta *n.* 23. & cum, quis ſit ab homine generaliter excommunicatus, ut, ſi Epiſcopus faciat edictum, ut quiſquis commiſerit furtum ſacrilegum, ſit excommunicatus *ibid. ſub num* 36. intellige, niſi ſic excomunicatus fuerit denunciatus, & ſolù quo ad foru conſcientiæ. Si deceſſerit, vel dignitate privatus fuerit, qui cenſuram tulit, non ideò expirat cenſura contracta, ſed vis abſolvendi ad ſucceſſorem tranſit, *cap. ſi Epiſcopus* 140. 11. *quæſt.* 3. Nomine ſucceſſoris, Sede 27
vacante venit Capitulum, ſeu is, ad quem Epiſcopalis juriſdictio, tunc temporis noſcitur pertinere, ut in terminis diſponitur

nitur

nitur *cap. Epiſcopali in 6. de majoritate, & obedientia lib. 1. tit.* 17. ubi, illis conceditur poſſe eos abſolvere, quos poſſet Epiſcopus, ſi viveret, niſi a Sede Apoſtolica id fuerit interdictum: & ibi Gloſſa *verb. Epiſcopus* notat, Capitulum Sede Vacante tantam habere poteſtatem reſpectù abſolutionis, quantam habet Epiſcopus vivens: & in hoc Capitulum ſuccedere
28 ipſi Epiſcopo; abſolvere enim ab excommunicatione dependet à juriſdictionali poteſtate, & non ordinis.

Regularis approbatus ad Confeſſiones ſecularium audiendas eos abſolvere poteſt ab excommunicatione majori, ab homine non lata, & nemini reſervata, ut tradunt Quilici *Confeſ. manud. quæſt.* 4. *art.* 3. *num.* 22. Miranda *man. Prælat. tom.* 2. *quæſt.* 35. *art.* 19. *tom.* 3. *Tambur. de jure Abbatum tom.* 2. *diſp.* 13. *quæſt.* 14. *num.* 4. *Engel.* §. 4. *num.* 24. nàm, ſi conditor Canonis ejus abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem aliis relaxandi, & cum hæc excommunicatio ab jure imponatur propter peccatum mortale, potens ab iſto abſolvere, poterit & ab ea.

Verum abſolutio ſolum prodeſt pro foro interno, non pro externo, pro ut ſatis patet ex Conſt. Superna Clem. X. *cit. off. quo ad privileg. n.* 14. *t.* 2. *ubi* §. 17. *Vigore ſupradictorum*
29 *privilegiorum nequaquam licere Regularibus, etiam ſatisfacta parte, abſolvere pœnitentes à cenſuris, quo ad externum, & judiciale forum, & abſolutos ab eis in foro pœnitentiali, utique non*
30 *cenſeri abſolutos in exteriori judicio, & contentioſo*; ubi Pontifex non diſtinguit inter cenſuram reſervatam, & non reſervatam, latam ab homine per ſententiam, vel non latam, ſed abſolute loquitur, & quamlibet comprehendit, & ideo poterit Judex Eccleſiaſticus abſolutum propter delictum plectere pœna commerita, ut notat Gobat.

Excommunicatio minor, licet ferri poſſit per ſententiam Judicis in pœnam alicujus delicti, ut obſervat Miranda *loc. cit. art.* 4. *con.* 2. & olim ita fuerit in usù per Layman *cap.* 3. *ſub n.* 5. nunc talis excommunicandi modus in deſuetudinem abiit,
31 & ſolum incurritur in caſibus, qui in jure ſunt determinatè expreſſi, ut nos diximus ſupra *num.* 8. a qua in foro externo poteſt

poteſt quivis ordinarius Eccleſiaſticus Judex abſolvere ex Layman; in foro autem interno quilibet Sacerdos approbatus ad Confeſſiones audiendas, ut tradunt cit. *Layman*, *Miranda*, & *Piaſec. ſub n.* 36. & legitur cap. *Nuper* ſæpè allegat: ubi Innoc. III. firmat, ea innodatum cenſura, poſſe abſolutionem obtinere ab Epiſcopo, vel à proprio Sacerdote.

Et hujus nomine intelligitur non tantum, qui ordinariam jurisdictionem habet ad abſolvendum à peccatis, ſed 32
etiam, qui delegatam; & facit *Gloſſa ad cap. Si Epiſcopus de pœnit. & remiſſ. lib.* 5. *tit.* 10. *in* 6. *verb. ter. præſuponendum*.

Hodie eorum non ſubſiſtit Sententia, qui dicunt poſſe ſimplicem Sacerdotem, ab Epiſcopo non approbatum, abſolvere in foro pœnitentiali à minori excommunicatione, quæ ob venialem culpam contracta fuit; quod ex eo probant, quia ſine approbatione poteſt à venialibus abſolvere; verum id eſt falſum, & re- 33
probatur in Decreto S. C. C. *cum ad aures*, edito ex commiſſione, *Innoc. XI. ſub die* 12. *Februarii* 1679. quæ providere ſtudens, ne venialium confeſſio fieret ſimplici Sacerdoti, diſpoſuit: *non permittant* (Ordinarii) *ut venialium confeſſio fiat ſimplici Sacerdoti, non approbato ab Epiſcopo, vel Ordinario, utpote ſufficienti, & ad id neceſſaria jurisdictione deſtituto*; *v. off. quoad approbat. ab Ordinario n.* 23.

Regularis obtinens facultatem abſolvendi à caſibus Summo Pontifici reſervatis poteſt abſolvere à cenſuris, eidem itidem reſervatis, quia cum ex Miranda *quæſt.* 34. *tom.* 2. *art.* 4. *con.* 2. *Confeſſ. Sum. Privileg. Ord. Mend. tit.* 17. *cap.* 6. *Marchant Hortus* 34
Paſtorum, *Candelab. myſt. tract.* 5. *cap.* 5. nullus ſit caſus Summo Pontifici regulariter reſervatus, cui adjuncta non ſit excommucatio, vel cenſura reſervàta, conceſſo uno, ſequitur aliud.

Cum vero idem Sanctiſſimus in Jubileo, vel extra, facultatem impertitur Regulari abſolvendi à cenſuris, & caſibus reſeravatis, conceſſio non extenditur, ut poſſit abſolvere à caſibus, & cenſuris, quos ſibi Epiſcopi reſervarunt, & impoſterũ reſervabunt, niſi ſpecifice id exprimat, facit *c. licet Romanus Pontifex* 35
de conſtitut. in 6. *lib. p. tit.* 2. ut infrà. *Licet Romanus Pontifex* (*qui jura omnia in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere*) *conſtitu-*

Confirmat Concil. Cartag. 3. Relatum *cauſa* 26. *q.* 6. *Præsbyter, inconſulto Epiſcopo, non reconciliet pœnitentem ; niſi, abſente Epiſcopo, ultima neceſſitas cogat*; Ergo, Epiſcopo præſente, non ſubſiſtit neceſſitas ad effectum abſolutionis dandæ à Præsbytero, & in caſu noſtro à ſimplici Sacerdote Layman *lib.* 5. *tr.* 6. *cap.* 12. *de Sac. pœnit. n.* 14. Brugnolo *ſpec. Cleric. tract.* 22. *de Cenſuris cap.* 10. *de abſolut. in Mort. art. Reſolut.* 3. *Gobat experien. Theologica tract.* 3. *caſu* 7. *n.* 133, ſuadendum pœnitentibus docet, ut quisque in Mortis articulo ſequatur tutiora, & communi uſui conformia.

41 Per articulum Mortis, de quo, etiam Trident. loco cit., venit, tam ſtrictè dictus Mortis articulus, ſeu tempus, & ſtatus, quo Mors proximè inſtat, & eſt moraliter certa, ac ferè inevitabilis; quam acceptus in ſenſu lato, nimirum pro periculo probabili Mortis; hoc eſt ſtatu, & occaſione, in qua, conſiderata rerum natura, & inſpectis iis, quæ ſolent in ſimilibus evenire, mors, etſi non proximè ſequatur, ſaltem, vel probabiliter, aut à prudentibus poteſt, & debet timeri; Unde exiſtunt in articulo, vel periculo Mortis reſpectivè, quibus Mors imminet, vel ex infirmitate, aut ſententia Judicis, vel ex imminentis belli conflictu, aut partu (ut ſi ſit primus, vel mulier experta ſit, ſe aliàs cum vitæ periculo peperiſſe) aut conſimili actione. Hasben. *Sum. Ver. abſol. generalis* ℣. *pr. n.* 2. *Layman, Gobat ibidem n.* 125.

CAPUT IV.

Officialis quoad abſolutionem ab excommunicationibus, & caſibus Bullæ Cænæ.

SUMMARIUM.

1 *Bulla Cænæ unde dicta!*

2 *Etiam Regulares, non poſſunt abſolvere Seculares à Caſibus Bullæ Cænæ.*

3 *Decretum Clementis VIII. id, & à reſervatis Epiſcopo, interdicens, ſub excommunicatione, & aliis pœnis Rom. Pon-*

Pont. reſervatis.

4 *Ejuſdem Decreti declaratio.*

5 *Ejuſdem extenſio ad loca, etiam extra Italiam.*

6 *Bulla Cœnæ loquitur abſque reſtrictione locorum, & perſonarum.*

7 *Excommunic. lata in abſolventes a Caſibus Bullæ reſervatur Papæ.*

8 *Abſolvens in mortis articulo cautionem debet exigere.*

9 *Regulares ubique ea facultate carent.*

10 *Bulla non prohibet abſolutionem criminum, ſolum cum ſunt publica.*

11 *Prælati Regulares non poſſunt in foro Conſcientiæ abſolvere Seculares ab hæreſi occulta.*

12 *Sententia affirmans poſſe Prælatos Regulares abſolvere ſuos ſubditos à caſibus Bullæ Cœnæ.*

13 *Ampla facultas data Minoribus à Clemente IV.*

14 *Sixtus IV. declarat exceſſus, pro quibus ſit ad Sedem Apoſtolicam recurrendum.*

15 *Similia Privilegia habent Prædicatores &c.*

16 *Sententia negativa.*

17 *Bulla revocat omnia Privilegia conceſſa, & concedenda.*

18 *Senſus Clauſulæ* in genere, & in ſpecie.

19 *Quando dicatur Privilegiũ conceſſum in individuo?*

20 *Poteſtas abſolvendi à caſibus hujus Bullæ non confertur per verba generalia, vel ſpecialia.*

21 *In Generali conceſſione, non veniunt, quæ ſpeciale mandatum requirunt.*

22 *Sententia negativa eſt tutior, probabilior, & magis conformis decretis Apoſtolicis.*

23. *Facultas abſolvendi ab eis, extrà articulum mortis, eſt perſonaliſſima reſpectu Pontificis.*

24 *Regulares ſunt exempti à reſervatione Epiſcopali, non tamen Papali.*

25 *Dictio* Quemquam *eſt impropriè ſingularis.*

26 *Ubi vertitur periculum animarum, tenendum eſt, quod ſecurius &c.*

27 *Diſcurſibus Fratrum qua via poſſit occurri?*

28 *Conſt. Sixti IV. revocatoria facultatum abſol. à caſibus Bullæ.*

29 *Quæ facultas ex Trid.* ſeſſ. 14. cap. 6. *tribuatur Epiſcopis?*

30 *An Prælatis Regularibus ea competat?*

Con-

Digitized by Google

31 *Conceſſio data à Pio V. Prædicatoribus.*
32 *Epiſcopi nequeunt abſovere lapſos in hæreſim.*
33 *Super quo Majori Pœniten. datur facultas reſtricta.*
34 *Bulla Cœnæ revocat facultatem datam Epiſcopis, quoad caſus Bullæ.*
35 *Argumentum deductum à paritate facultatis datæ Epiſcopis, in favorem Regularium non tenet.*
36 *Sententia negativa, probabilior, & tutior roboratur.*

1 BUlla Cœnæ, ideo dicta, quia quolibet anno, Papa præſente, Romæ legitur feria V. in Cæna Domini; aliud non eſt, *quam proceſſus caſuum, quibus annexa eſt excommunicatio Summo Pontifici reſervata, cum derogatione Privilegiorum, quibuſcumque conceſſorum.*

2 Ideo conveniunt Doctores, etiam Regulares, carere facultate ab eis omnibus, vel eorum aliquo, abſolvendi Seculares; quod etiam patet ex Decreto *S. C. Epiſcoporum, & Regularium edito ex commiſſione Clementis VIII.* tenoris infraſcripti.

3 *Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita*, juſtis, & gravibus cauſis, id exigentibus, ac de Sancti: D. N. Clement. Papæ VIII. ſpeciali mandato, vivæ vocis oraculo de ſuper habito, Sacerdotibus omnibus, tàm Secularibus, quàm Regularibus per univerſam Italiam, extra Urbem degentibus, ad confeſſiones audiendas probatis, quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, Militarium, aut Congregationum, etiam Societatis JESU, & generaliter quarumcumque aliarum, quovis nomine nuncupentur, jubet, & præcipit, ne quis eorum ſub prætextù Privilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel ſpecifice, ſcripto, aut vivæ vocis oraculo, vel per comunicationem à Sede Apoſtolica, vel ejus authoritate, eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, vel Societatibus, aut Archi Confraternitatibus Secularium, aut ſingularibus perſonis, ſeu alias quomodocumque, ſub quibusvis tenoribus, formis, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ad cujusvis, etiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, inſtantiam conceſſarum, ſeu confirmatarum, alicui, cu-

cujusvis ſtatus, gradus, & conditionis, aut dignitatis, tam Eccle- "
ſiaſticæ, quam Secularis, etiam Regiæ, vel Imperialis, ab ullo ex "
caſibus clarè, vel dubiè, in Bulla, die Cœnæ Domini legi ſolita, "
contentis, vel alias quomodocumque Sedi Apoſtolicæ reſervatis, "
aut in futurum per Sanctitatem ſuam, ejusque Succeſſores pro "
tempore in eadem Bulla, vel aliter reſervandis; nec etiam à ca- "
caſibus, quos Ordinarii locorum hactenus reſervarunt, vel "
impoſterum ſibi reſervabunt, nullo caſu, etiam neceſſitatis, vel "
impedimenti, niſi in mortis articulo, ſeu cum nova, vel ſpecia- "
li Sanctitatis Suæ, aut Succeſſorum ſuorum, vel Ordinariorum, "
quoad caſus ab ipſis tantum reſervatis, reſpectivè impetrata in "
ſcriptis licentia, Ordinariis locorum exhibenda, abſolutionis be- "
neficium de cætero impendere audeat, vel præſumat; ſed cum "
opus fuerit, pœnitentes ad Superiores, legitimosque, Judices ſu- "
os accedere conſulat, ſub pœna contra facientibus, tam Regu- "
laribus, quam Secularibus excommunicationis, privationis offi- "
ciorum, & dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatis, item au- "
diendi confeſſiones, & ad quæcumque officia, Prælaturas, be- "
neficia impoſterum obtinenda, ipſo facto abſque ulla alia decla- "
ratione incurrenda; ſuper quibus à nemine, niſi à Rom. Pon- "
tifice, habilitatio, diſpenſatio, aut abſolutio, præterquam in "
mortis articulo, poſſit impartiri; Sanctitas enim ſua (quatenus "
opus ſit) facultates, & conceſſiones ipſas in hac parte, uti caſ- "
ſas, & irritas haberi de cætero voluit, & vult, non obſtantibus "
quibuscumque. "

Præterea, noverint pœnitentes abſolutionem, ſi quam ob- "
tinebunt contra hujusmodi prohibitionem, eſſe nullam, nullius- "
que roboris, vel momenti: Et ne locorum Ordinarii, quibus "
jus hoc reſervandorum caſuum competit, plurium, quam opus "
ſit, reſervatione, ſubditis, aut confeſſariis in animarum ſalutæ "
procuranda cooperatoribus, ſint oneroſi, monentur omnes, ut "
paucos, eosque tantum, quos ad Chriſtianam Diſciplinam "
retinendam, animarumque ſibi creditarum ſalutem pro cujus- "
vis Diœceſis ſtatu, & qualitate, neceſſario reſervandos eſſe "
judicaverint, reſervent, Dat. Romæ die 9. Menſis Januarii An- "
no 1601.

ejus-

34 *Caſus reſervati Summo Pontifici regulariter habent Cenſuram annexam.*
35 *Habens à Pontifice poteſtatē abſolvēdi à Caſibus, & Cenſuris reſevatis eidem, non poteſt abſolvere à reſervatis Epiſcopis.*
36 *Quando Pontifices id intendunt, exprimunt.*
37 *In conceſſionibus attenditur tenor reſcripti.*
38 *Formula abſolvēdi à Cēſuris.*
39 *In articulo mortis, in preſentia Confeſſoris approbati, non poteſt abſolvere non approbatus.*
40 *Adducitur Text: Tridentini.*
41 *Qui dicantur eſſe in articulo mortis?*
42 *Abſolutus, à cenſura reſervata in mortis articulo, ceſſante periculo, tenetur comparère coram reſervatore.*

1 EXcōmunicatio, eſt *cenſura per quā homo baptizatus ab Eccleſiæ cōmunione ſeparatur*; ad quod facit Gloſſa in *Clement. Excōmunicationis lib. 2. tit. 10. de exceptionibus.*

2 A fidelium communione poteſt quis ſeparari, aut *ſecundum quid*; ſecundum, ſcilicet, uſum dumtaxat paſſivum, ſeù perceptionem ſacramentorum; aut *ſimpliciter*, ſecundum, videlicet, exteriorem converſationem: activam, & paſſivam Sacramentorum participationem, & uſum: ſuffragia Eccleſiæ, quæ in ſacrificio, aliiſque publicis orationibus, & officiis ad Deum pro univerſa Eccleſia funduntur: & ſatisfactiones Chriſti, & Sanctorum, quæ ex communi Eccleſiæ Theſauro per Indulgentias fidelibus applicantur.

3 Primo modo *minor excommunicatio*, ſeparat, quæ deſcribi ſolet: eſt cenſura *privans hominem participatione paſſiva Sacramentorum, ſed non eorundem collatione*: ut expreſsè habetur *cap. ſi celebrat lib. 5. tit. 27. de Clerico excom. miniſtrante*; ubi deligato minori excōmunicatione textus firmat: *peccat autem conferendo Eccleſiaſtica Sacramenta; ſed ab eo collata virtutis non carent effectù: cum non videatur à collatione, ſed participatione remotus.*

4 Et cum dicat, *peccat*, non intelligitur mortaliter, aliàs, ut obſervat *Cabaſſut. Theor. juris Can. lib. 5. cap. 10. num. 3.* falſa eſſet decretalis ſuppoſitio, quod ſcilicet excommunicatio

minor

minor non privaret communicatione aƐtiva, ſeu adminiſtratione Sacramentorum; ideo de peccato veniali intelligitur, ut ipſe, pluribus citatis, tradit,& cum eo Layman *Theolog. mor. lib. pr. tract. 5. p. 2. cap. 3. n.* 4. Engel. Colleg. *uni. jur. Can. lib. 5. tit.* 39. §. 2. *n.* 69. ſi nimirum abſque neceſſitatis ratione Sacramenta miniſtret, quia aliqua irreverentia cenſetur; contra Bonaccinam *de cenſuris diſp. 2. quæſt. 3. num.* 4. & Lezana *Sum. qq. Regul. tom. 3. verb. excom. quoad Regul.*, & alios, intelligentes textum, de ſola collatione Sacramentorum, quæ eſt adjuncta cum receptione; prout contingit, in Sacerdote celebrante, qui Sacramentum ſuſcipit, verum, violentam eſſe expoſitionem, docet Cabaſſut. *loco cit.* & textui exprimenti, *peccat conferendo*, repugnare ſcribit cit. Layman, ideo ad omnem ampliatur.

Cæterum mortaliter peccat Sacerdos, ſi ea innodatus, celebret, ut eodem cap. *ſi celebrat*, prout ſequitur, diſponitur; *ſi celebrat minori excommunicatione ligatus, licet graviter peccet, nullius tamen notam irregularitatis incurrit*: quia Sacramentum ſuſcipit; grave autem peccatum eſt mortale; & idem dicendum in ſuſceptione cæterorum Sacramentorum. 5

Minor excommunicatio incurritur per indebitam participationem, & communicationem cum innodato majori, *cap. nuper de ſent. excommunicationis lib. 5. tit.* 39. *cap. ſtatuimus, & cap. Conſtitutionem eodem tit. lib. 5. tit.* 11. *in* 6. verum, ut ea incurratur, requiritur, quod excommunicatus, vel ſit ab Judice, aut Superiore publicatus, vel denunciatus: aut notorie conſtet eum in excommunicationem incidiſſe, per diſpoſita in Concilio Lateranenſi, ſub Leone X. *Conſt. ſtatuimus inſuper, cit. n.* 10. *cap. offic. quoad pœnas Eccleſ. tom.* 2. 6

Si tamen in eodem crimine communicet, eadem excommunicatione ligatur ex allegat: *cap nuper. in ſecunda verò quæſtione credimus diſtinguendum*, ait Pontifex: *an, is, qui nominatim excommunicato communicat ſcienter, in crimine communicet criminoſo, ei Conſilium impendendo, auxilium, vel favorem &c. cum facientem, & conſentientem, par pœna conſtringat*; *& cap. ſi concubinæ eodem tit. ſi concubinæ publicæ Clericorum Eccleſiaſticæ cenſuræ diſtrictione notentur, eosdem concubinarios, non eſt dubium,* 7

 ſen-

ſententia majoris excõmunicationis involui, qui poſt latam ſententiã communicant in eodem crimine criminoſis. Ubi Gloſſa ſcribit, *quod participans in crimine eadem ſententia notatur cum nominatim excommunicato*; ſecus ſi alias participaret in locutione, vel aliàs, quam in crimine, quia tunc non eſſet excommunicatus majori, ſed minori; & ſic ſententiam per participationem criminis extenditur ad perſonas, contra quas lata non fuit, cap. *Adverſus de immunitate Eccleſiarum lib. 3. tit. 49.*

Caſus in quibus eſt prohibitum communicare cum excommunicato majori excomunicatione vitando, notantur allegat *decretali Nuper*, & iſto comprehenduntur carmine.

8 *Os, orare, vale, communio, menſa negatur.*

Os, ſignificat oſculum, collocutionem, etiam per nutus, & litteras.

Orare, cum eo divinis officiis intereſſe, vel pro eo nominatim orare.

Vale, communis vitæ officia, ſalutationem, verbis, literis, nutu, juxta illud Joannis *Epiſt. 2. nec Ave dixeritis.*

Communio, comercium, & ſocietatem, & quemlibet contractum; & notabis ex Cabaſſut. *cit. n.* 47. contractus cum excommunicato eſſe validos, ſed illicitos.

Menſa, cohabitationem in eadem camera, & convictum juxta illud Pauli *Corinth. pr. cap. 5. cum ejusmodi, nec cibum ſumere.*

Advertas, quod ſcienter communicans in civilibus, & humanis cum evitando excommunicato, ob materiæ levitatem, peccat tantum venialiter ex Cabaſſut. *cit cap.* 12. & Layman *cap.* 3. & licet minori ſolum excommunicatione ligetur, ſi tamen non ſe corrigat, & in contemptum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ac contra Superioris prohibitionem id egerit, poterit majori mulctari, ut in terminis diſponitur *cit. cap. ſi celebrat*; *cap. ſtatuimus*; id autem exequendum non eſt, niſi canonica monitione præmiſſa ex cap. *ſtatuimus, & cap. conſtitutionem cit. n.* 6.

9 Scienter pariter cum eo in Sacris, & Divinis participans, & minori implicatur excommunicatione, & ob materiæ gravitatem mortaliter peccat, Cabaſſut. cit.

Cle-

Clericus, etiam majorum Ordinum, apud Piaſec. *prax.* 10
Epiſc. p. 2. cap. 4. art. 13. n. 26. graviter peccat, nempe mortaliter, ſi in divinis participat excommunicato: & ſi, preſente excommunicato à Papa, ſciens celebrat, excommunicationem majorem incurrit, prout expreſſe cap. *ſignificavit lib. 5. tit. 39. de ſent. excom.* ubi: *verum, Clericos, qui ſcienter, & ſponte participaverunt excommunicatis à nobis, & ipſos in officiis receperunt, eadem excommunicationis ſententia cum ipſis non dubitamus involui; quos etiam pro beneficio abſolutionis habendo ad nos volumus, cum literarum tuarum inſinuatione remitti.*

Et ſi excommunicatum ab alio, ad Divina recipiat, & admittat, licet ex *cap. is, qui de ſent. excom. in 6. lib. 5. tit.* 11. ex- 11
communicatione cum eo non ligetur, tamen eſt ei in Eccleſiam ingreſſus interdictus; in quo, ſi iterum celebret, irregularitatem incurrit ex *cap. is, qui alleg.*

Nec ab eo liberantur exempti, & Regulares, ut ex *cap.* 12
Epiſcoporum de privilegiis in 6. lib. & tit. cit. prout ſequitur.

Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum querelis frequentibus, & queruloſis clamoribus excitati, præſenti Decreto duximus ſtatuendum, ne aliqui ſeculares, aut Regulares, quantumcumq; exemptionis, ſeù libertatis Sedis Apoſtolicæ privilegiis communiti, cujuſcumque Ordinis, Religionis, ſtatus, vel conditionis exiſtant, ſcienter celebrent, vel faciant celebrari Divina, in Civitatibus, caſtris, villis (niſi quatenus, eis à jure conceditur) ſeù locis aliis interdictis ab Ordinariis, ſive delegatis Judicibus, vel à jure, aut excommunicatos publicè, vel interdictos ad Divina officia, ſeù Eccleſiaſtica Sacramenta, vel Eccleſiaſticam ſepulturam admittant.

Qui vero contra præſumpſerint, præter alias pænas à jure ſtatutas, ingreſſum Eccleſiæ, ſibi noverint interdictum, donec de tranſgreſſione hujusmodi ad arbitrium ejus, cujus ſententiam contempſerunt, ſatisfecerint competenter.

Si, dum Divina celebrantur, publicè excommunicatus acceſſerit, ſi monitus, ut diſcedat, non pareat, nova excommunicatione Papæ reſervata afficitur *Clement. Gravis de ſent. excom. lib. 5. tit.* 10. & poteſt opera aliorum fidelium de Eccleſia violenter expelli, prout ex *cap. veniens hoc tit. notat* Engel, &, ſi ipſe exire

nollet, aut expelli non poſſet, cæteri, ſimul cum eo in Eccleſia exiſtentes, diſcedere tenerentur, & Sacerdos, qui nec dum canonem Miſſæ incepiſſet, intermittere deberet; propter prohibitionem comunicandi cum excommunicato in oratione ex *cap. nuper, ſæpè cit. & cap. reſponſo ibidem*, ubi excommunicatis concio-
13 nes in Eccleſiis audire non prohibetur, nec privatim in eis orare; præſertim cum non celebrantur Divina officia, nec alii fideles conveniunt ad communem orationem, Engel *allega. n. 58.*

In quibuſdam caſibus cum excommunicatis, etiam non tole-
14 ratis, ſine peccato licet communicare, & hoc exprimuntur Verſiculo.

Utile, lex, humile, res ignorata, neceſſe;
Hæc Anathema quidem faciunt, ne poſſit obeſſe.

Primò igitur propter *utilitatem* propriam, neceſſitate adjuncta, ut, cum quis in ſubſidium corporale, vel ſpirituale aliquo indiget, nec ab alio, quam ab excommunicato, facile poteſt habere; vel, ſi ad illam utilitatem excommunicatus jam prius ex contractù, vel alia cauſa, obligatus fuerit; ne ex cenſura lucrum excommunicatus reportet *cap. ſi vere hoc tit.*, & propter ſpiritualem utilitatem ipſius excommunicati, ut expreſsè cap. *Cum voluntate eodem tit.* ubi *excommunicationis Sententiam non incurrit, qui excommunicato, in his, quæ abſolutionem, vel aliàs ad ſalutem animæ pertinent, in locutione participat, licet etiam alia verba incidenter (ut apud eum magis proficiat) interponat.*

Prædicatores quoque, qui penès excommunicatos, vel alios aliarum rerum detentores, in Prædicationibus, & Confeſſionibus, quas gerunt cauſam (vel curam) eorum, ad quos res ipſæ ſpectare noſcuntur, eleemoſynas licitè poſſunt ab illis recipere, præſertim ſi alias non valeant in illo loco ſuſtentationem habere.

Secundo *Lex*, conjugalis, & matrimoni, nimirum, operatur, ut conjuges ſibi invicem communicare poſſint, licet alteruter excommunicatus ſit, cap. *quoniam multos ij. quæſt. 3. & cap. inter alia hoc titulo.*

Tertiò *Humilitas*, obſequii nimirum, filii erga parentes, ſervi erga Dominum, Religioſi erga Prælatum, Clerici erga Epiſcopum, & aliorum, qui antea ad familiare tenerentur Obſequium, fa-

facit, ut eis liceat cum excommunicatis communicare, dum-
modo non communicent in crimine, propter quod lata eſt
cenſura, prout textus citat.

Quarto *Ignorantia*, quæ non ſit craſſa, & ſupina, vel
affectata; ſive ſit juris, & legis prohibentis communionem;
ſive facti, & dum ignoratur Petrum V. G. cenſura detineri, al-
legat. *cap. quoniam*.

Demū *propter neceſſitatem*, quis excuſatur: *ut cap. alle-
gat. inter alia: & cap. ſi vere; & cap. quoniam in terminis* habet:
*quicumque autem orator, ſive peregrinus, aut viator, in terram
excommunicatorum devenerit, ubi non poſſit emere, vel non ha-
beat, unde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiam damus.*

Secundo modo ſeparat *excommunicatio major*, quæ deſ- 15
cribitur; *eſt cenſura, quæ vi ſua Sacramentorum, precum, &
ſuffragiorum participatione, ac fidelium ſocietate privat.*

Quæ ſolet, etiā dici Anathema, quod ab ipſo Chriſti cor- 16
pore (quod eſt Eccleſia) ſeparat, & dividit. *cap. Engeltrudam*
3. *quæſt.* 5. & ibi Gloſſa; & quamquam eſſentialiter non diffe- 17
rant, differunt tamen, quantū ad ſolemnitatem, nam excom-
municatio, ſola ſententia Judicis Eccleſiaſtici in ſcriptis con-
cepta, profertur *cap. cum medicinalis de ſent. excom. in 6. lib. 5.
tit.* 11. Anathema verò, cum quibuſdam cæremoniis ad terro-
rem aliorum peragitur; quæ præſcribuntur *cap. debent*, 11.
quæſt. 3. ut infra: *debent duodecim Sacerdotes Epiſcopum cir-
cumſtare, & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in con-
cluſione Anathematis, vel excommunicationis proiicere debent in
terram, & conculcare pedibus. Deinde Epiſtola per Parochias mit-
tatur continens excommunicatorum nomina, & cauſam excom-
municationis.*

Cum excommunicationis vocabulum ſine adjuncto, & 18
abſolute pronunciatur, regulariter de majori intelligitur, ut
diſponitur *cap. ſi quem de ſent. excom. lib. 5. tit.* 39., & ferri
non poteſt, niſi propter peccatum mortale. *cap. nemo Epiſco-* 19
porum; 11. *quæſt.* 3. totum Collegium, & Communitas ex-
communicari non poteſt. *cap. Romana de ſent. excom. in 6. lib.* 20
5. *tit.* 11. ubi, *in Univerſitatem, vel Collegium proferri excom-
muni*

municationis ſententiam penitus probibemus: volentes animarum periculum vitare, quod ex inde ſequi poſſet, cum nonnunquam contingeret innoxios bujuſmodi ſententia irretiri, ſed in illos dumtaxat de Collegio, vel Univerſitate, quos culpabiles eſſe conſtiterit, promulgetur.

21 Excommunicatio alia eſt lata à jure, quæ ſcilicet in Canone, vel ſtatuto aliquo continetur; & alia ab homine, hoc eſt Judice Eccleſiaſtico per ſententiam; item alia eſt reſervata, alia minime; quorum præmiſſa notitia Regulari Confeſſario neceſſaria, ad rem dicendum.

Quod ab excommunicatione reſervata Ordinario, & extra articulum mortis, aut ſine ſpeciali commiſſione, vel privi-
22 legio, nullus, etiam Regularis abſolvere poteſt, niſi auctor legis, & cenſuræ, qui eamdē ſibi reſervavit, per diſpoſita à *Trid. ſeſſ.* 14. *de. Sacra. pœnitentiæ cap.* 7. ubi, *in Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, ut nulla ſit reſervatio in articulo mortis; atque ideo omnes Sacerdotes, quoslibet pœnitentes à quibuſvis peccatis, & cenſuris abſolvere poſſunt; extra quem articulum Sacerdotes, cum nibil poſſint in caſibus reſervatis, id unum pœnitentibus perſuadere nitantur; ut ad Superiores, & legitimos Judices pro beneficio abſolutionis accedant.*

23 In quo articulo debet quis abſolvi cum onere, ceſſante periculo, comparendi coram habente ad id facultatem, à quo alias de jure abſolvendus eſſet; non, ut iterum ab eo abſolutionem impetret, quia jam abſolutus eſt, ſed, ut ſe præbeat obedientem Eccleſiæ, & paratum ad aliquam pœnitentiam, ſi illam velit Superior imponere: vel ad ſatisfaciendum parti, ſi Superior id judicaverit neceſſariū; quod ſi, cū primum comparere potuerit, id omiſerit, in eandem reincidet excommunicationem, ut in terminis habet textus in *cap. eos, qui, de ſent. excom. in* 6. *lib.* 5. *tit.* 11. ubi expreſsè, *eos, qui à ſententia canonis, vel hominis (cum ad illum, à quo alias de jure fuerunt abſolvendi, nequeunt propter imminentis mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum pro abſolutionis beneficio babere recurſum) ab alio abſolvuntur: ſi ceſſante poſtea periculo, vel impedimento bujuſmodi, ſe illi, à quo, bis ceſſantibus, abſolvi debebant,*

bant, quam citò commode poterunt, contempſerint præſentare, mandatum ipſius ſuper illis, pro quibus excommunicati fuerant, humiliter recepturi, & ſatisfacturi, pro ut juſtitia ſuadebit; decernimus (ne ſic cenſuræ illudant Eccleſiaſticæ) in eamdem ſententiam reincidere ipſo jure. Et debet ab abſolvendo prius exigi juramentum comparendi. *cap. de cætero, cap. ea noſcitur, cap. quamvis de ſent. excom. lib. 5. tit.* 39. Regulares cavere debent *ex Layman. de cenſuris cap. 7. n. 7.* ne abſolvant à cenſuris 24 notoriis, ſi ad forum judiciale deductæ ſint, aut probabiliter deducendæ putantur, quia abſolutio danda non eſt, niſi prius ſit parti læſæ ſatisfactum.

Ab excommunicatione ab homine lata nequeunt Regu- 25 lares abſolvere per diſpoſita à *Leone X. Conſtit. Dum intra Bullar. Cherub. tom.* 1. ubi §. 7. *Ipſique Fratres, etiam Forentium confeſſiones audire valeant, Laicos tamen, & Clericos, ſeculares à ſententiis ab homine latis nullatenus abſolvere poſſint;* ſed debet abſolvere, vel ipſe, qui eam tulit, vel alius, cui ipſe commiſerit *cap. Cum ab Eccleſiarum de offic. Jud. Ord. lib.* 1. *tit.* 31. *Gloſſ in cap. ſi quem de ſent. excom. lib. 5. tit.* 39.

Limita cum *Piaſec. prax. Epiſc. par.* 2. *cap.* 4. *art.* 13. *n.* 26 37. niſi in caſibus expreſſis allegat. *cap. eos*, cum, ſcilicet, cenſura detentus non poteſt ob morbum periculoſum, vel aliud impedimentum legitimum, accedere ad excommunicatorem, ad quem de jure abſolutio ſpectat; & tunc, non niſi recepta cautione ab abſolvendo de parendo juri, & ſatisfaciendo parti, vel impedimento ceſſante ſe præſentando excommunicatori juxta dicta *n.* 23. & cum, quis ſit ab homine generaliter excommunicatus, ut, ſi Epiſcopus faciat edictum, ut quiſquis commiſerit furtum ſacrilegum, ſit excommunicatus *ibid. ſub num* 36. intellige, niſi ſic excomunicatus fuerit denunciatus, & ſolù quo ad foru conſcientiæ. Si deceſſerit, vel dignitate privatus fuerit, qui cenſuram tulit, non ideò expirat cenſura contracta, ſed vis abſolvendi ad ſucceſſorem tranſit, *cap. ſi Epiſcopus* 140. 11. *quæſt.* 3. Nomine ſucceſſoris, Sede 27 vacante venit Capitulum, ſeu is, ad quem Epiſcopalis juriſdictio, tunc temporis noſcitur pertinere, ut in terminis diſponitur

nitur *cap. Epiſcopali in 6. de majoritate, & obedientia lib. 1. tit.*
17. ubi, illis conceditur poſſe eos abſolvere, quos poſſet Epiſ-
copus, ſi viveret, niſi a Sede Apoſtolica id fuerit interdi-
ctum: & ibi Gloſſa *verb. Epiſcopus* notat, Capitulum Sede Va-
cante tantam habere poteſtatem reſpectù abſolutionis, quan-
tam habet Epiſcopus vivens: & in hoc Capitulum ſuccedere
28 ipſi Epiſcopo; abſolvere enim ab excommunicatione depen-
det à juriſdictionali poteſtate, & non ordinis.

Regularis approbatus ad Confeſſiones ſecularium au-
diendas eos abſolvere poteſt ab excommunicatione majori,
ab homine non lata, & nemini reſervata, ut tradunt Quilici
Confeſ. manud. quæſt. 4. *art.* 3. *num.* 22. Miranda *man. Præ-
lat. tom.* 2. *quæſt.* 35. *art.* 19. *tom.* 3. *Tambur. de jure Abbatum
tom.* 2. *diſp.* 13. *quæſt.* 14. *num.* 4. *Engel.* §. 4. *num.* 24. nàm, ſi
conditor Canonis ejus abſolutionem ſibi ſpecialiter non reti-
nuit, eo ipſo conceſſiſſè videtur facultatem aliis relaxandi,
& cum hæc excommunicatio ab jure imponatur propter pec-
catum mortale, potens ab iſto abſolvere, poterit & ab ea.

Verum abſolutio ſolum prodeſt pro foro interno, non
pro externo, pro ut ſatis patet ex Conſt. Superna Clem. X.
cit. off. quo ad privileg. n. 14. *t.* 2. *ubi* §. 17. *Vigore ſupradictorum*
29 *privilegiorum nequaquam licere Regularibus, etiam ſatisfacta
parte, abſolvere pœnitentes à cenſuris, quo ad externum, & ju-
diciale forum, & abſolutos ab eis in foro pœnitentiali, utique non*
30 *cenſeri abſolutos in exteriori judicio, & contentioſo*; ubi Ponti-
fex non diſtinguit inter cenſuram reſervatam, & non reſerva-
tam, latam ab homine per ſententiam, vel non latam, ſed
abſolute loquitur, & quamlibet comprehendit, & ideo poterit
Judex Eccleſiaſticus abſolutum propter delictum plectere pœ-
na commerita, ut notat Gobat.

Excommunicatio minor, licet ferri poſſit per ſententiam
Judicis in pœnam alicujus delicti, ut obſervat Miranda *loc. cit.
art.* 4. *con.* 2. & olim ita fuerit in usù per Layman *cap.* 3. *ſub n.*
5. nunc talis excommunicandi modus in deſuetudinem abiit,
31 & ſolum incurritur in caſibus, qui in jure ſunt determinatè
expreſſi, ut nos diximus ſupra *num.* 8. a qua in foro externo
poteſt

poteſt quivis ordinarius Eccleſiaſticus Judex abſolvere ex Layman; in foro autem interno quilibet Sacerdos approbatus ad Confeſſiones audiendas, ut tradunt cit. *Layman*, *Miranda*, & *Piaſec. ſub n.* 36. & legitur cap. *Nuper* ſæpè allegat: ubi Innoc. III. firmat, ea innodatum cenſura, poſſe abſolutionem obtinere ab Epiſcopo, vel à proprio Sacerdote.

Et hujus nomine intelligitur non tantum, qui ordinariam jurisdictionem habet ad abſolvendum à peccatis, ſed 32
etiam, qui delegatam; & facit *Gloſſa ad cap. Si Epiſcopus de pœnit. & remiſſ. lib. 5. tit.* 10. *in* 6. *verb. ter. præſuponendum*.

Hodie eorum non ſubſiſtit Sententia, qui dicunt poſſe ſimplicem Sacerdotem, ab Epiſcopo non approbatum, abſolvere in forọ pœnitentiali à minori excommunicatione, quæ ob venialem culpam contracta fuit; quod ex eo probant, quia ſine approbatione poteſt à venialibus abſolvere; verum id eſt falſum, & re- 33
probatur in Decreto S. C. C. *cum ad aures*, edito ex commiſſione, *Innoc. XI. ſub die* 12. *Februarii* 1679. quæ providere ſtudens, ne venialium confeſſio fieret ſimplici Sacerdoti, diſpoſuit: *non permittant* (Ordinarii) *ut venialium confeſſio fiat ſimplici Sacerdoti, non approbato ab Epiſcopo, vel Ordinario, utpote ſufficienti, & ad id neceſſaria jurisdictione deſtituto*; *v. off. quoad approbat. ab Ordinario n.* 23.

Regularis obtinens facultatem abſolvendi à caſibus Summo Pontifici reſervatis poteſt abſolvere à cenſuris, eidem itidem reſervatis, quia cum ex Miranda *quæſt.* 34. *tom.* 2. *art.* 4. *con.* 2. *Confect. Sum. Privileg. Ord. Mend. tit.* 17. *cap.* 6. *Marchant Hortus* 34
Paſtorum, *Candelab. myſt. tract.* 5. *cap.* 5. nullus ſit caſus Summo Pontifici regulariter reſervatus, cui adjuncta non ſit excommucatio, vel cenſura reſervata, conceſſo uno, ſequitur aliud.

Cum vero idem Sanctiſſimus in Jubileo, vel extra, facultatem impertitur Regulari abſolvendi à cenſuris, & caſibus reſeravatis, conceſſio non extenditur, ut poſſit abſolvere à caſibus, & cenſuris, quos ſibi Epiſcopi reſervarunt, & impoſterũ reſervabunt, niſi ſpecifice id exprimat, facit *c. licet Romanus Pontifex* 35
de conſtitut. in 6. *lib. p. tit.* 2. ut infrà. *Licet Romanus Pontifex* (*qui jura omnia in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere*) *conſtitu-*

 tionem

tionem condendo poſteriorem, priorem, quamvis de ipſa menſionem non faciat, revocare noſcatur; quia tamen locorum ſpecialium, & perſonarum ſingulariũ conſuetudines, & Statuta (cum ſunt facti, & in facto conſiſtant) poteſt probabiliter ignorare, ipſis, dũ tamen ſint rationabilia, per Conſtitutionem à ſe noviter editam (niſi expreſsè caveatur in ipſa) *non intelligitur in aliquo derogare. & cap. ſi Epiſcopus lib. 5. tit.* 10. *item in 6. & Clementina dudũ de ſepulturis lib. 3. tit. 3. verſ. per hujuſmodi; & regula* 81. *juris in 6. in generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.*

Et probat textus decreti S. C. Epiſc. & Regul: ſub Clemente VIII. 9. Januarii 1601. alleg. c. ſequent. n. 3. & 4. per notata reſpectivè ibid. in verb. *nequis eorum, & in verb. Cæterum nequis*, niſi nova, & ſpecialis Sanctæ Sedis licentia acceſſerit.

Et etiam, quia cum Pontifices id concedere intendunt, exprimunt, per diſpoſita ab Innoc. XII. *Conſt. ad Catholicæ*, edita 12. *Novemb.* 1691. ad implorandum Divinum auxilium in ſui Pontificatus initio; *& Conſt. Ubi primum, ſub die* 8. *Decembris*
36 1693. pro pace inter Principes Chriſtianos à Deo obtinenda; *& Conſt. In Sublimi die* 2. *Decembris* 1695. ad eundem effectum, & noviſſime à Clemente XI. *Conſt. in ſupremo die... Febr.* 1701. ubi reſpectivè, & expreſsè diſponunt quemcumque Præsbyterum, ſive Secularem, ſive *R*egularem, à locorum Ordinariis approbatum, poſſe abſolvere à reſervatis Sanctæ Sedi, & Ordinariis.

In caſu, quo in conceſſione ea expreſſio non reperiretur, ſed quid æquivalens, ut ſi concederet Pontifex indultum abſolvendi à caſibus, & cenſuris, *etiam* Papæ reſervatis, cum particula *etiam* ſit ampliativa, & implicativa ex Barbos *de dictionibus dict. 95. vult Brugnolo reſol.* 13. conceſſionem ampliari ad caſus, etiam Epiſcopo reſervatos; quod certe non ſubſiſtit per notata n. 35. & verba enuntiati decreti cum *nova, vel ſpeciali licentia* reſiſtunt.

Ideo in hujuſmodi conceſſionibus, attendendus eſt tenor reſcripti, ſeu Bullæ, & ſecundum quod fuerit expreſſum, tantum,
37 & non amplius poteſtatis ad abſolvendum, uſurpandũ: & in dubio, pro reſervatione potius judicandum: quia in his, quæ dubia

ſunt,

ſunt, quod certius exiſtimamus, tenere debemus cap. *Juvenis de ſponſ. & Matrim. lib. 4. tit.* 1. præſertim, quia hic agitur de periculo animæ Piaſec. *p. 2. cap. pr. art. 5. ſub. n.* 18.

Cum quis in foro ſolum interno ab excommunicatione abſolvitur, ſufficit dicere ex Gobat. *exp. The. t. 3 caſu 4. n.* 164. *Dominus noſter abſolvat te, & ego authoritate ipsius abſolvo te à vinculo excõ-* 38
municationis &c. &, cum eſt abſolvendus pro foro quoque externo, addendum eſt: *Dominus &c. et ego authoritate ipſius, & Sanctiſ. Domini noſtri Papæ; vel Reverendiſſimi Epiſcopi, aut Superiorum Ordinis* (cum ſcilicet abſolvit ex delegatione, aut Papæ, aut Epiſcopi, vel alterius Superioris) *mihi conceſſa, abſolvo te à vinculo excommunicationis, quam incurriſti, vel incurriſſe declaratus es*; propter V. G. homicidium; *& reſtituo te communioni, & unitati Fidelium, & Sacramentis Eccleſiæ: in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.*

Notandum, quod in articulo Mortis, ſi adſit Confeſſarius ap- 39
probatus, aut facile advocari poſſit, eſt, quo ad abſolutionẽ, non approbato præferendus; & ſi in eius præſentia Sacerdos, qui extra eum articulum nullam jurisdictionem haberet in pœnitentem, abſolveret, nec licita, nec valida abſolutio foret: utpotè à non habente jurisdictionem. Quod eſt certè ad ſenſum Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. *de Sac. pœnit.* etenim ſimplici Sacerdoti conceditur poteſtas tunc abſolvendi jure extraordinario, & ob neceſſitatem, ne ſcilicet, ut textus habet, *hac ipſa occaſione* (nimi- 40
rum, ſi abſolutio denegetur) *aliquis pereat*; ergo ceſſante neceſſitate, ceſſat diſpoſitio, & poteſtas, juxta Regulam, *quod cum aliquid conceditur propter neceſſitatem, durat conceſſio, quatenus urget neceſſitas.* Ubi autem neceſſitas, ut ſimplex Sacerdos abſolvat, ſi poteſt ab approbato abſolutio obtineri? Ad quod facit textus in cap. *excommunicamus de Sent. excom. inter extravag. com.* & ibi, ut infra diſponitur. *Decernimus etiam, ut nullus hanc incurrens excommunicationis Sententiam pro prædictis, vel aliquo prædictorum, abſque ſpeciali mandato, noſtræ abſolutionis Beneficium valeat obtinere, niſi forſan ad nos habere acceſſum non poſſet, in Mortis articulo conſtitutus.* Acceſſus autem in caſu ad approbatum Sacerdodotem patet; adeoque relinquendus ſimplex.

Confirmat Concil. Cartag. 3. Relatum *cauſa* 26. *q.* 6. *Presbyter, inconſulto Epiſcopo, non reconciliet pœnitentem; niſi, abſente Epiſcopo, ultima neceſſitas cogat*; Ergo, Epiſcopo præſente, non ſubſiſtit neceſſitas ad effectum abſolutionis dandæ à Præsbytero, & in caſu noſtro à ſimplici Sacerdote Layman *lib.* 5. *tr.* 6. *cap.* 12. *de Sac. pœnit. n.* 14. Brugnolo *ſpec. Cleric. tract.* 22. *de Cenſuris cap.* 10. *de abſolut. in Mort. art. Reſolut.* 3. *Gobat experien. Thelogicæ tract.* 3. *caſu* 7. *n.* 133, ſuadendum pœnitentibus docet, ut quisque in Mortis articulo ſequatur tutiora, & communi uſui conformia.

41 Per articulum Mortis, de quo, etiam Trident. loco cit., venit, tam ſtrictè dictus Mortis articulus, ſeu tempus, & ſtatus, quo Mors proximè inſtat, & eſt moraliter certa, ac ferè inevitabilis; quam acceptus in ſenſu lato, nimirum pro periculo probabili Mortis; hoc eſt ſtatu, & occaſione, in qua, conſiderata rerum natura, & inſpectis iis, quæ ſolent in ſimilibus evenire, mors, etſi non proximè ſequatur, ſaltem, vel probabiliter, aut à prudentibus poteſt, & debet timeri; Unde exiſtunt in articulo, vel periculo Mortis reſpectivè, quibus Mors imminet, vel ex infirmitate, aut ſententia Judicis, vel ex imminentis belli conflictu, aut partu (ut ſi ſit primus, vel mulier experta ſit, ſe aliàs cum vitæ periculo peperiſſe) aut conſimili actione. Hasben. *Sum. Ver. abſol. generalis* §. *pr. n.* 2. *Layman, Gobat ibidem n.* 125.

CAPUT IV.

Officialis quoad abſolutionem ab excommunicationibus, & caſibus Bullæ Cœnæ.

SUMMARIUM.

1 *Bulla Cœnæ unde dicta!*

2 *Etiam Regulares, non poſſunt abſolvere Seculares à Caſibus Bullæ Cœnæ.*

3 *Decretum Clementis VIII. id, & à reſervatis Epiſcopo, interdicens, ſub excommunicatione, & aliis pœnis Rom. Pon-*

Pont. reſervatis.

4 *Ejuſdem Decreti declaratio.*

5 *Ejuſdem extenſio ad loca, etiam extra Italiam.*

6 *Bulla Cænæ loquitur abſque reſtrictione locorum, & perſonarum.*

7 *Excommunic. lata in abſolventes a Caſibus Bullæ reſervatur Papæ.*

8 *Abſolvens in mortis articulo cautionem debet exigere.*

9 *Regulares ubique ea facultate carent.*

10 *Bulla non prohibet abſolutionem criminum, ſolum cum ſunt publica.*

11 *Prælati Regulares non poſſunt in foro Conſcientiæ abſolvere Seculares ab hæreſi occulta.*

12 *Sententia affirmans poſſe Prelatos Regulares abſolvere ſuos ſubditos à caſibus Bullæ Cœnæ.*

13 *Ampla facultas data Minoribus à Clemente IV.*

14 *Sixtus IV. declarat exceſſus, pro quibus ſit ad Sedem Apoſtolicam recurrendum.*

15 *Similia Privilegia habent Predicatores &c.*

16 *Sententia negativa.*

17 *Bulla revocat omnia Privilegia conceſſa, & concedenda.*

18 *Senſus Clauſulæ* in genere, & in ſpecie.

19 *Quando dicatur Privilegiũ conceſſum in individuo?*

20 *Poteſtas abſolvendi à caſibus hujus Bullæ non confertur per verba generalia, vel ſpecialia.*

21 *In Generali conceſſione, non veniunt, quæ ſpeciale mandatum requirunt.*

22 *Sententia negativa eſt tutior, probabilior, & magis conformis decretis Apoſtolicis.*

23. *Facultas abſolvendi ab eis, extrà articulum mortis, eſt perſonaliſſima reſpectu Pontificis.*

24 *Regulares ſunt exempti à reſervatione Epiſcopali, non tamen Papali.*

25 *Dictio* Quemquam *eſt improprie ſingularis.*

26 *Ubi vertitur periculum animarum, tenendum eſt, quod ſecurius &c.*

27 *Diſcurſibus Fratrum qua via poſſit occurri?*

28 *Conſt. Sixti IV. revocatoria facultatum abſol. à caſibus Bullæ.*

29 *Quæ facultas ex Trid.* ſeſſ. 14. cap. 6. *tribuatur Epiſcopis?*

30 *An Prælatis Regularibus ea competat?*

Con-

31 *Conceſſio data à Pio V. Prædicatoribus.*
32 *Epiſcopi nequeunt abſolvere lapſos in hæreſim.*
33 *Super quo Majori Pæniten. datur facultas reſtricta.*
34 *Bulla Cœnæ revocat facultatem datam Epiſcopis, quoad caſus Bullæ.*
35 *Argumentum deductum à paritate facultatis datæ Epiſcopis, in favorem Regularium non tenet.*
36 *Sententia negativa, probabilior, & tutior roboratur.*

1 BUlla Cænæ, ideo dicta, quia quolibet anno, Papa præſente, Romæ legitur feria V. in Cæna Domini; aliud non eſt, *quam proceſſus caſuum, quibus annexa eſt excommunicatio Summo Pontifici reſervata, cum derogatione Privilegiorum, quibuſcumque conceſſorum.*

2 Ideo conveniunt Doctores, etiam Regulares, carere facultate ab eis omnibus, vel eorum aliquo, abſolvendi Seculares; quod etiam patet ex Decreto *S. C. Epiſcoporum, & Regularium edito ex commiſſione Clementis VIII.* tenoris infraſcripti.

3 *Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita*, juſtis, & gravibus cauſis, id exigentibus, ac de Sancti: D. N. Clement. Papæ VIII. ſpeciali mandato, vivæ vocis oraculo deſuper habito, Sacerdotibus omnibus, tàm Secularibus, quàm Regularibus per univerſam Italiam, extra Urbem degentibus, ad confeſſiones audiendas probatis, quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, Militarium, aut Congregationum, etiam Societatis JESU, & generaliter quarumcumque aliarum, quovis nomine nuncupentur, jubet, & præcipit, nequis eorum ſub prætextù Privilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel ſpecifice, ſcripto, aut vivæ vocis oraculo, vel per comunicationem à Sede Apoſtolica, vel ejus authoritate, eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, vel Societatibus, aut Archi Confraternitatibus Secularium, aut ſingularibus perſonis, ſeu alias quomodocumque, ſub quibusvis tenoribus, formis, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ad cujusvis, etiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, inſtantiam conceſſarum, ſeu confirmatarum, alicui, cu-

cujusvis ſtatus, gradus, & conditionis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ, quam Secularis, etiam Regiæ, vel Imperialis, ab ullo ex caſibus clarè, vel dubiè, in Bulla, die Cœnæ Domini legi ſolita, contentis, vel alias quomodocumque Sedi Apoſtolicæ reſervatis, aut in futurum per Sanctitatem ſuam, ejusque Succeſſores pro tempore in eadem Bulla, vel aliter reſervandis; nec etiam à caſibus, quos Ordinarii locorum hactenus reſervarunt, vel impoſterum ſibi reſervabunt, nullo caſu, etiam neceſſitatis, vel impedimenti, niſi in mortis articulo, ſeu cum nova, vel ſpeciali Sanctitatis Suæ, aut Succeſſorum ſuorum, vel Ordinariorum, quoad caſus ab ipſis tantum reſervatis, reſpectivè impetrata in ſcriptis licentia, Ordinariis locorum exhibenda, abſolutionis beneficium de cætero impendere audeat, vel præſumat; ſed cum opus fuerit, pœnitentes ad Superiores, legitimosque, Judices ſuos accedere conſulat, ſub pœna contra facientibus, tam Regularibus, quam Secularibus excommunicationis, privationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatis, item audiendi confeſſiones, & ad quæcumque officia, Prælaturas, beneficia impoſterum obtinenda, ipſo facto abſque ulla alia declaratione incurrenda; ſuper quibus à nemine, niſi à Rom. Pontifice, habiltatio, diſpenſatio, aut abſolutio, præterquam in mortis articulo, poſſit impartiri; Sanctitas enim ſua (quatenus opus ſit) facultates, & conceſſiones ipſas in hac parte, uti caſſas, & irritas haberi de cætero voluit, & vult, non obſtantibus quibuscumque.

Præterea, noverint pœnitentes abſolutionem, ſi quam obtinebunt contra hujusmodi prohibitionem, eſſe nullam, nulliusque roboris, vel momenti: Et ne locorum Ordinarii, quibus jus hoc reſervandorum caſuum competit, plurium, quam opus ſit, reſervatione, ſubditis, aut confeſſariis in animarum ſalutæ procuranda cooperatoribus, ſint oneroſi, monentur omnes, ut paucos, eosque tantum, quos ad Chriſtianam Diſciplinam retinendam, animarumque ſibi creditarum ſalutem pro cujusvis Diœceſis ſtatu, & qualitate, neceſſario reſervandos eſſe judicaverint, reſervent, Dat. Romæ die 9. Menſis Januarii Anno 1601.

ejus-

Ejuſdem Decreti ſequitur declaratio.

„ Cum autem dubia quædam, ac difficultates circa ejuſdem „ Decreti interpretationem, atque obſervationem emerſiſſent, „ eadem Congr. ne ullus deinceps obſcuritati, ſcrupulo, ambiguitative locus relinquatur, & ut clarius appareat, in quibus „ caſibus, vigore ejusdem Decreti, reſervatis, intelligatur, prohibita abſolutio, ſpeciali mandato ejuſdem S. D. N. Clement. PP. „ VIII. ſimiliter vivæ vocis oraculo ſuper ea re habito, ipſum Decretum ita moderatur, ac declarat, videlicet, ſub ejuſdem prohibitione illos tantum impoſterum comprehendi caſus, qui in „ Bulla, die Cænæ Domini legi conſueta, continentur, ac præterea violationis immunitatis Eccleſiaſticæ, in terminis conſtitutionis Fel. record. Greg. XIV. quæ incip. Cum aliàs nonnulli: „ Violationis clauſuræ Monialium ad malum finem; Provocantium, & pugnantium in duello, juxta Decretum S. Congr. Trid; „ & Conſt. fel. recordat. Greg. PP. XIII. incip. Ad tollendum; Iniicientium violentas manus in Clericos, juxta Canon. ſiquis „ ſuadente &c. 17. quæſt. 4. ac juris dipoſitionem. Simoniæ realis, „ ſcienter contracte: atque etiam confidentiæ beneficialis, Item omnes caſus, quos Ordinarii locorum ſibi reſervarunt, vel impoſterum reſervabunt. In quibus omnibus, jam enumeratis caſibus duntaxat, & ſublata etiam pœna inhabilitatis audiendi confeſſiones, eadem S. Cong. vult, & mandat dictum Decretum in „ ſua firmitate & priſtino robore permanere. Ac præterea, declarat eos quidem Sacerdotes, tam Seculares, quam Regulares, „ qui aliquo ex Privilegiis, indultis, & facultatibus in ſupradicto Decreto expreſsè ſuffulti fuerint, poſſe juxta eorum Privilegia, indulta, & facultates, uſu ante idem Decretum receptas, & quæ ſub aliis revocationibus non comprehenduntur, „ tantum, & non alias, abſolvere à caſibus in preſenti declaratione non comprehenſis, aliis vero Sacerdotibus hujusmodi „ Privilegia non habentibus, nihil de novo concedi.

„ Sed ne locorum Ordinarii, ad quos caſuum reſervatio ſpectat, ea in re modum excedant, eadem Sac. Cong. illos rurſus „ magnopere admonendos cenſet, ut non paſſim, ſed cum id vi-

videbitur communi bono expedire, atrociorum tantum, & „
graviorum criminum abſolutionem ſibi reſervent, quorum „
reſervatio ad Chriſtianam diſciplinam retinendam conferat in „
ædificationem, non autem in deſtructionem cedat: ne alioqui „
Sacramenti Pœnitentiæ Miniſtrorum coarctata poteſtate, „
Sanctæ Matris Eccleſiæ piæ mentis contrarius effectus ſubſe- „
quatur. Prohibet etiam, ne ſibi ſuperflue reſervent caſus in „
Bulla, die Cœnæ Domini legi conſueta, contentos, neque alios „
Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſervatos. Facultatem vero, & li- „
centiam abſolvendi à caſibus reſervatis, quam in ſcriptis tan- „
tum concedi permittebatur, etiam ſola viva voce, concedi „
poſſe declarat. Cæterum, ne quis Sacerdotum Secularium, „
aut Regularium ſub prætextù, quod per primo dictum Decre- „
tum non fuerit ſufficienter eorum ſpecialibus privilegiis de- „
rogatum, eidem Decreto ſic, ut præfertur declarato, contra- „
venire audeat, Sanctitas Sua Conſtitutionibus, & Ordinatio- „
nibus Apoſtolicis omnibus in favorem quorumcumque Or- „
dinum, ſeù Inſtitutorum Regularium, aut Sacerdotum, tam „
Secularium, quam Regularium, editis, nec non eorumdem „
Ordinum, ſeù Inſtitutorũ, ac etiã Eccleſ. & Monaſteriorum, & „
aliorum Secularium, ſeù Regularium, locorũ quorumcum- „
que, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis „
firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privile- „
giis quoque indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mari magno, „
ſeù Bulla aurea, aut alias nuncupatis, eiſdem Ordinibus, ſeù „
Inſtitutis, ac etiam Eccleſiis, & Monaſteriis, & Secularibus, „
ſeù Regularibus locis, aut perſonis, ſub quibuſcumque teno- „
ribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum de- „
rogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec „
non irritantibus, & aliis decretis, etiam motù proprio, & ex „
certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut alias „
quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeu exten- „
ſionis, conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & inno- „
vatis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorũ, „
eorumque totis tenoribus, & formis, ſpecialis, ſpecifica, ex- „
preſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per „

„ clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeù quævis
„ alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma, ſervanda eſſet,
„ tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus
„ omiſſo,& forma in illis tradita, obſervata, inſerta forent, præ-
„ ſentibus pro expreſſis habens, quoad ea, quæ præſentibus ad-
„ verſantur, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice
„ dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogat, contrariis qui-
„ buſcumque non obſtantibus; Dat. Romæ 1602. 26. Novemb.
„ Alex. Card. Floren. Epiſc. Præneſtinus.
„ Hieron. Aguchius Secret.
„ Et quia Decretum ex textu conſtat reſtringi ad ſolos Sa-
„ cerdotes, tam Seculares, quam Regulares exiſtentes in Italia
„ extra Urbem, propterea, ut omnes, ubivis locorum ſint, ſciant
„ id eſſe eis prohibitum, hic per extenſum adducitur alia ejuſ-
„ dem S. C. declaratio, ea de re edita, & tenoris, qui ſequitur.
5 ** S. C. cenſuit per confirmationes privilegiorum, quas
„ Regulares à Sede Apoſtolica poſt S. Con. Trid. obtinuerunt,
„ nequaquam reviviſſe privilegia, prius ab eodem Concilio, ac
„ deinde, etiam ipſius Congregationis decretis ſublata, atque
„ extincta, ſi quæ habebant abſolvendi à caſibus Ordinario loci
„ reſervatis; quemadmodum, nec indulta abſolvendi à caſibus
„ contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi conſuevit,
„ utpote ſublata per annuam ipſius Bullæ publicationem, vires,
„ aut robur acquiſiviſſe ex ſubſequentibus privilegiorum con-
„ firmationibus; ac proinde Regulares, cujuſvis Ordinis, Con-
„ gregationis, ſocietatis, & inſtituti, etiam neceſſario expri-
„ mendi, nec intra, nec extra Italiam, in vim privilegiorum, aut
„ confirmationum hujuſmodi, quas, vel hactenus obtinuerunt,
„ vel deinceps forte obtinebunt, poſſe quemquam abſolvere ab
„ eiſdem caſibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reſervatis; ac
„ ſi ſecus egerint, abſolutiones nullas, atque irritas fuiſſe, ac fore:
„ ab aliis vero caſibus, & cenſuris Sedi Apoſtolicæ reſervatis, ſi-
„ quidem Regulares habeant à Sede Apoſtolica abſolvendi facul-
„ tatem, illam extra Italiam, minime ſublatam fuiſſe eiſdem S.
„ Cong. decretis hac de re editis juſſu S. M. Clem. VIII.
„ Quam S. Cong. ſententiam Sanct. Sua ad ſe relatam ap-
proba-

probavit, mandavitque ab omnibus, ad quos pertinet invio- »
labiliter obſervari. Romæ 18 Novembris 1628. F. A. Card. »
S. Honufr. Locus ✝ Sigilli. »
P. Fagnanus. »

Apud Tambur. *tom.* 2. *de jure Abbatũ diſp.* 14. *q.* 15. *ſubn.* 6.

Et eſt ad tenore ipſius Bullæ, quæ, ** 2. Cæterum abſolu-
te, & abſque ulla reſtrictione locorum, vel perſonarum lo- 6
quitur, ut infra ** Cæterum à prædictis ſententiis nullus per »
alium, quam per Romanum Pontificem, niſi in mortis articu- »
lo conſtitutus, nec etiam tum, niſi de ſtando Eccleſiæ manda- »
tis, & ſatisfaciendo, cautione præſtita, abſolvi poſſit, etiam »
prætextù quarumvis facultatum, & indultorum, quibuſcum- »
que perſonis Eccleſiaſticis, Secularibus, & quorumvis Ordi- »
nùm, etiam Mendicantium, ac Militiarum, Regularibus, etiã »
Epiſcopali, vel alia majori dignitate præditis, eiuſque Ordini- »
bus, & eorum Monaſteriis, Conventibus, & Domibus, ac Ca- »
pitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, »
Hoſpitalibus, & Locis piis, nec non Laicis, etiam Imperiali, »
Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per nos, & »
dictam Sedem, ac cujuſvis Concilii Decreta, verbo, literis, aut »
alia quacumque ſcriptura, in genere, vel in ſpecie conceſſo- »
rum, & innovatorum, ac concedendorũ, ac innovandorum. »

Quod ſi fortè aliquid contra tenorem præſentium talibus »
excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum ali- »
cui abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſe- »
rint, eos excommunicationis ſententia innodamus, gravius »
contra eos ſpiritualiter, & temporaliter, pro ut expedire nove- »
rimus, proceſſuri. »

Et quamquam excommunicatio, qua innodantur abſol-
ventes extra articulum mortis à caſibus allegatæ Bullæ, nulli
ibidem ſit reſervata, ut etiam notat Lezana *ſumma qq. tom.* 3. 7
v. Bulla Cœnæ num. 57. reſervatur tamen Summo Pontifici in
Decreto S. C. Epiſ. & Regul. ſuperius enunciato *num.* 3. & à
Sixto IV. pro ut inferius *num.* 28.

Qua excommunicatione ligatur Confeſſarius quicumque, ab- 8
ſolvens in mortis articulo ab aliqua excommunicatione Bullæ,

E 2 ſi ceu-

ſi cautionem non exigat à pœnitente, de ſtando mandatis Eccleſiæ, & ſatisfaciendo, quia non datur abſolvendi facultas, etiam tunc, niſi ea præſtita cautione: unde abſolutio aliter data eſt nulla, ut refert Nicolius *Can. libro 5. titulo 34. de ſententia excommunicationis de abſolutione Bullæ Cœnæ. num.* 138.

9 Ea facultate Regulares carere tradit Paſſerin.*tom.2. de hom ſtat. quæſt.* 187., & contra Aluiſet addit, id etiam verum eſſe in Regionibus, ubi Bulla non eſt recepta; cum dici nequeat Regulares, utpote filios Sedi Apoſtolicæ obedientes, ejuſdem Conſtitutiones, & Decreta non amplecti, & recepiſſe.

10 Et nedum textus, & ſenſus Bullæ reſtringitur ad prohibendam abſolutionem criminum, cum ſunt publica, verum quoque cum agitur de occultis; ideo Alex.VII. *die* 24. *Septembris de anno* 1665. inter alias has proſcripſit propoſitiones.

Prima. *Sententia aſſerens Bullam Cœnæ ſolum prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt; & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus ſermo eſt, anno* 1629. 18. *Junii in Conſiſtorio S. C. Em. Card. viſa, & tolerata eſt.*

Secunda. *Prælati Regulares poſſunt in foro conſcientiæ abſolvere quoſcumque Seculares ab hæreſi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurſa.*

Igitur difficultas occurrens, ſpecifice reſtringitur ad Prælatos Religionum, num ſcilicet poſſint ſuos ſubditos abſolvere à caſibus, & cenſuris Bullæ in Cœna Domini?

12 Pro affirmativa *Sanctor. Comment. in ſtat.S.Franciſci cap.* 2.*ſtat.* 14. refert utrumque *Roderico, Portellum, Suarez, Bannes, Molfeſium, Peyrinum, Souſam, Villalobos, Ortiz, Boſſium*, Hasbenſiis, *ſum. qq. Reg. v. abſolutio quoad Fratres additione ad num.* 30. notat *Chriſtophorum . . . . pro ea* 20. *cumulare D.D. Brugnolo ſpec. Cleric. cap.* 13. *tract.* 22. *reſolut.* 4. *alios* allegat.

13 Et facit indultum à Clemente IV. *conſt. virtute Conſpicuos Bullar. Cherub. tom.* 1. datum Generali, Provincialibus, & Cuſtodibus Ordinis Minorum, abſolvendi, & diſpenſandi reſpectivè Fratres in caſibus, in quibus exceſſerint,

pro

pro quibus excommunicationis, vel interdicti, aut ſuſpenſio-
nis ſententias, à jure, vel ab Judice generaliter promulgatas,
aut notam irregularitatis incurrerint; hac addita reſtrictione:
*niſi adeo gravis fuerit, & enormis exceſſus, quod ſint ad Sedem
Apoſtolicam deſtinandi.*

Quod deinde ad tollendam dicti Ordinis profeſſoribus
omnem vagandi occaſionem confirmavit Sixtus IV. conſt. 14
regimini, *Mare magnũ Minorum nuncupata*, *eodem tom.*, & de-
claravit *hæreticos relapſos*, *ſchiſmaticos*, *& qui literas Apoſtoli-
cas falſificaſſent*, *aut ad infideles prohibita detuliſſent*, *eſſe dum-
taxat ad Sedem Apoſtolicam merito deſtinandos*: *reliquis vero
omnibus*, *etiam ſimoniæ pravitate*, *qualitercumque irretitis*,
poſſe per illos, *quibus inibi conceditur abſolutionis*, *& diſpenſa-
tionis beneficium*, *& gratiam*, *juxta caſuum exigentiam*, *impertiri*. 15

Conſimilis facultas, & declaratio habetur in Mari ma-
gno Prædicatorum, Eremitarum S. Auguſtini, Carmelita-
rum, Servitarum, & Minimrorum reſpectivè, apud Lezana
ſum. qq. tom. 5. 16

Negativam tenent apud Tamburinum *tom. 2. de jure Ab-
bat. diſp. 12. quæſt. 5. num. 3. Sorbus*, *Sayrus*, *Jacobus à
Graff. Ioan. de la Cruz*, *Coriolanus*, *Alterius*, *Duard.*, *Sigiſ-
mundus à Bononia*, *Zenardus*, *Naldus*, *Bartholomæus de Vec-
chis*: *& Lezana ſum. qq. tom. 3. verſ. Bulla Cœnæ num. 54.* aſ- 17
ſerens per publicationem Bullæ Cœnæ revocari omnia privi-
legia Prælatorum Regularium, ſi quæ habebant, ad abſolven-
dum ſuos ſubditos à caſu hæreſis, aut ab alio, ex contentis in
dicta Bulla, tam in *genere*, *quam in ſpecie*, *conceſſa*, *& inno-
va*, *quam concedenda*, *& innovanda*, ut ex contextù ejuſ-
dem §. *cæterum* patet. 18

Ideo notat Tamburinus *loco cit.* per clauſulas *in genere*, *&
in ſpecie* ſignificari mentem Pontificis eſſe, ſe velle privilegiis,
ſolum ſub ea formà conceſſis, derogare, non vero ſi ſint con-
ceſſa in *individuo*; nam ſi id vellet, adderet & *individuo*, cum
expreſſione omnium caſuum, vel per aliam clauſulam, idem
importantem.

Et prius ipſo ponderavit Confectius *ſum. privileg.
Ord.*

Ord. Mend. tit. 17. *cap.* 7. quod poteſtas, facta Superioribus Regularibus ex Mari magno, & literis Apoſtolicis, abſolvendi à caſibus, alias Sedi Apoſtolicæ reſervatis; exceptis illis (pro quibus eſſet ad ipſam Sedem recurrendum, quos *num.* 14. notavimus) non extenditur ad caſus, & cenſuras Bullæ Cœnæ, quia quolibet anno, idem proceſſus cenſurarum, & caſuum, ab eiſque abſolvendi prohibitio, cum nova præfatorum reſervatione, & privilegiorum derogatione, de novo fit, & exprimitur.

Verum, ſi alicui fuiſſet indultum, vel in futurũ concede-
19 retur poſſe abſolvere à caſibus ejuſdẽ Bullæ, in *individuo* expreſſis, *ut deprædationis maritimæ, delationis armorum ad Hæreticos, vel infideles, aut alio in ea contento*, poſſet, ex Tamburino loco citato, legitimam ab eis abſolutionem præſtare (niſi aliter per Pontificem exprimeretur) etiam extra mortis articulum; quia ut diximus in eo §. *ceterum*, ſolum derogatur privilegiis abſolvendi à caſibus, & cenſuris Bullæ, *in genere*, vel *in ſpecie*, conceſſis, & concedendis; non vero eis conceſſis, & in futurum concedendis in *individuo*, per ſingulorum caſuum expreſſionem; nam expreſſio, & incluſio unius, eſt excluſio alterius argum. text. *in cap nonne, de præſumptionibus lib.* 2. *tit.* 23.

Per illud *innovandorum, & concedendorũ* appoſitum §. *cæte-*
20 *rum* ſignificari dixit Nicolio *Can. lib.* 5. *tit.* 39. *de abſolut. Cœnæ n.* 136. quod poteſtas abſolvendi à cenſuris hujus Bullæ non confertur per generalia, vel ſpecialia privilegia, haſtenus conceſſa, & impoſterum concedenda, niſi expreſſe contineant Bullæ derogationem, nam ex *regula* 81. *juris*, *& cap. Cum in de offic. Vica. lib.* 1. *tit.* 13. *& cap. ſi Epiſcopus de pænit. & remiſſ. lib.* 5. *tit.* 10. *in* 6. *in generali conceſſione, ea non veniunt, quæ quis non*
21 *eſſet veriſimiliter conceſſurus*: & quæ *ſpeciale mandatum requirunt*, Clement. *non poteſt de procuratoribus lib.* 1. *tit.* 10. vel præfatorum ſenſus extenditur ad certificandum inutile eſſe ab eis abſolvendi, requirere, & obtinere privilegia, cum in futuro Cœnæ die ſint revocanda.

En pro utraque ſententia D. D. Nihilominus ſecundam priori præfero, utpote tutiorem, ex *Allegat. Tamburino*, quã in

Digitized by Google

in praxi ſequendam, tamquã probabiliorem,& magis Apoſtolicis conformem literis, cenſeo; hinc dicendũ, non poſſe Prælatos Regulares ſuos ſubditos abſolvere à caſibus,& cenſuris in Bulla Cęnæ contentis, nonobſtantibus privilegiis eiſdẽ,vel eorum Inſtitutis, & Ordinibus in genere, vel in ſpecie conceſſis, 22

Præter authores pro ea allegatos,ſatis patens eſt ejuſdem textus §.*Caterũ per ea,nullus per aliũ,quam per Romanum Pontificem*: ideo facultas abſolvendi extra mortis articulum, eſt perſonaliſſima,& unice reſtricta ad ipſam Pontificis perſonam, & in tanta expreſſione verborum, ac adeo prægnantibus derogatoriarum clauſulis, *non obſtantibus privilegiis*, *Indulgentiis*, *indultis Apoſtolicis generalibus*, *vel ſpecialibus &c.* non ſit locus diſtinctioni. 23

Ad quod faciunt, etiam Decreta S.C.Epiſ. & Regul. enunciata: tametſi dixerit Hasbenſis loco cit. ea non afficere Regulares; cum eorum in eis nulla fiat mentio, qua pœnitentes ſunt, ſed ſolũmodo,quà Confeſſarii; & ſub iſta ratione eorum annullent, & caſſent privilegia abſolvendi alios quoſcumque, ſive Eccleſiaſticos, ſive ſeculares; & pari formiter loquantur de caſibus Bullæ Cœnæ, & reſervatis Epiſcopo; at,quoad iſtos non poſſunt intelligi emanata, quo ad Regulares Confeſſarios reſpectu Regularium pœnitentium, utpote, quoad eos, non ſubjectos reſervationi Epiſcoporũ,ſed prorſus exemptos; niſi Epiſc. procedant, ut Sedis Apoſtolicæ delegati: & in caſu, quo Regularibus beneficium exemptionis non aſſiſtat, propter clauſulas *non obſtantibus privilegiis*, ſic nec quo ad illos.

Nihilominus non eſſe ita abſolute cum eo loquendum opinor; nam ideo eos non afficit,quoad reſervationem Epiſcopalem reſpectù Regularium pœnitentium, quia ſunt ab Epiſcopali reſervatione exempti,at exempti nõ ſunt à reſervatione Papali, ideo quamvis diſpoſitiva Decretorum non afficiat Regulares, quo ad ſuos ſubditos, reſpectù caſuum, quos Epiſcop. ſibi reſervant, afficit tamen, quo ad eos, reſpectù caſuum Sedi Apoſtolicæ reſervatorum. 24

Nec minoris momenti cenſenda eſt diſpoſitio alterius Decreti adducti *num. 5.* nam abſolute loquitur, & utitur termino 25

nō *quemquam*, improprie ſingulari per *Lamazarez cur Philoſof. cap. 1. ſect. 3. num.* 9. ſed extendibili ad omnes abſolutionis capaces, etiam Regulares, argumentū in *text. ſi quis ſuadente* 17. *quæſt.* 4. ubi Gloſſa firmat hoc nomine, *ſi quis*, *etiam fœminas contineri*, & in dubio pro extenſione, etiam ad Regulares; eſt judicandum ampliari; quia in his, quæ dubia ſunt, quod certius exiſtimamus, tenere debemus ex *cap. Juvenis de ſponſalib.* & *matrim. lib. 4. tit.* 1. ubi Gloſſa verb. *quidam*, tradit quod in *dubiis ſemper tenendum eſt illud, quod ſecu-*
26 *rius eſt*, & *certius*; præſertim ubi vertitur periculum animarum, ex *Piaſec. par. 2. cap. 1. art. 3. num.* 18.

27 Nec ſubſiſtit argumentum à facultate per Sixtum facta, quia, omiſſo, quod quolibet anno ex dictis ſimilia privilegia revocentur, alia occurrunt remedia, ad Religioſorum removendos diſcurſus, vel per literas abſolutionem petendo à S. Pœnitentiaria, vel eam obtinendo, Procuratorum Generalium officio, in Romana Curia pro unaquaque Religione reſpective reſidentium.

Et accedit aliam Sixtum edidiſſe conſtitutionem, allegata *num.* 14. poſteriorem; qua, adductis majoris momenti, mo-
28 tivis, non obſcure ſignificatur, ea etiam, voluiſſe revocare indulta; ex qua urgens poteſt haberi probatio, & habetur inter *Extravag. com. de pœnit. & remiſ. lib. 5. incipit. Et ſi Dom. greg.*

Neque iiſdem Regularium Prælatis, Generalibus, & Provincialibus conceditur poſſe ſibi ſubditos abſolvere ab hæreſis crimine, aliiſque etiam occultis; id poſſe aliqui ſuſtinent, de-
29 ducto argumento à paritate Epiſcoporum, quibns id in ſibi ſubjectos tribuitur à Trid. *cap. 6. ſeſſ.* 24. *de refor.* ubi, "liceat „ Epiſcopis in irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus ex „ delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur, ex „ homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum con„ tentioſum, diſpenſare; & in quibuſcumque caſibus occultis, „ etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, delinquentes quoſcumque, „ ſibi ſubditos, in Diœceſi ſua per ſe ipſos, aut Vicarium, ad id „ ſpecialiter deputandum, in foro conſcientiæ, gratis abſolvere, „ impoſita pœnitentia ſalutari; idem, & in hæreſis crimine in co-

eodem foro conſcientiæ eis tantum, non eorum Vicariis, ſit »
permiſſum. Præſertim quia Provinciales, & Generales in »
ſibi ſubditos,ea,qua Archiepiſcopi,&Epiſcopi in ſuos reſpecti- 30
vè, poteſtate gaudent, ut tradit Miranda *Man. Prælat. tom.* 2.
quæſt. 6. *art. pr.* Hasbenſis *ſum. v. Prælatus Regularis n.* 391.

Et confirmant conceſſione, quam Pius V. *Conſt. Romanus Pontifex apud Confectium Collect. Privileg. Mend. part. pr.* dedit Superioribus Ordinis Prædicatorum, prout ſequitur.

Et inſuper, quia Sacrum Oecumenicum Generale Trid. 31
Conc. conceſſit, Epiſcopis, ut abſolvere poſſint in foro animæ, ſeu conſcientiæ ab omnibus peccatis, & diſpenſare in irregularitatibus, prout ſeſſ.24. cap.6. habetur; ne Prior Conventualis, & Superiores Prælati dicti totius Ordinis, tam in dicta Provincia, quam extra eam ubilibet, in hac parte deterioris conditionis, quam Clerici, aut Seculares, exiſtant, eiſdem Priori Conventuali, & Superioribus Prælatis, ut ipſi, per ſe ipſos, idem omnino poſſint in Fratres, & Moniales dicti Ordinis ſibi ſubditos, quod poſſunt Epiſcopi in Clericos, & Laicos ſibi ſubjectos, tam, quoad abſolvendi, & diſpenſandi hujuſmodi, quam alias quaſcumque facultates &c. perpetuo concedimus. Quo indulto omnes per viam communicationis fruuntur Ordines.

Verum præfatis, nec concludenter probatur: nec Decretum Trid. extenditur ex Piaſec. *loco cit. ſub n.* 6. ad caſus in Bulla Cænæ Domini contentos, adeo ut poſſint Epiſcopi vigore illius in illis abſolvere; &, quoad caſum hæreſim, apud eundem legitur ſpecifice eſſe declaratum à S. C. C. quæ interrogata.

An Epiſcopus, & Inquiſitores poſſint hodie ex cap. 6. ſeſſ. 24.
abſolvere lapſos in hæreſim, non obſtante Bulla Cœnæ Domini. 32

Cenſuit eam Bullam derogare Decreto cap. 6. Et Sperellus *deciſ.* 112. *num.* 61. *teſtatur ſub die* 28. *Octobris* 1641. Supremum SS. Inquiſitionis Tribunal declaraſſe Epiſcopis ſublatam eſſe Facultatem abſolvendi ab hæreſi occulta. Sub *n.* 18. idem Piaſecus aliud refert ejuſdem S.C. reſponſum, ut infra. *Quæritur pro parte Epiſcopi Camenecen. per E.E. V.V.* de-

declarari; an facultas competens Epiſcopis vigore Conc. Trid. cap. 6. ſeſſ. 24. de ref. transferatur in Vicarium Capitularem, Sede Epiſcopali vacante?

Die 4. Decemb. 1632. S. C. Card. Conc. Trid. interpretum, inhærendo declarationibus aliàs factis, reſpondit Epiſcopos vigore cap. 6. non poſſe abſolvere, nec diſpenſare in caſu hæreſis, neque in aliis, nova lege poſt Concilium Sedi Apoſtolicæ reſervatis: Verum in iis caſibus, inquibus Epiſc. talis facultas non eſt adempta, eam utique transferi in Vicarium Capitularem, Sede Epiſcopali vacante, dummodo talis facultas ſpecialiter per Capitulum eidem Vicario tributa fuerit.

Ideo Navarrus in ſuo *Manuali apud Mirandam loco cit.* dixit, nullum preter Papam, aut ſine ejus ſpeciali commiſſione, poſſe nunc abſolvere ab hæreſis crimine, etiam occultiſſimo, & cenſura ei annexa, quia eam ſibi Papa quotannis reſervat in Bulla Cænæ, & Piaſec. *loco adduc.* teſtatur in praxi Epiſcopos à Sede Apoſtolica obtinere ad id facultatem cum certis quibusdam modificationibus; quam illis qualificata, Sancta Sedes majori Pœnitentiario committit, ut noviſſime Innoc. XII. *Conſt. Romanus Pontifex, Collect. Bullar. Innoc. XII. pag.* 61.
33 ℣. 22. *diſpoſuit ut infra: eos tantum hæreticos in foro conſcientiæ dumtaxat, abſque alia abjuratione coram Ordinario, aut Inquiſitore facienda, abſolvat, ſeu mandet abſolvi, qui cum nemine de ſuis hæreſibus loquuti ſunt, & omnino ſunt occulti, etiamſi alialiquos extrinſecos actus fecerint, ex quibus argui potuiſſent hæretici, dummodo tamen ad eoſdem actus, quamvis de ſua natura noſcibiles, ſeu ad notitiam deducibiles, ipſi ſciant, & pro ut credunt, nullus audiverit.* Et ℣. 12. eidem poteſtatem facit abſolvendi à caſibus ſpecialiter Sedi Apoſtolicæ, etiam per litteras Cænæ Domini, reſervatis.

Et eſſe per Bullam Cænæ revocatam facultatem Epiſcopis datam proprios abſolvendi ſubditos à caſibus in diſpoſiti-
34 va præfatæ Bullæ contentis, ac pluries id Sanctam Sedem firmaſſe tradit *Pignatellus tom. pr. conſ.* 292, & dixit Fagnan. *cap. quoniam n.* 30.; addens non eſſe in hoc excuſandos à cenſuris latis contra uſurpantes jurisdictionem, & jura ad Sedem Apo-

Apoſtolicam pertinentia, ſi ab occultis, excipe extra caſum legitimi impedimenti adeundi S. Apoſtolicam, abſolvant; & Genuen. *in praxi cap. 67. n. 10.* refert. eſſe declaratum à Greg. XIII. & Clemente VIII. non poſſe Epiſcopos poſt Trident. abſolvere à reſervatis Bullæ Cænæ.

Et ex iis patet Dominos Epiſcopos, & locorum Ordina-
rios carere facultate, abſolvendi ſibi ſubditos, etiam ab occul-
tis delictis Bullæ, conſequenter non ſubliſtere argumentum 35
ex eo deductum in favorem Superiorum Regularium, nec
vim amplius obtinere diſpoſitionem Pii ſuper eo fundatam.

Pro negativa, quam ſequimur, faciunt adducta à Caſa-
rub. *in compend. Privileg. Frat. Min. verb. abſolutio Ordinar.* 36
quoad Fratres, n. 9. qui ſuper exiſtentia Privilegii à Sixto dati
ut ſupra *n. 14.* hæc ſcribit.

Nota, quod iſta conceſſio videtur expiraſſe per mortem concedentis. Et idem de omnibus conceſſionibus tangentibus prædictum proceſſum Bullæ Cęnæ Domini; cum quolibet anno, ille proceſſus cenſurarum de novo promulgetur cum nova reſervatione prædictorum caſuum; & cum maximis cenſuris, contra abſolventes, ponendo ibi expreſſe non obſtantibus Privilegiis &c. etiam Ordinibus Mendicantibus conceſſis, & aliis ſufficientibus derogatoriis. Unde tempore primi Capituli generaliſſimi, conſultus ſuper hoc Dominus Cardinalis Alexandrinus, qui, & Præpoſitus appellatur, reſpondit R. P. bo. Me. Fratri Martiali Boulier, qui fuit Generalis Vicarius Fratrum Minorum Ciſmontanorum, dicens; quod Prælati noſtri non poterant abſolvere Fratres ſuos, non ſolum ab illis quatuor caſibus contentis, ſeu exceptis in Mari magno; ſed, nec ab aliquo alio in Bulla Cęnæ contento. Et quod illa conceſſio, vel declaratio Sixti in dicto Mari magno, potuit valere in vita ſua; quia licet faceret proceſſum quolibet anno, ſemper tamen intendebat excipere Fratres (prout ipſe conceſſerat) *niſi in dictis quatuor caſibus. Propterea Reverendi Pat. Gene. provideat, vel faciat ipſe cum aliis Generalibus aliorum Ordinum, quod ponatur ſemper in Bulla Cęnæ Domini exceptio Religioſorum, quo ad Fratres ſuos; vel præcipiat, ut quolibet anno, Prourcator ordinis, ſeu Commiſſarius Curiæ, transacta die Iovis Sancti, poſt* pro-

promulgationem cenſurarum, obtineat facultatem abſolvendi ab illis caſibus omnes Fratres, & alias perſonas, ſuperquas Præfati noſtri habent auctoritatem, ſcilicet Moniales, Tertiarios utriuſque ſexus, oblatos, famulos, & domeſticos. hæc ille; & ala habet Sorbo ad idem *Compend. ver. reſol. Mat. Abſolut. quoad Fratres & ſeculares, & ver. excomm. 2. noto.* pro privativa ſimilis facultatis, Privilegiorumque, quoad effectum abſolutionis, revocatione, propter fortes Bullæ nonobſtantias, & clauſulas derogatorias.

Et, ut ad manus ſint exommunicationes, & caſus in ea Bulla contenti, hic tranſcriptam exhibemus Clemente XI. editam.

„ Paſtoralis Romani Pontificis vigilantia, & ſollicitudo, „ cùm in omni Chriſtianæ Reipublicæ pace, & tranquillitate pro- „ curanda pro ſui muneris officio aſſiduè verſatur, tùm potiſ- „ ſimùm in Catholicæ Fidei, ſine qua impſſibile eſt placere Deo, „ unitate, atque integritate retinenda, & conſervanda, maximè „ elucet. Nimirùm, ut Fideles Chriſti non ſint parvuli fluctuan- „ tes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia „ hominum, ad circumventionem erroris: ſed omnes occur- „ rant in unitatem Fidei, & agnitionis Filii Dei, in virum per- „ fectum, neque ſe in hujus vitæ ſocitate, & communione le- „ dant, aut inter ſe alter alteri offenſionem præbeat: ſed po- „ tiùs in vinculo charitatis conjuncti, tamquam unius corporis „ membra CHRISTO capite, ejuſque in terris Vicario Romano „ Pontifice, Beatiſſimi Petri ſucceſſore, à quo totius Eccleſiæ uni- „ tas dimanat, augeantur in ædificationem, atque ita, Divina „ gratia adiutrice, ſic præſentis vitæ quiete gaudeant, ut futura „ quoque beatitudine perfruantur. Ob quas ſanè cauſas Ro- „ mani Pontifices prædeceſſores noſtri, hodierna die, quæ, an- „ niverſaria Dominicæ Cænæ commemoratione, ſolemnis eſt, „ ſpiritualem Eccleſiæ diſciplinæ gladium, & ſalutaria juſtitiæ „ arma per miniſterium Summi Apoſtolatus ad Dei gloriam, & „ animarum ſalutem ſolemniter exercere conſueverunt. Nos „ igitur, quibus nihil optabiliùs eſt, quàm Fidei inviolatam in- „ tegritatem, publicam pacem, juſtitiam, Deo actore, tueri, „ vetuſtum, & ſolemnem hunc morem ſequentes.

I. Ex-

I. Excommunicamus, & anathematizamus, ex parte Dei „ Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate „ quoque Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac Noſtra, „ quoſcumque Huſſitas, Wicleſiſtas, Lutheranos, Zuinglia- „ nos, Calviniſtas, Hugonottos, Anabaptiſtas, Trinitarios, „ & à Chriſtiana Fide Apoſtatas, ac omnes, & ſingulos alios „ Hæreticos quocumque nomine cenſeantur, & cujuſcumque „ ſectæ exiſtant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fau- „ tores, & generaliter quoslibet illorum defenſores, ac eorū- „ dem libros hæreſim continentes, vel de Religione tractantes, „ ſine auctoritate noſtra, & Sedis Apoſtolicæ, ſcientèr legentes, „ aut retinentes, imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes, „ ex quavis cauſa publicè, vel occultè, quovis ingenio, vel co- „ lore, necnon Schiſmaticos, & eos, qui ſe à noſtra, & Roma- „ ni Pontificis, pro tempore exiſtentis, obedientia pertinaciter „ ſubtrahunt, vel recedunt. „

II. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & „ ſingulos cujuſcumque ſtatus, gradus, ſeù conditionis fue- „ rint: Univerſitates verò, Collegia, & Capitula quocumque „ nomine nuncupentur, interdicimus, ab ordinationibus, ſeu „ mandatis noſtris, ac Romanorum Pontificum, pro tempore „ exiſtentium, ad univerſale futurum Concilium appellantes; „ necnon eos, quorum auxilio, conſilio, vel favore appellatum „ fuerit. „

III. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes „ Piratas, Curſarios, & Latrunculos Maritimos, diſcurrentes „ Mare noſtrum, præcipuè à Monte Argentario, uſque ad Ter- „ racinam, ac omnes eorū fautores, receptatores, & defenſores. „

IV Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, „ & ſingulos, qui Chriſtianorum quorumcumque Navibus, „ tempoſtate, ſeù in tranſverſum (ut dici ſolet) jactatis, vel „ quoquo modo naufragium paſſis, ſivè in ipſis navibus, ſivè „ ex eiſdem ejecta in Mari, vel in littore inventa, cujuſcumque „ generis bona, tàm in noſtris Tyrrheni, & Adriatici, quàm in „ cæteris cujuſcumque maris regionibus, & littoribus ſurripe- „ rint, itaut nec ob quodcumque privilegium, conſuetudi „ nem,

„ nem, aut longiſſimi, & immemorabilis temporis poſſeſſio-
„ nem, ſeù alium quemcumque prætextum, excuſari poſſint.
„ V. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes,
„ qui in Terris ſuis nova Pedagia, ſeù Gabellas, præterquam
„ in caſibus ſibi à jure, ſeù ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia
„ permiſſis, imponunt, vel augent, ſeù imponi, vel augeri pro-
„ hibita exigunt.
„ VI. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes
„ falſarios Literarum Apoſtolicarum, etiam in forma Brevis,
„ ac ſupplicationum, gratiam, vel juſtitiam concernentium,
„ per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vicecancellarios, ſeù
„ gerentes vices eorum, aut de mandato ejuſdem Romani Pon-
„ tificis ſignatarum; necnon falsò publicantes Literas Apoſto-
„ licas, etiam in forma Brevis, & etiam falsò ſignantes ſuppli-
„ cationes hujuſmodi ſub nomine Romani Pontificis, ſeù Vice-
„ cancellarii, aut Gerentium vices prædictorum.
„ VII. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes
„ illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Chriſtiani nominis
„ hoſtes, & inimicos, vel Hæreticos per noſtras, ſive hujus
„ Sanctæ Sedis ſententias expreſsè, & nominatìm declaratos,
„ deferunt, ſeù tranſmittunt equos, arma, ferrum, filum fer-
„ ri, ſtamnum, chalybem, omniaque alia metallorum genera,
„ atque bellica inſtrumenta, lignamina, canapem, funes, tàm
„ ex ipſo canape, quàm alia quacumque materia, & ipſam ma-
„ teriam, aliaque hujuſmodi, quibus Chriſtianos, & Catho-
„ licos impugnant; necnon illos, qui per ſe, vel per alios, de re-
„ bus ſtatum Chriſtianæ Reipublicæ concernentibus, in Chri-
„ ſtianorum perniciem, & damnum, ipſos Turcas, & Chriſtia-
„ næ Religionis inimicos; necnon Hæreticos, in damnum Ca-
„ tholicæ Religionis, certiores faciunt, illiſque ad id auxilium,
„ conſilium, & favorem quomodolibet præſtant. Non obſtan-
„ tibus quibuſcumque privilegiis, quibuſvis perſonis, Princi-
„ pibus, Rebuſpublicis per Nos, & Sedem prædictam hactenus
„ conceſſis, de hujuſmodi prohibitione expreſſam mentionem
„ non facientibus.
„ VIII. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes
impe-

impedientes, ſeù invadentes eos, qui victualia, ſeù alia ad „ uſum Romanæ Curiæ neceſſaria adducunt; ac etiam eos, qui, „ nè ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, prohi- „ bent, impediunt, ſeù perturbant, ſeù hæc facientes defen- „ dunt per ſe, vel alios, cujuſcumque fuerint ordinis, præemi- „ nentiæ, conditionis, & ſtatus, etiam ſi Pontificali, ſeù Re- „ gali, aut alia, quavis Eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeat „ dignitate. „

IX. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes „ illos, qui ad Sedem Apoſtolicam venientes, & recedentes ab „ eadem, ſua, vel aliorum opera, interficiunt, mutilant, ſpo- „ liant, detinent; necnon illos omnes, qui juriſdictionem or- „ dinariam, vel delegatam, à Nobis, vel noſtris Judicibus non „ habentes, illam ſibi temerè vendicantes, ſimilia contra mo- „ rantes in eadem Curia audent perpetrare. „

X. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes „ interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capien- „ tes, ſeù deprædantes Romipetas, ſeù Peregrinos ad Urbem „ cauſa devotionis, ſeu peregrinationis accedentes, & in ea „ morantes, vel ab ipſa recedentes, & in his dantes auxilium, „ conſilium, vel favorem. „

XI. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes „ interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, ca- „ pientes, carcerantes, detinentes, vel hoſtilitèr inſequentes S. „ R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, „ Sediſque Apoſtolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos à ſuis Di- „ œceſibus, Territoriis, Terris, ſeù Dominiis eiicientes; nec- „ non ea mandantes, vel rata habentes, ſeù preſtantes in eis „ auxilium, conſilium, vel favorem. „

XII. Item excommunicamus, & anathematizamus om- „ nes illos, qui per ſe, vel per alios, perſonas Eccleſiaſticas „ quaſcumque, vel Seculares ad Romanam Curiam ſuper eo- „ rum cauſis, & negotiis recurrentes, ac illa in eadem Curia „ proſequentes, aut procurantes, negotiorum Geſtores, Ad- „ vocatos, Procuratores, & Agentes, ſeù etiam Auditores, vel „ Judices ſuper dictis cauſis, vel negotiis deputatos, occaſione „

cauſa-

Digitized by Google

„ cauſarum, vel negotiorum hujuſmodi, occidunt, ſeù quo-
„ quomodo percutiunt, bonis ſpoliant; ſeù, qui per ſe, vel per
„ alios directè, vel indirectè delicta hujuſmodi committere,
„ exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium,
„ vel favorem præſtare non verentur, cujuſcumque præmi-
„ nentiæ, & dignitatis fuerint.

„ XIII. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes,
„ tam Eccleſiaſticos, quàm Seculares cujuſcumque dignitatis,
„ qui prætexentes frivolam quamdam appellationem a grava-
„ mine, vel futura executione Liter. Apoſt., etiam in forma
„ Brevis; tam gratiam, quàm juſtitiam concernentium, nec-
„ non citationum, inhibitionum, ſequeſtrorum, monitorio-
„ rum, proceſſuum, executorialium, & aliorum decretorum
„ à Nobis, & à Sede prædicta, ſeù Legatis, Nunciis, & Præſi-
„ dentibus, Palatii noſtri, & Cameræ Apoſtolicæ Auditoribus,
„ Commiſſariis, aliiſque Judicibus, & Delegatis Apoſtolicis ema-
„ natorum, & quæ pro tempore emanaverint, aut aliàs ad Cu-
„ rias ſæculares, & laicam poteſtatem recurrunt, & ab ea, in-
„ ſtante, etiam Fiſci Procuratore, vel Advocato, appellationes
„ hujuſmodi admitti, ac literas, citationes, inhibitiones, & ſe-
„ queſtra, monitoria, & alia prædicta capi, & teneri faciunt,
„ quivè illa ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito, & conſen-
„ ſu, vel examine exequutioni demandari, aut, ne Tabellionis,
„ & Notarii, ſuper hujuſmodi literarum, & proceſſuum exe-
„ quutione, inſtrumenta, vel acta conficere, aut confecta,
„ parti, cujus intereſt, tradere debeant, impediunt, vel prohi-
„ bent, ac etiam partes, ſeù eorum agentes, conſanguineos,
„ affines, familiares, Notarios, Exequutores, & Subexequuto-
„ res literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum præ-
„ dictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, deti-
„ nent, ex Civitatibus, Locis, & Regnis ejiciunt, bonis ſpo-
„ liant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur per ſe,
„ vel per alium, ſeù alios, publicè, vel occultè, quivè aliàs qui-
„ buſcumque perſonis in genere, vel in ſpecie, nè pro quibuſ-
„ vis eorum negotiis proſequendis, ſeù gratiis, vel literis im-
„ petrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recurſum ha-
beant,

Digitized by Google

beant, ſeù gratias ipſas, vel literas à dicta Sede impetrent, ſeù „
impetratis utantur, directè prohibere, ſtatuere, ſeù mandare, „
vel eas apud ſe, aut Notarios, ſeù Tabelliones, vel aliàs quo- „
modolibet retinere præſumunt. „

XIV. Item Excommunicamus, & anathematizamus, „
omnes, & quoſcumque, qui per ſe, vel alios, auctoritate pro- „
pria, ac de facto quarumcumque exemptionum, vel aliarum „
gratiarum, & Literarum Apoſtolicarum prætextu beneficia- „
les, & decimarum, ac alias cauſas ſpirituales, & ſpiritualibus „
annexas, ab Auditoribus, & Commiſſariis noſtris, aliiſque Ju- „
dicibus Eccleſiaſticis avocant, illorumve curſum, & audien- „
tiam, ac perſonas, Capitula, Conventus, Collegia, cauſas „
ipſas proſequi volentes impediunt, ac ſe de illarum cognitio- „
ne tanquam Judices interponunt: quivè partes actrices, quæ „
illas committi fecerunt, & faciunt, ad revocandum, & revo- „
cari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in „
eis decretas, & ad faciendum, vel conſentiendum, eos, contra „
quos tales inhibitiones emanarunt, à cenſuris, & pœnis in illis „
contentis abſolvi, per ſtatutum, vel aliàs, compellunt, vel exe- „
cutionem Literarum, ſeù executorialium, proceſſuum, ac de- „
cretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel ſuum „
ad id favorem, conſilium, aut aſſenſum præſtant, etiam præ- „
textu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætenſionum, ſeù „
etiam donec ipſi ad Nos informandos, ut dicunt, ſupplicave- „
rint, aut ſupplicari fecerint, niſi ſupplicationes hujuſmodi co- „
ram Nobis, & Sede Apoſtolica legitimè proſequantur, etiamſi „
talia committentes fuerint Præſidentes Cancellariarum, Conſi- „
liorum, Parlamentorum, Cancellarii, Vicecancellarii, Conſi- „
liarii, Ordinarii, vel Extraordinarii quorumcumque Princi- „
pum ſecularium, etiamſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia „
quacumque præfulgeant dignitate, aut Archiepiſcopi, Epiſ- „
copi, Abbates, Commendatarii, ſeù Vicarii fuerint. „

XV. Quivè ex eorum prætenſo officio, vel ad inſtantiam, „
partis, aut aliorum quorumcumque, perſonas Eccleſiaſticas, „
Capitula, Conventus, Collegia Eccleſiarum quarumcumque „
coram ſe ad ſuum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Con- „

Digitized by Google

„ ſilium, vel Parlamentum, præter Juris Canonici dipoſitionem
„ trahunt, vel trahi faciunt, procurant directè, vel indirectè, quo-
„ vis quæſito colore; Necnon, qui Statuta, Ordinationes, Con-
„ ſtitutiones, Pragmaticas, ſeù quæuis alia decreta in genere,
„ vel in ſpecie, ex quauis cauſa, & quouis quæſito colore, ac
„ etiam prætextu cujuſuis Conſuetudinis, aut Priuilegii, vel
„ aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint,
„ vel factis, & ordinatis uſi fuerint, unde libertas Eccleſiaſtica
„ tollitur, ſeù in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quo-
„ uis modo reſtringitur, ſeu noſtris, & dictæ Sedis, ac quarum-
„ cumque Eccleſiarum juribus quomodolibet directè, vel indi-
„ rectè, tacitè, vel expreſsè præjudicatur.

„ XVI. Necnon Archi-Epiſcopos, Epiſcopos, alioſque Su-
„ periores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoſcumque
„ Judices Eccleſiaſticos Ordinarios quomodolibet hac de cauſa
„ directè, vel indirectè carcerando, vel moleſtando eorum
„ Agentes, Procuratores, Familiares, necnon Conſanguineos;
„ & Affines, aut aliàs impediunt quominus ſua Juriſdictione
„ Eccleſiaſtica contra quoſcumque utantur, ſecundùm quod
„ Canones, & Sacræ Conſtitutiones Eccleſiaſtice, & Decreta
„ Conciliorum Generalium, & Præſertim Tridentini, ſtatuunt;
„ ac etiam eos, qui poſt ipſorum Ordinariorum, vel etiam ab eis
„ Delegatorum quorumcumque Sententias, & Decreta, aut
„ aliàs fori Eccleſiaſtici judicium eludentes, ad Cancellarias, &
„ alias Curias ſeculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, &
„ mandata, etiam pœnalia, Ordinariis, & Delegatis prædictis
„ decerni, & contra illos exequi procurant; eos quoque, qui hæc
„ decernunt, & exequuntur, ſeù dant auxilium, conſilium, pa-
„ trocinium, & fauorem in eiſdem.

„ XVII. Quiuè juriſdictiones, ſeù fructus, redditus, & pro-
„ uentus ad Nos, Sedem Apoſtolicam, & quaſcunque Eccleſia-
„ ſticas perſonas ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, & alio-
„ rum Beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentes, uſurpant,
„ vel etiam quauis occaſione, vel cauſa, ſive Romani Pontificis,
„ vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expreſsa
„ licentia ſequeſtrant.

XVIII.

XVIII. Quiuè collectas, decimas, talleas, præſtantias, & „
alia onera Clericis, Prælatis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis, ac „
eorum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum Beneficio- „
rum Eccleſiaſticorum bonis, illorumque fructibus, redditi- „
bus, & prouentibus hujuſmodi abſque ſimili Romani Pont. „
ſpeciali, & expreſſa licentia imponunt, & diuerſis etiam exqui- „
ſitis modis exigunt, aut ſic impoſita, etiam à ſponte dantibus, & „
concedentibus recipiunt. Necnon qui per ſe, vel alios directè, vel „
indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem „
auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare non verentur, cu- „
juſcunque ſunt præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditonis, „
aut ſtatus, etiamſi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignita- „
te, ſeù Principes, Duces, Comites, Barones, & alii Potentatus „
quicunque etiam Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus, & Terris „
quoquomodo Præſidentes, Conſiliarii, & Senatores, aut qua- „
uis etiam Pontificali dignitate inſigniti. Innouantes decreta „
ſuper his per Sacros Canones, tàm in Lateranenſi, nouiſſimè „
celebrato, quàm aliis Conciliis generalibus edita cum cenſu- „
ris, & pœnis in eis contentis. „

XIX. Item excommunicamus, & anathematizamus om- „
nes, & quoſcumque Magiſtratus, & Judices, Notarios, Scri- „
bas, Exequutores, Subexequutores, quomolibet ſe interpo- „
nentes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra perſonas „
Eccleſiaſticas, illas proceſſando, banniendo, capiendo, ſeù ſen- „
tentias contra illas proferendo, vel exequendo, ſine ſpeciali, „
ſpecifica, & expreſſa hujus S. Sedis Apoſtolicæ licentia, quique „
hujuſmodi licentiam ad perſonas, & caſus non expreſſos ex- „
tendunt, vel aliàs illa perperam abutuntur, etiamſi talia com- „
mittentes, fuerint Conſiliarii, Senatores, Præſidentes, Cancel- „
larii, Vice-Cancelarii, aut quouis alio nomine nuncupati. „

XX. Item excommunicamus, & anathematizamus om- „
nes illos, qni per ſe, ſeù alios directè, vel indirectè ſub quo- „
cunque titulo, vel colore, inuadere, deſtruere, occupare, & „
detinere præſumpſerint in totum, vel in partem Almam Ur- „
bem, Regnum Siciliæ, Inſulas Sardiniæ, & Corſicæ, Terras ci- „
tra Pharum, Patrimonium Beati Petri in Thuſcia, Ducatum „

„ Spoletan. Comitatum Venayſinum, Sabinen. Marchiæ Anco-
„ nitanæ, Maſſæ Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & Maritimas
„ Prouincias, illarumq; Terras, & loca, ac Terras ſpecialis commiſ-
„ ſionis Arnulforum, Ciuitateſque noſtras Bononiam, Cæſenam,
„ Ariminum, Beneuentum, Peruſium, Auenionem, Ciuitatem
„ Caſtelli, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & alias Ciuitates,
„ Terras, & loca, vel jura ad ipſam Romanam Eccleſiam perti-
„ nentia, dictæque Romanæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſub-
„ jecta: necnon, ſupremam juriſdictionem in illlis Nobis, & ei-
„ dem Romanæ Eccleſiæ competentem de facto uſurpare, per-
„ turbare, retinere, & vexare variis modis præſumunt! necnon
„ adhærentes, fautores, & defenſores eorum, ſeù illis auxilium,
„ conſilium, vel favorem quomodolibet præſtantes.

„ Volentes præſentes noſtros Proceſſus, ac omnia, & quæ
„ cunque his literis contenta, quouſq; alii hujuſmodi Proceſſus
„ à Nobis, aut Romano Pontifice pro tempore exiſtente, fiant, aut
„ publicentur, durare, ſuosque effectus omninò ſortiri.

„ Cæterùm à prædictis ſententiis nullus per alium, quàm
„ per Romanum Pontificem, niſi in mortis articulo conſtitu-
„ tus, nec etiam tunc, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatis-
„ faciendo cautione præſtita, abſolui poſſit, etiam prætextu qua-
„ rumuis facultatum, & indultorum quibuſcunq; perſonis Ec-
„ cleſiaſticis Secularibus, & quorumuis Ordinum, etiam Men-
„ dicantium, ac Militiarum Regularibus, etiam Epiſcopali, vel
„ alia majori dignitate præditis, ipſiſque Ordinibus, & eorum
„ Monaſteriis, Conuentibus, & Domibus, ac Capitulis, Colle-
„ giis, Con-Fraternitatibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, &
„ Locis piis, necnon Laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mun-
„ dana excellentia fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cu-
„ juſuis Concilii decreta, verbo, literis, aut alia quacunque
„ ſcriptura in genere, vel in ſpecie conceſſorum, innouatorum,
„ aut concedendorum, & innouandorum.

„ Quod ſi fortè aliqui contra tenorem præſentium, talibus
„ exommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum ali-
„ cui, abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſe-
„ rint, eos excommunicationis ſententia innodamus, grauiùs

con-

Digitized by Google

contra eos ſpiritualiter, & temporaliter, prout expedire noverimus proceſſuri. „ „

Declarantes, ac proteſtantes quamcumque abſolutionem, etiam ſolemniter per Nos faciendam, prædictos excommunicatos ſub præſentibus comprehenſos, niſi prius à præmiſſis cum vero propoſito ulterius ſimilia non committendi deſtiterint; ac quoad eos, qui contra Eccleſiaſticam libertatem, ut præfertur, ſtatuta, fecerint, niſi priùs ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, & decreta hujuſmodi publicè revocauerint, & ex Archiuiis, ſeu Capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri, & caſſari, ac Nos de revocatione hujuſmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter ſuffragari, quin etiam per hujuſmodi abſolutionem, aut quoſcunque alios actus contrarios, tacitos, vel expreſſos, ac etiam per patientiam, tolerantiam noſtram, vel ſucceſſorum noſtrorum quantocunque tempore continuatam, in præmiſſis omnibus, & ſigulis, ac quibuſcunque juribus Sedis Apoſtolicæ, ac S. R. E. undecunque, & quandocunque quæſitis, vel quærendis nullatenus præjudicari poſſe, aut debere. „ „ „ „ „ „ „ „ „ „ „ „ „ „ „ „ „ „ „

Non obſtantibus privilegiis, indulgentiis, indultis, & Literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, ſupradictis, vel eorum alicui, ſeu aliquibus aliis, cujuſcumq; ordinis, ſtatus, vel conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiamſi, ut præfertur Pontificali, Imperali, Regali, ſeù quauis Eccliaſtica, & mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Prouinciis, Civitatibus, ſeu locis à prædicta Sede, exquauis cauſa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & ſub quauis alia forma, & tenore, ac cum quibuſuis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis conceſſis, etiam continentibus, quòd excommunicari, anathematizari, vel interdici non poſſint per Literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, indulgentiis, indultis hujuſmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem, nec non conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac „

præ-

„ præſcriptionibus quantumcunque longiſſimis, & aliis quibus-
„ libet obſeruantiis, ſcriptis, vel non ſcriptis, per quæ contra
„ hos noſtros Proceſſus, ac ſententias, quominus includantur
„ in eis ſe juuare valeant, vel tueri, quæ omnia quo ad hoc, eo-
„ rum omnium tenores, ac ſi ad verbum, nihil penitùs omiſſo,
„ infererentur, præſentibus pro expreſſis habentes penitùs tol-
„ limus, & omninò revocamus, cæteriſque contrariis quibuſ-
„ cunque.

„ Ut verò præſentes noſtri Proceſſus ad publicam omnium
„ notitiam facilius deducantur, chartas, ſeu membranas, Pro-
„ ceſſus ipſos continentes, valuis Baſilicæ S. Joan. Lateranenſis,
„ & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe appendi faciemus,
„ ut ii, quos Proceſſus hujuſmodi concernunt, quod ad ipſos
„ non peruenerint, aut quòd ipſos ignorauerint, nullam poſ-
„ ſint excuſationem prætendere, aut ignorantiam allegare, cùm
„ non ſit veriſimile, id remanere incognitum, quòd tam paten-
„ ter omnibus publicatur. Inſuper, ut Proceſſus ipſi, & præ-
„ ſentes literæ, ac omnia, & ſingula in eis contenta eò fiant no-
„ toria, quò in pleriſq; Ciuitatibus, & locis fuerint publicata, uni-
„ verſis, & ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſc.
„ & locorum Ordinariis, & Prælatis ubilibet conſtitutis, per hæc
„ ſcripta committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtri-
„ ctè præcipiendo mandamus, ut per ſe, vel alium, ſeu alios
„ præſentes literas, poſtquam eas receperint, ſeù earum habue-
„ rint notitiam, ſemel in anno, aut ſi expedire viderint, etiam
„ pluries in Eccleſiis ſuis, dum in eis major populi multitudo
„ ad divina conuenerit, ſolemniter publicent, & ad Chriſti fi-
„ delium mentes reducant, nuncient, & declarent.

„ Cæterùm Patriarchæ, Archi-Epiſcopi, Epiſcopi, aliique
„ locorum Ordinarii, & Eccleſiarum Prælati, necnon Rectores,
„ cæterique curam animarum exercentes, ac Presbyteri ſecu-
„ lares, & quorumuis Ordinum Regulares ad audiendas pecca-
„ torum confeſſiones, quauis auctoritate deputati, tranſum-
„ ptum præſentium literarum penès ſe habeant, eaſque diligen-
„ ter legere, & percipere ſtudeant. Volentes earumdem præ-
„ ſentium tranſumptis, etiam impreſſis, Notarii publici manu

ſub-

Digitized by Google

ſubſcriptis, & ſigillo Judicis Ordinarii Romanæ Curiæ, vel al- „
terius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, „
eandem prorſus fidem in judicio, & extra illud, ubique loco- „
rum, adhibendam fore, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi „
eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum „
liceat hanc paginam noſtræ excommunicationis, anathema- „
tizationis, interdicti, innouationis, innodationis, declarationis, „
proteſtationis, ſublationis, revocationis, commiſſionis, man- „
dati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. „
Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem „
Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum „
ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud die 24. Mar- „
tii 1701.

CAPUT V.

Officialis quoad allocutionem cum Monialibus.

SUMMARIUM.

1 *Acceſſus ad Monaſteria Monialum prohibetur Clericis, & Laicis.*
2 *Pœnalis in favorem animæ extenſionem admittit.*
3 *Regularibus eſt cum Monialibus interdicta locutio ſine licentia.*
4 *Finis prohibitionis.*
5 *Decretum ſub Sixto V. editum contra alloquentes perſonas exiſtentes intrà Clauſuram.*
6 *Alterum ſub Urbano VIII. ejuſdem moderatorium.*
7 *In illis non frequentia, ſed acceſſus prohibetur.*
8 *Abſolutio à Pœnis ſpectat ad Sedem Apoſtolicam.*
9 *Pęna debet correſpondere delicto.*
10 *Eſt prohibita allocutio ſub mortali.*
11 *Et per modicum temporis ſpatium.*
12 *Cauſa rationabilis non excuſat.*
13 *Alia dubia S.C.C. propoſita.*
14 *Diſpoſitio habet locum, etiamſi locutio fiat ſignis, & nutibus.*
15 *Etiam mutus ligatur.*
16 *Verba legis ſæpe extenduntur.*

17 *De-*

Digitized by Google

17 *Decreta comprehendunt locutionem de rebus indifferentibus.*
18 *Decretum ſuper facultate concedendi licentias alloquendi Moniales exemptas; & quibus ea conveniat?*
19 *Licentia Ordinarii eſt ſemper neceſſaria.*
20 *Etiamſi alloquentes alloquantur Moniales ſibi ſubditas.*
21 *Sup. Regul. non poteſt alterare licentiam conceſſam ab Epiſcopo.*
22 *Acceſſus ad collocutoria eſt de pertinentibus ad Clauſuram.*
23 *Epiſcopus poteſt viſitare Clauſuram ſine aſſiſtentia Regul.*
24 *Et interrogare Moniales de ſpectantibus ad eam.*
25 *Etiamſi alias nunquam fuerint viſitatæ.*
26 *Edicta prohibentia allocutionem extenduntur, etiam ad exemptas.*
27 *Socius eget licentia.*
28 *Ad Monaſteria eſt interdictus acceſſus ad effectum inſtruendi Moniales in Cantu.*
29 *Superiores, & Confeſſ. licentia non egent.*
30 *Quando Vicarius Conv.!*
31 *Etiam locutio cum Abbatiſſa comprehenditur in prohibitione.*
32 *Quando agitur de vitando periculo Animæ, etiam in penalibus fit extenſio.*
33 *Religioſus licentiam ab Epiſcopo, & ſuo Super. debet obtinere.*

1 Acceſſus ad Monialium Monaſteria, cauſa illas viſitandi, aut colloquendi; adeoque ad earum colloquia, & aſpectum, prohibetur Clericis, & Laicis cap. *Monaſteria, de vit. & honeſtat. Clericorum lib. 3. tit. pr.* ubi legitur: *Monaſteria Sancti-Monialium, ſi quiſquam Clericus ſine manifeſta, & rationabili cauſa frequentare præſumpſerit, per Epiſcopum arceatur, & ſi non deſtiterit, ab officio Eccleſiaſtico reddiatur immunis. Si Laici, excommunicationi ſubdantur, & à cætu fidelium fiant pœnitus alieni*; ubi Gloſſa notat, quod frequentare, vitium importat; & malum præſumitur in acceſsù ſine rationabili cauſa facto.

Et quamvis quidam dixerint Decretalem, utpote loquentem de Clericis, & Laicis frequentantibus Monaſteria, non vero de Regularibus, ad iſtos non extendi, ex quo lex ſit pœnalis, quæ

quæ extenſionem non patitur, juxta *Regulam* 15. *Juris in* 6.
odio tamen eos; etiam comprehendere dicimus; cum & 2
lex pœnalis, etiam ad non expreſſa, ab identitatem rationis,
& in favorem animæ, & evitanda peccata extenſionem admittat, ut docent Saurez, & Sanchez *apud Ameno de pœnis tit.* 4.
§. *pr. Conſortium ſuſpectum n.* 12. decretalis autem in favorem animæ emanavit, cujuſque diſpoſitio eſt item inducta, ut pericula incontinentiæ à quolibet evitentur.

Ideo, & ad Regulares ampliatur, quibus item cum præfatis allocutio interdicitur *cap. periculoſo de ſtatu Regularium*
lib. 3. *tit.* 16. *in* 6. ubi ſtatuitur; *nullique aliquatenus inhoneſtæ* 1
perſonæ, nec etiam honeſtæ (niſi rationabilis, & manifeſta cauſa exiſtat, ac de illius, ad quem pertinuerit ſpeciali licentia) ingreſſus, vel acceſſus pateat ad eaſdem: ut ſic à publicis, & mundanis conſpectibus ſeparatæ, omnino ſervire Deo valeant liberius, &
laſciviendi opportunitate ſublata, eidem corda ſua, & corpora 4
in omni ſanctimonia diligentius cuſtodire.

Arctior de jure novo emanavit prohibitio contra Regu-
lares alloquentes eas, vel alias perſonas intra Clauſtra à S.Re- 5
gularium Congreg. *ſub nonis Maii* 1590. apud Tamburinum *de jure Abbat. diſp.* 25. *q.* 4. quæ de mandato Sixti V. mandavit, & decrevit; " ut nulli poſt hac Religioſo, cujuſ- "
cumque Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis exiſtat, "
(Superiore, cui Monaſterii, ſeù domus cura incumbit, Viſi- "
tatore, vel Viſitatoribus, Confeſſarioque ordinario, & ex- "
traordinario, cum ad tempus deputabitur, dumtaxat excep- "
tis) licere abſque licentia expreſſa ejuſdem S. Cong. accedere "
ad Monaſteria, ſeù domos quarumcumque Monialium, vel "
Sororum, ſive ſui, ſive alterius cujuſvis Ordinis ad collo- "
quendum, ſeù tractandum. "

Quod ſi aliquando mandato, ſui Superioris aliquos Re- "
ligioſos, ad prædicandum Verbum Dei, vel ad celebrandas "
Miſſas, ipſarum Monialium, ſeù Sororum Eccleſiis, ſive Ora- "
toriis exterioribus, ſive extra Clauſtra exiſtentibus, mitti "
contigerit, prohibuerunt (Cardinales) ne dicti Religioſi, "
quæſito colore, Moniales, Sorores, aut quamlibet aliam per- "
ſonam intra Clauſtra degentes, alloqui poſſint &c. quæ om- "

„ nia, & ſingula ſub pœna privationis officiorum, ac vocis acti-
„ væ, & paſſivæ ipſo facto incurrendis, aliiſque ejuſdem Cong.
„ arbitrio præceperunt inviolabiliter obſervari &c.

6 Quod ipſa eadem S. Cong. innovavit *ſub* 12. *Kal. Decembris* 1623. & moderata eſt, quo ad facultatem tribuendi licentias: ubi enim in priori reſtricta erat ad ſolam S. Cong. in alio fuit de mandato, & expreſſo ordine Urbani VIII. ad lo-
„ corum Ordinarios ampliata: ** ut quàtenus ſibi viſum fue-
„ rit in Domino expedire, licentiam cocedere poſſint per qua-
„ tuor vices ad ſummum quolibet anno, cuicumque Regula-
„ ri, ut Moniales ſibi in primo, & ſecundo tantum conſangui-
„ nitatis gradù conjunctas convenire, & alloqui poſſit.

7 Id vero non aliter, quam ſervata ad unguem forma in-
„ fraſcripta, ut id nullo modo liceat diebus feſtivis, aut in Ad-
„ ventu, Quadrageſima, feria ſexta, ſabbato, & vigiliis: præ-
„ dictaque licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad quem
„ ſpectet eam concedere, conſignetur Confeſſario Ordinario
„ Monaſterii, qui penes ſe retinere debeat, iſque aſſociet, & præ-
„ ſens ſit, & auſcultatrices de more, non autem aliæ aſſiſtant;
„ prædictaq; licentia pro die, & hora certa, & in ſcriptis conce-
„ datur, in libriſque Cancellariæ ejuſdem Ordinarii annotetur.
„ Quod ſi prædicti locorum Ordinarii per plures vices, vel
„ in ulteriori gradù conjunctis, aut aliter, quam ſervata forma
„ ſupradicta, licentias conceſſerint, vel permiſerint, ſciant ſe
„ intentionis S. D. N. & Sac. Cong. traſgreſſores, judicjumque
„ reformident. Regulares autem pœnis in ſupradicto Decreto
„ contentis, ac ſi nullam licentiam obtinuiſſent, eo ipſo ſe no-
„ verint eſſe addictos, & arbitrio S. C. ſeverius puniendos &c.

8 Advertendum Regulares unico acceſsù affici pœnis in allegatis Decretis expreſſis, nam per ea non prohibetur frequentia, ſed acceſſus abſolutè, ut notavit Tamburin. *loco cit. quæſit.* 9. *num.* 3. & *Lezana ſum. tom.* 4. *verb. Monial. nu.* 20.

9 Pœnarum abſolutio, & rehabilitatio reſervatur Sedi Apoſtolicæ, vel eidem Sac. Congregationi, ut refert Decretum poſteriori loco adductum, quod per extenſum habet *Lezana loc. cit. num.* 19.

Nec

Nec dubitandum eſt præfata item obligare ad culpã mor-
talem, & Theologicam, & non ſolum legalem, ſeù pœnalem
ut putat Ameno *n.* 14. nam cũ pœnæ in decretis appoſitæ, ſint
graves, & non modo privent officiis, ſed etiam voce activa, &
paſſiva, reddantque tranſgreſſores ineligibiles, & ad eligen-
dum ineptos, videntur concludere, quod ad eas incurrendas
requiratur peccatum mortale, ut pœna correſpondeat delicto,
proût tenet *Lezana cit. num.* 20. Et facit, quod lex in mate- 10
ria gravi obligat ſub mortali; materia autem allocutionis
gravis eſt; cum honorem Sancti Monialium reſpiciat, & eo
lex prohibens tendat, ut vitentur pericula incontinentiæ.
Tamburinus ibid. quæſ. 5. *num.* 3. quod in terminis *ſub die* 1.
Julii 1606. firmavit S. Cong. ex annotatis ab allegato Tambu-
rino ibid. num. 1. ut infra " Attentis narratis, ac dubio "
præfato mature diſcuſſo, & examinato; cenſuit Sac. Cong. "
ac declaravit Regulares accedentes ad Monaſteria Monialium "
contra formam Decreti, quo hujuſmodi acceſſus per S.Cong. "
prohibetur, ultra pœnas privationis officiorum, ac vocis acti- "
væ, & paſſivæ, incurrere etiam pœnam peccati mortalis. "

Nec audiendus *Ameno cit. num.* 16. firmans talem le- 11
gem, quo ad colloquia brevia, accidentalia, ex rationabili
cauſã; & non ex induſtria quæſita, eſſe quo ad incurren-
dum mortale, ex contrario uſu abrogatam; & foret corri-
piendus, ſi ei innotuiſſet S. C. C. declaratio, quæ emanavit
ſub die 1. *Maii* 1669. *apud Pignatellum tom.* 6. *conſult.* 85. *n.*
35. etiam taxativa, temporis, prout infra, " S. Cong. "
Eminent. S. R. E. Cardinalium Conc. Trid. interpretum, ha- "
bita notitia, quod nonnulli Regulares abſque licentia ad cra- "
tes Monaſteriorum Monialium adire, & frequetare non du- "
bitent, prætendentes non eſſe interdictum per breve tempus, "
etiam uſque ad quadrantem horæ cum dimidio, quod horo- "
logio arenario aliquando metiuntur, Moniales, aliaſque per- "
ſonas intra clauſuram exiſtentes alloqui: & hanc opinio- "
nem, tamquam tutam, affirment, diſſeminent, & forte etiam "
ſcriptis evulgent, proprias graviter illaqueantes conſcien- "
tias, & ſcandala confoventes; ad hujuſmodi pernicioſos er- "

 rores,

„ rores eliminandos, opinionem prædictamimprobans, reii-
„ ciens, & damnans, declaravit Regulares, cujuſcumque Ordi-
„ nis, Militiæ, Societatis, Congregationis, Inſtituti, etiam
„ de quibus ſpecialis mentio foret habenda, qui ad Monaſteria
„ Monialium, quamvis ab Ordinarii juriſdictione quomo-
„ dolibet exempta, & etiam ipſis Regularibus ſubiecta, vel
„ alias ſpeciali mentione digna, abſque legitima facultate acce-
„ dunt, colloquendo, etiam per quodcumque modicum tem-
„ poris ſpatium, cum Monialibus, aut aliis infra clauſuram de-
„ gentibus, peccare mortaliter, eoſque ſub excommunicationis,
„ privationis vocis activæ, & paſſivæ, aliiſque contra Regulares
„ accedentes ſine licentia ad Monaſteria Monialium, ſtatutis
„ pœni poſſe ab Ordinario, tamquam Sedis Apoſtolicæ delega-
„ to, carcerari.

„ Et die 7. Junii ejuſdem anni facta relatione SS. D. N. San-
„ ctitas Sua præſentem declarationem approbavit, ac typis
„ dari, ſervarique juſſit.

12 Nec cauſa rationabilis acceſſum juſtificat, aut acceden-
tem à mortali liberat, pro ut in una *Neapolitana de anno* 1672.
eadem Sac. Cong. declaravit, reſpondens dubiis ſibi occaſione
prioris declarationis exhibitis.

Primo. *An Regulares accedentes ad colloquendum cum Monialibus ſine licentia Epiſcopi peccent mortaliter?*

Secundo. *An peccent mortaliter, ſaltem ſtante dicta declaratione?* S. Cong. &c. Reſpondet ad primum *affirmative, etiam ſi ex cauſa rationabili, quando non adſit licentia.*

Ad ſecundum ad proximam. lib. 27. Decret. fol. 509.

13 Super quo aliis excitatis dubiis, Primo. *An Regularibus miſſis ad crates Monialium, pro munere prædicationis obeundo, prohibitum ſit ſub peccato mortali, cenſuris, & pœnis &c. immediatè poſt cum ipſis Monialibus, abſque expreſſa licentia ad colloquendum, immiſcere ſermones cum quæſtionibus vel dubiis ſpiritualibus, aut materiis ipſius Concionis?*

Secundo. *An talis prohibitio intelligatur, tam de collocutione cum aliquibus Monialibus, quam cum una tantum (omnibus tamen aliis audientibus) immediatè poſt Concionem? Die*

21. *Maii*

21. *Maii* 1678. *Sac. Cong. Con. ad utrumque reſpondit affirmat.*

Ex uſque allatis certum apparet S. Cong. & Summorum Pontificum mentem in prohibendo acceſsù, & collocutione cum Monialibus, fuiſſe, removere ea omnia, per quæ poſſit violari virginalis integritas, quæ frequentiſſime vitiatur ex converſatione cum viris; ideo, licet in prohibitione utantur 14 verbis *acceſsù, & locutione*, eorum tamen ad hæc duo tantùm non reſtringitur mens, ſed ad ea omnia præſumendum voluiſſe eam ampliare, ob quæ non minus, ac per verba articulata, poſſet incontinentia accendi, & pericula caſtitatis ſuſcitari: quæ cum de facili poſſint haberi, tam, ſi quis per nutus, & ſigna, etiam ſi nil Monialis reſpondeat, quam, ſi abſque acceſsù, de domo vicina Monaſterio, loquatur, propterea hæc omnia ſub lege prohibitiva comprænenduntur; & pari modo delinquit, ut dixit *Ameno cit. num.* 18. qui loquitur Moniali, illa minime reſpondente, & qui loquitur per nutus, aut per verba incompetenti diſtantia (quolibet enim ex iſtis modis conceptus mentalis aperitur, & concupiſcentiæ fomes accendi poteſt) ac qui expreſſis verbis Moniales colloquentes, & in collocutorio alloquitur.

Imo ſi de neceſſitate exigeretur, ut accedens verbis arti- 15 culatis loqueretur, immunis deberet reputari Regularis factus mutus; & ille, qui, tametſi ſanus lingua, ad Moniales accederet, & ſolum ſignis loqueretur, & nutibus ad turpia Monialem provocaret.

Et videtur id concludi, ex quo verba legis debent ultra proprium ſignificatum tunc extendi, cum voluntas legiſlato- 16 ris alias locum non habet, & lex ipſa redderetur inutilis, & fine intento fruſtraretur, ut in casù eveniret, nimirum ſi locutio in ſenſu pure grammaticali acciperetur.

Et facit, quod interpretatio legum potius menti, quam verbis legiſlatoris convenire debeat; non enim *debet intentio verbis, ſed verba intentioni deſervire, cap. ſecundo requiris. de appellationibus lib. 2. tit. 28. & ex regula ultima Juris in 6. certum eſt, quod is committit in legem, qui legis verba complectens contra legis nititur voluntatem.*

Unde

Unde ſequitur diſpoſitiva Decretorum locum obtinere,
tametſi locutio ſit de rebus indifferentibus, imo & concer-
17 nentibus utilitatem, etiam ſpiritualem, quia abſolute loqu-
untur, & non reſtringuntur ad horum potius, quam illo-
rum locutionem; ratio eſſe poteſt, ex quo finis prohibitio-
nis ſit tollere commercium præſentiale cum Monialibus, &
evitare pericula incontinentiæ, quæ oriri poſſunt ex locu-
tione ſuper quacumque materia; ideo, etiam in hac, legem
ipſam, cum ipſa ratione finali legis militare diſcurritur.

Nec lex eſt fundata in præſumptione colloquii ad malum
finem, ſic, ut ea ceſſante, & ipſa obligare deſinat; nam id
eſt falſum, cum potius, & directe fundetur in periculis an-
nexis locutioni; ideo ſemper obligat, licet in aliquo casû ab-
ſit periculum, quod intendit vitare, ex eo, quod non ceſſet
finis adæquatus ipſius, & non reſpiciat ad ſingula in particu-
lari, ſed ad id quod frequentius accidit per Sperellum *deciſ.*
147. *num. 55.*

Facultas concedendi licentias alloquendi Moniales Re-
gularibus ſubjectas, eſt cumulative in Ordinario, & Superiore
Regulari; ad quod facit diſpoſitio Decreti ſub Urbano VIII.
18 per ea; *prædicta licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad
quem ſpectet eam concedere*; verum non eſt ſemper obtinenda
copulative ab utroque, ſed attenditur uſus, & conſuetudo;
quæ, ſi legitime ſit præſcripta, quod concedatur, vel à ſolo
Ordinario, vel ab iſto, una cum Superiore Regulari, ſerva-
ri debet, ad formam Decreti S. C. C. prout ſequitur.

,, ** Tametſi alias S. C. declaraverit licentias ingrediendi
,, ſepta Monaſteriorum Monialium exemptarum, & Regulari-
,, bus ſubiectarum, ex neceſſitate tantum, quæ Moniales reſ-
,, piciat, concedendas, & accedendi ad colloquendum cum Mo-
,, nialibus, pertinere ad ipſos Superiores Regulares; nihilomi-
,, nus ſub die 13. Novembris 1610. quo magis clauſuræ obſer-
,, vationi conſuleretur, facultate ſibi à S. D. N. tributa, ſtat-
,, uit, & decrevit, ut infra. ** hujuſmodi ſepta nemini ingredi,
,, vel alloqui liceat, niſi licentiæ in caſibus neceſſariis conceden-
,, dæ, nedum à Superioribus Regularibus dictorum Monaſte-
riorum,

riorum, ſed etiam à locorum Ordinariis obtentæ fuerint "
non obſtantibus quibuſcumque contrariis Legibus, Statutis, "
conſuetudinibus, etiam immemorabilibus. "

Poſtremo autem ad removendam omnem dubietatem, "
quæ ex hujuſmodi Decreto forſam oriri poſſet, negotio ite- "
rum Sac. Cong. propoſito, atque S. D. N. relato die 21. Maii "
1630. Sanctitas Sua declaravit hujuſmodi licentias à Superio- "
ribus Regularibus non eſſe concedendas in illis locis, in qui- "
bus adeſſet conſuetudo, ut iſtæ ab Epiſcopis tantum conce- "
dantur. Hoc enim casù ſtatuit, & decrevit talem conſuetu- "
dinem eſſe obſervandam, & ipſorum Epiſcoporum tantum- "
modo licentias ſufficere, etiam privative quo ad ipſos Regu- "
lares, quod reliquum eſt &c. Romæ 10. Januarii 1637. Emin. "
Veſtræ humillimus ſervus F. Card. Veroſpius, Franciſcus "
Pauluccius Sac. Cong. Concilii Secretarius. Pignat. *tomo* "
10. *conſ.* 41. *Panimolla deciſ.* 84. *adnot.* 3. *num.* 54. "

Unde conſtat id non competere Regularibus privative quoad Ordinarios; & horum licentia, quo ad uſum lici- 19
tum locutionis, eſt ſemper neceſſaria, ex diſpoſitione etiam S.C.Epiſc. & Regulariū apud eundem *Pignat. tom.* 6. *cit. n.* 31. *quæ ſub die* 29. *Auguſti* 1594. *cenſuit, quod Moniales, Regularibus licet ſubjectas, alloqui nemo poſſit, abſque licentia Epiſcopi, vel ejus deputati*; & nedum, cum alloquentes ſunt ſeculares, ſed etiam Regulares, & illius Ordinis, cui Mo-
niales ſubduntur; & ita neceſſario, ut ſi Regularis alloqua- 20
tur Moniales ſine licentia Epiſcopi, poſſit in eum animadvertere per diſpoſita à S. C. C. relata *cap. offic. quoad exemp. ab Ordinarii num.* 15. & ligetur excommunicatione ab eodem lata in accedentes, & eas alloquentes ſine licentia, ut in una Viterbien. 26. *Junii* 1627. firmavit Sac. Cong. C. apud Pignat. *cit. num.* 21. vide allegat. *cap. offic. quad exemptionem num* 36.

Cum licentia conceditur ab Epiſcopo, aut ejus Vicario, & Superiore Regulari, non licet iſti eam alterare addendo, vel aliquid adimendo, ex declaratione S. C. in una Viterbien. 24. *Januarii* 1533. quam ex Barboſa *in collectaneis Bullar.* *ver.*

Digitized by Google

ver. Moniales, refert Lezana allegat. tom. 4. verb. mon. num. 23
Monialium Regularibus ſubjectarum, Superiores, ſubſcribentes
poſt Epiſcopum, vel ejus Vicarium, licentias eorum, qui ad col-
locutoria accedunt, vel clauſuram ingrediuntur, non poſſunt quid
excludere, addere, vel adimere ex illis, quæ Epiſcopus ipſe, aut
Vicarius, pro cura, & bona regimine Clauſuræ in licentiis, præ-
ſcribit, & apponit.

Die 17. Junii 1605. in una Januenſi apud Allegat. Pignà-
tellum n. 35. S. C. cenſuit acceſſum ad collocutoria, vel Rotas,
22 vel alias Monaſteriorum Monialium partes, eſſe materiam per-
tinentom ad clauſuram, & per conſequens ſpectare ad Ordina-
rium, etiam in Monaſteriis ſubjectis Regularibus, qui ea ad li-
bitum viſitare poteſt: Ideo poteſt præfata, ſicut Cluaſuram vi-
ſitare ſine aſſiſtentia Superiorum; ut ſub die 25. Junii 1596.
ipſa firmavit, & cenſuit, Epiſcopum viſitare poſſe Clauſuram
Monialium, non ſibi ſubditarum, ſine aſſiſtentia Superiorum Mo-
23 naſterii; & die 25. Februarii 1583 cenſuit, poſſe Epiſcopum in-
terrogare Moniales, Regularibus ſubjectas, de pertinentibus ad
24 clauſuram; etiamſi nunquam alias viſitatæ fuerint, 24. Novem-
bris 1617. & Superiores Regulares non poſſunt eum impedire,
eadem in Ferrarienz. Maii 1600. nec prætendere, viſitare velle
Clauſuram Monialium ſibi ſubjectarum, ſimul cum Epiſcopo,
vel aſſiſtere illius Viſitatori, ut declaravit S. C. Epiſcoporum in
Fulginaten. 10. Januar. 1648.

Edicta Epiſcoporum prohibitiva allocutionis, & in-
greſſus in Clauſuram ad Monaſteria, etiam exempra, exten-
25 duntur, ut cenſuit S. C. C. in Vrbinaten. die 10. Maii 1663.
ad cap. 5. ſeſſ. 25. de Regul. quæ interrogata, An in edicto, quod
nemo ingrediatur Monaſteria Monialium, vel cum ipſis loqua-
tur ſine licentia Archiepiſcopi, poſſint comprehendi Moniales S.
Claræ, exemptę à juriſdictione Archiepiſcopi? reſpondit affirma-
tivè; Et eadem S. C. die 24. Martii 1647. ad dubium eidem
propoſitum ab Epiſcopo Ratisbonen, & Abbate Monaſterii in
Allerbarch, ut ad declarandum procederet; an in Tridentino,
& Bulla Inſcrutabili Gregorii, quoad jus viſitandi Clauſuram,
comprehendantur Monaſteria, etiam Ordinis Ciſtercienſis, re-
ſpon-

ſpondit comprehendere omnes Ordines, etiam Ciſtercienſem, apud eundem *n.* 23.

Licentia uni Regulari conceſſa extenditur per *Rodericum, Peyrin, Pellizarium, Tamburinum, & Lezanam*, allegatos ab Hasbenſi *ſum. v. Clauſ. n.* 90. ad Socium, ex eo, quod neceſſe ſit, ut de altero intelligatur, quod de uno dictum eſt, ex cap. *translato de Conſt. lib.pr. tit.* 2. ubi per Gloſſ. *quod de uno connexorum ſtatutum eſt, ad aliud connexum extenditur*; apud quem negat *Cotonius lib. 4. controv. 7. n.* 88; quod cenſeo tenendum, & eſſe ad formam Decretorum enunciatorum; quæ diſpoſitiones in terminis univerſalibus negativis conceperunt, *ut nulli Religioſo &c. nemo alloqui poſſit ſine licentia*; illa extenſio fit, cum eſt eadem ratio de utroque per Sperellum *Deciſ.* 62. *n.* 15. quæ in caſu non apparet; & de Socio ſic allo- 27
quente verificaretur, quod loqueretur ſine licentia; ideo, ut à taxatis pœnis ſit liber, pro eo etiam, debet ſpecifice licentia obtineri; & ex eo, puto eſſe item neceſſariam pro Religioſo, qui eſſet pater, aut filius Monialis, quia & ipſe Regularis eſt; & licet ex *Gavant. Peliz num.* 209, afferat Decreta S. C. diſponentia poſſe Patres, & Matres alloqui Moniales filias, & filios Moniales Matres ſine licentia, ea tamen ipſe notat non eſſe in uſu; & quando ſint, non amplientur ad Regulares,

Eſt ad Monaſteria interdictus acceſſus ad effectum inſtru- 28
endi Moniales in ſono, & cantu, prout infrà. S. Congr. Epiſcoporum *ſub* 13. *Septembris* 1583. decrevit: *non permittatur acceſſus Secularium ad Monaſteria Monialium, ſub prætextu eas docendi ſonum Cymbalorum, aut alterius inſtrumenti, aut muſicam, cantumvè*; ex Barboſa decretum refert Lezana allegat. *ſub num.* 31, Pignatellus allegat. *tom. 6. num.* 216; & Lantuſca *Theat. Regul. ver. Monialis n.* 2. notavit pro Monialibus Urbis. S. Congregat. Viſitat. Apoſtol. *edidiſſe ſub die* 20. *Januarii* 1665. ſuper hoc Decretum, quo revocavit, & caſſavit quæcumque indulta ad hujuſmodi effectum facta cuicumque perſonæ, cum inhibitione, ut impoſterum præfatæ licentiæ non concedantur, & in caſu conceſſionis eas nullius roboris, nec in foro judiciali, & conſcientiæ, cuique ſuf-

fragari declaravit, aliaſque, in tranſgreſſores pœnas impoſuit.

Superiores Regulares, & confeſſarii Monialium excipi-
29 untur à neceſſitate, & debito petendi licentias ab Ordinario: prout in Decretis ſub Sixto, & Urbano expreſsè continetur *Superiore, cui Monaſterii, ſeu domus cura incumbit, Viſitatore, vel Viſitatoribus, Confeſſarioque Ordinario, & extraordinario, cum ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis*, & ut ſub die 23. *Novemb.* 1592. *in Mediolanen.* S.C. Commiſſario Apoſtolico Obſervanti ſcripſit, *Che il ſopraſcritto decreto* (cioè fatto ſotto Sixto) *non comprende il Miniſtro delle Provincie, negl' altri Superiori, per que' Monaſteri, che ſtanno ſotto il governo, e cura loro*; Pignatell. *cit. ſub n.* 166.

Et die 27. *Septembris* 1641. S. C. Regul. apud Lantus: *y. allocution.* 7. ſignificavit Caputaquen, ut publicatum edictum reformaret, ut infrà, *Eſſendoſi doluto appreſſo la S. C. il miniſtro Provinciale degl' Oſſervanti di coteſta Provincia di Principato, che V. S habbia con ſuo editto particolare prohibito ſotto pena di ſcommunica, riſervata à ſe medeſima, che neſſuna perſona ſecolare, e regolare, ancor che ſia Confeſſore, ò Superiore dell' Monaſtero di Gioia, ſoggetto alla detta Relig. degl' Oſſerv. o altro Miniſtro, e operario neceſſario, poſſa andare à parlare alle Monache, o entrare in Clauſura, etiam dio per amminiſtrare li Sacramenti, ò in altri caſi di neceſſità, ſenza ſua licenza: Queſt. E. E. miei Sig. mi hanno ordinato di ſcriverle, che, ſe bene gl' Ordinari de luoghi poſſono ſottoſcrivere le licenze di parlare alle Monache, & entrar in Clauſura de Monaſteri, anco ſoggetti à Regolari, ancor che per il paſſato ſiano ſtate ſolite ſottoſcriverſi da Regolari ſolamente, come pretende eſſo Miniſtro, ciò ſi deve fare congiuntamente con l' iſteſſo Superiore Regolare, e non s' intende delli Confeſſori, ò Superiori delli Conventi de Frati, che han cura del Monaſtero; perche, come potrà vedere da ſe ſteſſa nel Decreto ſtampato* (& eſt veriſimile eidem fuiſſe tranſmiſſum illud ſub Sixto, vel Urbano) *che ſe li manda qui aggiunto, detti Superiori, e Confeſſori ſono eccettuati nella prohibitione fatta dalla S. Congr. ſopra l' acceſſo de Regolari à Mona-*

ſteri

ſteri di Monache; onde V. S. potrà riformare il ſuo editto in queſta conformità per non darli occaſione di giuſto richiamo, che così la S. Congr. m' hà commeſſo di ſignificarle, e Dio la preſervi. Il Card. S. Onofrio.

Quæ concludunt, tam de Superiore Provinciali, quam Locali, cui cura Monaſterii incumbit; & ex illis infertur, *ò Superiori delli Conventi de Frati &c.*

De Vicario Conventus ex Sellio refert Tamburin cit. 30
quæ. 4. ſub. n. 6. S. Congr. die *pr. Septembris* 1617. decreviſſe,
quod Vicarius Fratrum abſque Apoſtolicæ Sedis Licentia Moniales alloquens, in pœnas in Decreto generali contentas incidit; dummodo idem Vicarius in Prioris abſentia, ejuſdem Prioris munus non obeat.

Diſpoſitio interdicens allocutionem cum Monialibus
comprehendit, etiam Abbatiſſam, quia cum agitur de evitan- 31
do animæ periculo, etiam in pœnalibus, & odioſis admittitur extenſio per Panormitanum apud Tamburinum *quæſit*
allegat. num. 3. & in terminis firmavit Alexan. VII. *Conſt. Sa-* 32
croſancti, pro quiete, & utilitate Monialium Urbis v. cap. *off. quoad Confeſſarios Monial. num.* 6.

Nomine Ordinarii, à quo ſit obtinenda licentia alloquendi Moniales, reſpectu Religioſi, venit, etiam Superior Regularis, cujus eſt ſubditus, ideo copulative, & ab ipſo, & loci Ordinario eam debet habere; & nunquam loqui, niſi in præſentia Abbatiſſæ, ut habetur cap. *Diffinimus* 16. *quæſt.* 2. notavitque Gloſ. *ad cap. periculoſo de ſtat. Regul. in ver. boneſtæ*, vel non niſi auſcultatricibus præſentibus; ut ex *Valiſolet.* Fratribus Min. de Obſerv. præſcribunt Statuta Sambucana *cap.* 11. §. 3. *n.* 2. & generaliter pro omnibus loquitur Decretum ſub Urbano.

CAPUT VI.

Officialis quo ad Altaria Privilegiata.

SUMMARIUM.

1 *Altaria privilegiata à Romano Pontifice obtinentur.*
2 *Clauſula* dummodo in ea ſeptem Miſſæ &c. *exponitur.*
3 *Dictio* quotidie *ſumitur moraliter.*
4 *Senſus clauſulæ ad* ſeptemnium.
5 *Septemnium quando incipiat?*
6 *Anni debent eſſe continui.*
7 *Et Eccleſiaſtici*
8 *Conſt. Alexan. VII. quo ad Altaria perpetuo privilegiata*
9 *In duplicibus non celebrantur Miſſæ de Requiem.*
10 *In diebus in quibus eſſent ex obligatione, ad Altare perpetuo privilegiatum, celebrandæ Miſſę de Requiem, ſatisfit obligationi per Miſſam de Feſto duplici.*
11 *Clem. IX. extendit literas Alexandri ad Altaria, ad tempus privilegiata.*
12 *Etiam quo ad Miſſas de Requiem celebrandas ex devotione.*
13 *Innoc. XI. confirmat Decretum S. R. C. declarantis Conſt. Alex., & Clement: intelligendas eſſe pro Dominicis, & octavis &c. in quibus juxta Rubricas Miſſæ defunctorum celebrari non poſſunt.*
14 *Altaria privilegiata non continentur ſub clauſula illa* volumus autem, ut ſi alias Chriſti Fidelibus &c.
15 *Altaria privilegiata non ſuſpenduntur anno Jubilei.*

1 Altaria privilegiata, ſic dicta, ex quo privilegiis ſint decorata, quo ad Miſſas pro Fidelium defunctorum animabus ad ea celebrandas, non niſi à Romano Pontifice ad tempus, vel in perpetuum pro uno, vel ſingulis hebdomadæ diebus, juxta expreſſa in litteris conceſſionis, obtinentur, quæ ſi concedantur cum clauſula illa.

2 *Dummodo in ea ſeptem Miſſe quotidie celebrentur*: eſt ſenſus per Gobat. *experient. Theol. tract.* 3. *Alphabetic. ſacrifican. caſ.* 19. *num.*

19. *num.* 641. quod ſoleant celebrari; adeo ut conditio non deficiat, ſi aliquando casù, & fortuito contingat non tot celebrari; præſertim, quia, ut etiam *Hasben. num.* 329. notat Dictio *quotidie, ſemper &c.* non ſumitur in ſensù grammaticali, ſed moraliter, & civiliter; ita ut quotidie fieri dicatur, quod frequenter fit. Ideo Barboſa apud allegat. *Hasbenſ.* dicit: *Civem, qui continuo tenetur habitare, implere, ſi habitet etiam per tres menſes in Rure ſingulis annis.* Propterea ſi quandoque, aliqua juxta cauſa, vel neceſſitate, aut infirmitate, vel ob Hoſtium incurſum uno die, vel etiam menſe per Gobat, non celebrentur ſeptem Miſſæ, Indulgentia non corruit; dummodo tamen alias regulariter ſoleant celebrari.

Alia clauſula ad *ſeptemnium tantum*, innuit ordinarium 4
terminum conceſſionis; verùm ſeptemnium non incipit à die, quo Romæ à Summo Pontifice gratia conceditur, ſed à die publicationis factæ per loci Ordinarium. Et anni debent 5
eſſe continui, non interpollati: Eccleſiaſtici, non Solares; à 6
die ſcilicet publicationis ad diem corriſpondentem in ſeptimo 7
anno.

Refert Nicolio *Floſ. ver. Altare num.* 4. *in una Piſtorien.* 1. *Junii*, & in *alia Toletana* 13. *Julii* 1601. fuiſſe à S. Rituum Cong. declaratum indultum non ſuffragari, niſi in eis celebrentur Miſſæ *de Requiem*, tametſi id in indulto non exprimatur; quod hodie id abſolute non ſubſiſtit, ſed cum limitatione, propter editam Conſt. Alex. VII. in ſpecificis terminis, ut infra.

** Creditæ Nobis celitus diſpenſationis officium ſalubri- 8
ter exequi, adjuvante Domino, jugiter ſatagentes, & quam „
plurima dubia in diverſis mundi partibus orta, & in Cong. „
Venerab. Fratrum Noſtrorum S. R. E. Card. Sacris Ritibus „
præpoſitorum deducta, occaſione Decreti ejuſdem Congre- „
gationis die 5. Auguſti 1662. editi, ac à Nobis approbati, „
de non celebrandis Miſſis de Requiem in duplicibus, tollere, „
atque dirimere cupientes, de memoratorũ Cardinalium con- 9
ſilio, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, „
in primis aliud Decretum prædictæ Congregationis editum, „
in

Digitized by Google

„ in una Novarieñ. de 22. Novembris 1664. quo declaratum
„ fuit, Anniverſaria, & Miſſas Cantatas de Requiem, relictas
„ ex diſpoſitione teſtatorum quotannis in die ipſorum obitus,
„ etiam in duplici majori, contingentis non comprehendi in
„ dicto Decreto.

10 Ulterius quo ad Altaria perpetuo Privilegiata, & in
„ quibus proinde quotidie, etiam in duplicibus, celebrandæ ſint
„ Miſſæ de Requiem ex obligatione, auctoritate, & tenore
„ prædictis declaramus per celebrationem Miſſarum de feſto
„ currenti ſatisfieri dictis obligationibus, & ſuffragari cum
„ eiſdem indulgentiis perinde, ac ſi eſſent celebratæ Miſſæ de
„ Requiem ad formam privilegiorum; ſalva tamen ſemper in
„ præmiſſis auctoritate ſupradictæ Congregationis. Decer-
„ nentes eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, &
„ efficaces exiſtere, & foræ, ſuoſque plenarios, & integros
„ effectus ſortiri, & obtinere, Nonobſtantibus &c. Dat. Ro-
„ mæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris
„ die 22. Januarii 1667. Pontificatus Noſtri anno duode-
„ cimo.

Declarationem Alex. extendit Clemens IX. ad altaria temporaneo privilegio decorata, quoad Miſſas in eis, etiam ex fidelium devotione, celebrandas, ut ſequitur.

„ ** Cum fel. record. Alexander Papa VII. prædeceſſor
„ noſter, dubia in diverſis mundi partibus, occaſione Decreti
„ Congregationis, tunc exiſtentium S.R.E. Cardinalium Sacris
„ Ritibus Præpoſitorum, die 5. Auguſti 1662. emanati, & ab
„ ipſo Alexandro prædeceſſore approbati, de non celebrandis
„ Miſſis Defunctorum in Feſtis ritus duplicis, exorta, dirime-
„ re cupiens, aliud ejuſdem Congregationis Decretum in una
„ Novarieñ. die 22. Novembris 1664. editum approbaverit,
„ quo declaratum fuerat, Anniverſaria, & Miſſas Defuncto-
„ rum cantu ex diſpoſitione Teſtatorum quotannis, recurren-
„ te ipſorum obitus die, celebrandas, tametſi dies obitus hujuſ-
„ modi in feſto ritus duplicis majori incideret, non com-
„ prehendi in primo dicto Decreto: Ac ulterius quoad Alta-
„ ria privilegio Apoſtolico pro Animabus fidelium defuncto-

rum

rum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie, ,,
etiam in feſtis ritus duplicis, celebrandæ eſſent Miſſæ Defun- ,,
ctorum ex obligatione, declaravit per celebrationem Miſſa- ,,
rum de feſto currenti ſatisfieri injunctis obligationibus, & In- ,,
dulgentias per ejuſmodi privilegia Apoſtolica conceſſas Ani- ,,
mabus fidelium defunctorum in Purgatorio exiſtentibus, ſuf- ,,
fragari perinde, ac ſi celebratæ fuiſſent Miſſæ Defunctorum ,,
ad formam dictorum privilegiorum, & alias, prout in ejuſdem ,,
Alexandri prædeceſſoris litteris, deſuper in ſimili forma ,,
Brevis die 22. Januarii 1667. expeditis, quarum tenorem præ- ,,
ſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſo, & inſerto haberi ,,
volumus, uberiùs continetur. Cumque (ſicut ad aures no- ,,
ſtras pervenit) etiam dubitetur, utrùm dictarum litterarum ,,
diſpoſitio, quoad Altaria pariter quidem privilegiata, ſed non ,,
in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadæ diebus, & ad quæ ,,
Miſſæ non ex obligatione, ſed ex ſola fidelium devotione cele- ,,
brantur; locum habeat: Hinc eſt, quod Nos dubitationes ,,
hujuſmodi ex injunctæ Nobis cœlitùs paſtoralis ſollicitudinis ,,
munere dirimere pariter, atque decidere cupientes, de Vene- ,,
rabilium Fratrum noſtrorum ejuſdem S. R. E. Cardinalium ,,
ſacris Ritibus Præpoſitorum, qui rem maturè perpenderunt, ,,
conſilio, declarationem à memorato Alexandro prædeceſſore, ,,
ſicut præmittitur, editam, ad Altaria, ut præfertur, non in ,,
perpetuum, ſed ad ſeptemnium, ſeu aliud breviùs, vel lon- ,,
giùs tempus, ac non omnibus, ſed aliquo, vel aliquibus tan- ,,
tum hebdomadæ diebus, nunc & in futurum quandocumque ,,
privilegiata, auctoritate Apoſtolicà tenore præſentium ex- 12
tendimus. Et proinde, ut Miſſæ, quæ ibidem de feſto curren- ,,
ti, in quo Miſſæ Defunctorum celebrari non poſſint, ſive ex ,,
obligatione, ſive ex ſola fidelium devotione celebrabuntur, ,,
ſuffragentur, itaut animæ Chriſti fidelium, pro quibus cele- ,,
bratæ fuerint, Indulgentias per privilegia hujuſmodi conceſ- ,,
ſas, conſequantur in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi Miſ- ,,
ſæ Defunctorum ad formam eorumdem privilegiorum cele- ,,
bratæ fuiſſent, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, ,,
& indulgemus. Decernentes eaſdem præſentes litteras ſem- ,,

per

„ per firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque ple-
„ narios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, non obſtanti-
„ bus &c. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo
„ Piſcatoris die 23. Septembris M. DC. LXIX. Pontificatus No-
„ ſtri Anno Tertio.

43 Deinde Innoc. XI. confirmavit Decretum S.C. Rituum editum ſuper intelligentia declarationum Alexan. & Clement., quoad alios quoque dies, in quibus juxta Rubricas Miſſæ Defunctorum celebrari non poſſunt; ut infra.

„ Alias poſtquam Fel. rec. Alexander Papa VII. Prædeceſſor
„ noſter per quaſdam ſuas in ſimili forma Brevis die 22. Janua-
„ rii 1667. expeditas literas, dubia, in diverſis mundi partibus,
„ occaſione Decreti Congr., tunc exiſtentium S. R. E. Cardinal.,
„ ſacris Ritibus præpoſitorum, die 5. Auguſti 1662. emanati,
„ & ab ipſo Alexandro Prædeceſſore approbati, de non cele-
„ brandis Miſſis Defunctorum in feſtis ritus duplicis, exorta, di-
„ rimere cupiens, inter cætera, quoad Altaria privilegio Apoſto-
„ lico pro animabus fidelium Defunctorum in perpetuum de-
„ corata, & in quibus proinde quotidie, etiam in feſtis ritus du-
„ plicis, celebrandæ fuiſſent Miſſæ Defunctorum ex obligatio-
„ ne, declaraverat per celebrationem Miſſarum de feſto cur-
„ renti ſatisfieri injunctis obligationibus, & Indulgentias per
„ ejuſmodi privilegia Apoſtolica conceſſas, animabus fidelium
„ Defunctorum in Purgatorio exiſtentibus ſuffragari, perinde,
„ ac ſi celebratæ fuiſſent Miſſæ Defunctorum ad formam dicto-
„ rum Privilegiorum: rec. mem. Clemens Papa IX. pariter Præ-
„ deceſſor noſter, aliam ſubinde ortam dubitationem, utrum ſci-
„ licet dictarum Alexandri Prædeceſſoris literarum diſpoſitio,
„ quoad Altaria pariter quidem privilegiata, ſed non in perpe-
„ tuum, nec pro omnibus hebdomadæ diebus, & ad quæ Miſſę
„ non ex obligatione, ſed ex ſola fidelium devotione celebraren-
„ tur, locum haberet, ſimiliter tollere deſiderans, declarationem
„ à memorato Alexan. Prædeceſſore, ſicut præmittitur, editam, ad
„ Altaria, ut præfertur, non in perpetuum, ſed ad ſeptemniū, ſeù
„ aliud breviùs, vel longius tempus, ac non in omnibus, ſed ali-
„ quo, vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus, tunc & in futu-
rum

Digitized by Google

rum quandocumque privilegiata, authoritate Apoſtolica exten- „
dit, & proinde ut Miſſæ, quæ ibidem de feſto currrenti, in quo „
Miſſæ Defunctorum, celebrari non poſſent, ſive ex obligatio- „
ne, ſive ex ſola fidelium devotione celebrandę eſſent, ſuffra- „
gentur, ita ùt animæ Chriſti Fidelium, pro quibus celebra- „
rentur, Indulgentias per privilegia hujuſmodi conceſſas con- „
ſequerentur, in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi Miſſæ „
Defunctorum ad formam eorundem privilegiorun cele- „
bratæ fuiſſent, eadem auctoritate conceſſit, & induſſit, & „
aliàs prout in ipſius Clementis Prædeceſſoris literis, etiam in „
forma Brevis die 23. Septembris 1669. deſuper expeditis, qua- „
rum, & præfatarum Alexandri Prædeceſſoris literarum teno- „
res præſentibus, pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis „
haberi volumus, uberius continetur. Cum autem poſtmo- „
dum, ſicut accepimus, novum circa præmiſſa excitatum fue- „
rit dubium, videlicet, an ſupradictæ Alexandri, & Clementis „
Prædeceſſorum declarationes, ſibi pariter locum vindicarent, „
etiam in diebus Dominicis, infra Octavas Paſchatis Reſur- „
rectionis, Pentecoſtes, & Coporis Chriſti, aliiſque diebus, „
quibus, licet à feſto duplici non impediantur, adhuc tamen „
Miſſæ Defunctorum juxta ritum, & morem Eccleſiæ celebra- „
ri nequeunt, quatenùs nimirum, Miſſæ, quas iiſdem diebus „
celebrare licet, ſervata cæteroque dictorum Privilegiorum „
forma, ad præfata Altaria privilegiata celebrarentur. Noſque „
dubium hujuſmodi Congreg. Ver. Fratrum noſtrorum S. R. „
E. Cardinal: Sacris Ritibus Præpoſitorum, examinandum „
commiſerimus, ac eadem Cardinalium Congregatio prema- „
ture diſcuſſa, nuper per ſuum Decretum die 3. Aprilis proxi- „
me preteriti editum, præfatas Alexandri, & Clementis Præ- „
deceſſorum declarationes intelligendas eſſe pro omnibus die- „
bus, quibus juxta Rubricas Miſſæ Defunctorum celebrari non „
poſſunt, reſponderit. Hinc eſt, quod nos ex commiſſæ No- „
bis cælitus diſpenſationis munere fidelium Defunctorum Ani- „
marum in Purgatorio exiſtentium ſuffragiis per amplius con- „
ſulere cupientes, Decretum hujuſmodi à memorata Cardina- „
lium Congregatione editum, ut præfertur, Apoſtolica autho- „

„ ritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, il-
„ lique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus. Sa-
„ lua tamen ſemper in præmiſſis auctoritate ſupradictæ Con-
„ gregationis Cardinalium. Decernentes eaſdem præſentes lite-
„ ras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque
„ plenarios, & integros effectus ſortiri, ac obtinere. Dat. Ro-
„ mæ apud Sanct. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris
„ die 4. Maii Mileſimo Sexcenteſimo Octuageſimo Octavo. Pon-
„ tificatus noſtri Anno Duodecimo. I. F. Albanus.

Sub clauſula illa, (quæ Indulgentiarum brevibus ſolet
14 apponi) *volumus autem, ut ſi alias Chriſti Fidelibus dictam Eccleſiam viſitantibus aliqua alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus non dum elapſum, duratura, conceſſa fuerit, præſentes literæ nullæ ſint*: non continentur Altaria privilegiata, prout ſequitur.

„ Cum à Sac. Congr. Indulgentiis, ſacriſque Reliquiis præ-
„ poſita, Cameracenſis Archiepiſcopus quæſiviſſet, quævis, &
„ ſententia Clauſulæ, (quæ hodie Brevibus Indulgentiarum ap-
„ poni ſolet) volumus autem, ut ſi alias Chriſti Fidelibus di-
„ ctam Eccleſiam, qualibet anni die, viſitantibus aliqua alia In-
„ dulgentia perpetua, vel ad tempus, non dum elapſum, dura-
„ tura, conceſſa fuerit, præſentes literæ nullæ ſint; Sac. Congr.
„ re diligentius examinata, Clauſulam ſic explicandam cenſuit,
„ ſi videbitur, Sanctiſſ. D. Noſtro. Ea minime contineri Alta-
„ ria privilegiata pro defunctis, neque Indulgentias, aut certo
„ perſonarum generi conceſſas, aut Confraternitati, Regulari-
„ bus, & Capitulo, aut certum Pium opus in ipſa Eccleſia pera-
„ gentibus, ut Litanias, aliasve hujuſmodi præces, recitantibus,
„ ac iis, qui Chriſtiana Doctrina erudiuntur, vel alios erudiunt,
„ & qui Sanctiſſ. Euchariſtiæ Sacramenti expoſitione cum oratio-
„ ne quadraginta horarum interſunt, neque ſtationum Urbis,
„ & ſeptem Altarium Indulgentias, inſtar ſeptem Altarium Ba-
„ ſilicæ Vaticanæ conceſſas, neque demum, quę pro unica vice
„ conceduntur. Cęterum, ſi alia indulgentia, ſive plenaria, ſi-
„ ve non plenaria, in perpetuum, vel ad tempus, tum ab eo-
„ dem, tum ab Alio Romano Pontifice, generatim Chriſti fideli-

bus

bus Eccleſiam, vel aliquod ejus Altare, ſeu Capellam, viſitan- „
tibus eodem anni die, vel diverſo, conceſſa fuerit, de qua „
non fiat in literis Apoſtolicis mentio, has literas, ob adjectam „
Clauſulam, eſſe prorſus irritas, ac nullas. Datum die 23. Ju- „
nii 1676. „

De his autem facta relatione, ad Sanctiſſ. D. N. die 16. „
Martii 1677. ſententiam Congregationis approbavit. Card. „
Maximus. Michael Angelus Riccus Secr. „

Altaria privilegiata non ſuſpenduntur per ſuſpenſionem generalem Indulgentiarum, quæ fit in Anno Jubilei, ut 15
dixit Lezana *v. Altare n.* 19. *apud Lant. ver. Altare num.* 6. & colligitur ex Layman *Theol. Moral. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 8. *n.* 4. *Quilici. Confeſſ. manuduct. quæ.* 5. *art.* 4. *num.* 29. ſcribentibus quod anno Jubilei nulla omnino fieri ſolet ſuſpenſio Indulgentiarum pro defunctis per modum ſuffragii à Sede Apoſtolica conceſſarum.

CAPUT VII.

Officialis quoad Apoſtatas.

SUMMARIUM.

1 *Apoſtata à Fugitivo diſtinguitur.*

2 *Regulares ad aliquod genus clauſuræ tenentur.*

3 *Cenſetur Apoſtata, qui ſine licentia vagatur.*

4 *Licentia triplex* expreſſa tacita, & præſumpta.

5 *Non ſemper Licentia præſumitur.*

6 *Diſtantia à Conventu concludit Apoſtaſiam, ſi ſit mortifera.*

7 *Judicium diſtantiæ quibus relinquatur?*

8 *An exiſtens in horto dicatur moraliter manere in Conventu?*

9 *Nomine Monaſterii in odioſis non venit Eccleſia.*

10 *Quid Monaſterium exprimat!*

11 *Superiores clauſuræ terminos figunt.*

12 *Non eſt Apoſtata recurrens legitime ad Superiorem.*

Digitized by Google

13 *Appellatio eſt induƈta in præſidium innocentiæ.*
14 *Defenſio eſt de Jure naturæ.*
15 *Jus naturæ ſæpè diſpenſat.*
16 *Exponitur mens Tridentini* in ſeſſ. 25. de Regul. cap. 4.
17 *Quid ſit prætextus!*
18 *An gravatus debeat expeƈtare ſententiam?*
19 *Sententia alia definitiva, alia interlocutoria.*
20 *Quinam aƈtus ſint irretraƈtabiles?*
21 *Gravamen irreparabile unde diƈtum?*
22 *Quando appellatio liget manus Judicis!*
23 *Quando gravamen poteſt reparari, eſt expeƈtanda definitiva.*
24 *Apoſtoli ſunt literæ teſtimoniales.*
25 *Nemo tenetur ſibi majus malum procurare.*
26 *Poteſt appellari per ediƈtum.*
27 *Sępè faƈto appellatur.*
28 *Quid ſit temerè habitum dimittere.* & num. 46.
29 *Diƈtum Ameni, & Peyrini abſolute non ſubſiſtit.*
30 *Eſt ſubditus inſtruendus.*
31 *Obedientiales dantur in ſcriptis:*
32 *In recurſu gradatim proceditur.*
33 *Gravatus à Guard. non poteſt appellare ad Conſervatorem.*
34 *Superiores habent in ſuos plenam juriſdiƈtionem.*
35 *An Tribunal Epiſcopi dici poſſit ſeculare?*
36 *Apoſtata ſtatim eſt excommunicatus.*
37 *Excommunicatio ſimpliciter lata eſt major.*
38 *Excommunicatio major fertur pro mortali.*
39 *Recipiens Ordinem in Apoſtaſia ſuſpenditur.*
40 *Suſpenſus, celebrans fit irregularis.*
41 *An poſſit Superior ſuper eo diſpenſare?*
42 *Apoſtaſiæ gradus numerantur.*
43 *Leviſſima Apoſtaſia excommunicationem concludit.*
44 *Parvitas materiæ non imputatur ad grave deliƈtum.*
45 *An ſemper ſit Apoſtata dimittens habitum?*
46 *Ut cenſura incurratur, dimiſſio qualis eſſe debeat?*
47 *Differunt habitus dimiſſio, & ſpoliatio.*
48 *Habitus poteſt materialiter, & formaliter dimitti.*
49 *Ignorantia excuſat à cenſura.*

50 *Igno*

50 *Ignorans legem non agit temere contra eam.*
51 *An Religioſus poſſit manere extrà Clauſtra.*
52 *Apoſtatæ, & Fugitivi à ſuperioribus perquiruntur.*
53 *Ordinarii poſſunt Apoſtatas incarcerare.*
54 *Superioribus Regularibus debent conſignari.*
55 *Quæ Apoſtata acquirit, ſpectant ad Religionem.*
56 *Limitatur in Fratre Min. de Obſer.*
57 *Quando pertineant ad Cameram Apoſtolicam?*
58 *Diſtinctio ſuper ſolutione debiti contracti ab Apoſtata.*

NOn loquimur de Apoſtaſia perfidiæ, qua per infidelitatem fides relinquitur; Nec inobedientiæ, præceptorum tranſgreſſionibus adnexa; de quibus optimè Gloſſ. *ad cap. præterea de Apoſtatis, & Reiter. baptiſ. lib. 5. tit. 9. verb. Apoſtaſia*, & Summiſtæ communiter; Sed de Apoſtaſia à Religione, quam DD. deſcribunt, *quod ſit Receſſus à Religione, habi-* 1
tu dimiſſo, vel retento, animo, & intentione non amplius revertendi ad obedientiam Superioris. Apud quos receſſus, eo animo qualificatus, Apoſtatam in ſenſu proprio conſtituit, & eum diſtingui probant à pure Vago, & Fugitivo, qui ſpontè, & abſque Superioris Licentia à Monaſterio diſcedit, ut ad tempus liberè vagetur.

Id in Regulari operatur profeſſio expreſsè, vel tacitè emiſſa, ut ad aliquod genus Clauſuræ teneatur, textus expreſ- 2
ſus cap. *Monachi de ſtat. Monach. lib. 3. tit. 35.* extra quam ſine Superioris Licentia nulli egredi licet, arg. ex damnata propoſitione Uvicleffi in Concilio Conſtant. apud *Bail Sum. Conc. tom. pr.* hujus tenoris, *Ingredientes Religionem ſunt inhabiles ad obſervandum divina præcepta, & per conſequens ad perveniendum ad Regnum Cælorum, niſi apoſtataverint ab eiſdem.* Et ex verbis decreti Clement. VIII. *de reſervatione caſuum pro Regularibus*, in quo caſus reſervabilis eſt: *Apoſtaſia à Religione, ſive babitu dimiſſo, ſive retento, quando eo pervenerit, ut extra ſepta Monaſterii, ſeu Conventus egreſſio fiat; & nocturna, ſeu furtiva è Monaſterio, ſeu Conventus egreſſio, etiam non animo apoſtatandi facta*; id eſt, non conjuncta cum voluntate perdurandi extra obedientiam Prælati. Quæ

Digitized by Google

Quæ licet ad veram Apoſtaſiam videatur neceſſaria, in praxi pro Regularibus non cenſetur in caſu, ſiquidem communitèr præſumuntur veri Apoſtatæ, qui per aliquod tem-
3 pus extra Clauſtra abſque Superiorum licentia, habitu etiam retento, & cum animo revertendi ad Religionem, vagantur, quamvis propriè eſſent vocandi Fugitivi: vt notavit Ameno *de deliĉtis tit.2. §.1. Apoſtaſia num.9.*, & refert Sanĉtor. *com.in ſtat. S.Franc. cap.2. ſtat.61.* id eſſe definitum per Statuta Papalia Julii II. *cap.7. par.31.* ut ſequitur: *Intelligimus autem Apoſtatam omnem, qui ſine licentia, vel contra obedientiam ſuorum Prælatorum per terras, loca, ſeù patrias cum habitu, vel ſine, cum Socio, vel ſine illo, iverit, atque quomodolibet diſcedentem.* Stat. Sambuc. Min. *de Obſer. cap.2. §.8. de Apoſtatis*, quomodocumque fugitivos è Clauſtris, Apoſtatas nominant, & uti tales puniri præſcribunt; Ubi videndi caſus, & gradus apoſtaſiæ cum ſuis pœnis proportionatis, dequibus poſtea.

Licentia debet eſſe, vel expreſſa, vel tacita, aut præſumpta. *Expreſſa* obtinetur verbo, voce, vel ſcripto; *Tacita*, eſt,
4 quando Superior Subdito eam petenti nil reſpondet, nec prohibet, licet poſt petitam licentiam exire videat; tacendo enim cenſetur conſentire, *cap.nonne* juncta Gloſs. *in Verb. tacendo de præſumptionibus lib. 2. tit. 23. Præſumpta* (quæ ab aliquibus apud Peyrin. *de Subdito qu.2. cap.2. §.3. not.1.*, dicitur interpretativa) eſt illa, quæ nec expreſsè verbo, ſeù voce, nec tacitè habetur: præſumitur tamen, quod concederetur, ſi peteretur; quæ à tacita diſtinguitur, ex hoc, quod tacita ſupponat Prælatum præſentem, & conſentientem; præſumpta verò abſentiam ejuſdem, vel quod de facili præſens non poſſit haberi.

Ut legitimè poſſit Subditus uti licentia præſumpta, ei aſſiſtere debet neceſſitas; & ad exemplum ſit: *Infirmatur quis, V.G. ad mortem, petit Confeſſarium: alius non adeſt, quam Regularis potens Sacramentum miniſtrare; non adeſt tempus adeundi Superiorem ad petendam licentiam, aliàs infirmus moritur inconfeſſus. Latro furatur in Sacriſtia calicem, illicò fugit; niſi Sacriſta extra Conventum, non expeĉtata Superioris licentia,*

fugien-

fugientem perſequatur, *amiſſio eſt certa*; in his, & ſimilibus caſibus præſumitur, quod Superior licentiam concedat, & ad ſubveniendum ſaluti proximi, & ad reparandum damnum Conventus.

Verum pro praxi advertendum, quod nunquam excuſatur Subditus ab apoſtaſia, nec licentia præſumi prudentèr poteſt, niſi neceſſitas ſit urgens, ut cum, tempus adeundi Superiorem non ſuppetat, vel, cum adhibita à Subdito diligentia, non invenitur. In iſtis circumſtantiis licentia preſumpta ſuffragatur, & legitimitatem egreſſus juſtificat; ſecùs dicendum ſi Superioris præſentia poſſet de facili haberi, quia tunc præſumeretur potius dolus in Subdito, & quod ex propoſito, vel diligentiam omitteret, vel ad Superiorem non accederet; quod fortiùs procedit in caſu, quo data opera, differret petitionem licentiæ ad tempus, quo, ſciret Prælatum abſentem neceſſariò eſſe debere, aut non poſſe de facili inveniri. 5

Non poteſt Apoſtata pronunciari, & pœnis Apoſtatarum puniri, niſi exiens extra januam Conventus abſque licentia, per tantum ſpatii elongetur ab ipſo, quod ſibi poſſit rationabiliter ad culpam mortalem imputari; ut notavit Peyrinus *cit. qu.*1.*cap.*26.*verſ.ex quibus*, & Sanctor. *alleg.* Unde diſtantia per aliquot paſſus, quæ non ſit mortifera, ad id non ſufficit; Major enim excommunicatio, qua per DD. ligantur Apoſtatæ, non niſi ob culpam mortalem incurritur *cap. Nemo Epiſcoporum ii qu.*3., à qua, ſicut in pluribus aliis materiis, parvitas materiæ in caſu excuſat. 6

Judicium diſtantiæ concludentis culpam mortalem relinquitur Prudentis arbitrio, diſpoſitioni Legum Municipalium, & locorum conſuetudini, juxta quam variatur; Ameno *de delictis tit.*2. §.1. *Apoſtaſia num.*19. abſolutè mortaliter peccatur, ſi tranſgreſſio obedientiæ ſit gravis; ſi interveniat dolus, & fraus, & non habeatur licentia tacita, præſumpta, ſive interpretativa, vel non adſit neceſſitas locum dans Epicheiæ. 7

Nec ille, qui, facto præcepto à Superiore, ne quis ſub apoſtaliæ pœna ſine ejus licentia extra Conventum vadat, hortum, pratum, vel ſylvam ingreditur, licet puniendus ſit pœ- 8

nis

nis inobedientium; ſicut iiſdem corripiendus eſt Religioſus cellam alterius ingrediens, dum id Superior inhibuit, modo præfata ſpectent ad clauſuram Conventus, vel intra ſepta Monaſterii contineantur; quia in caſu exiſtens in horto, diceretur moralitèr manere in Conventu, & non extra ſepta Monaſterii; quod per DD., & ex Decreto Clementis ſuperiùs allegato exigit Apoſtaſia.

Nec eſt vis conſtituenda in vocabulo Conventus; quia licet iſte in ſenſu ſtricto reſtringi poſſit ad ſignificandum ſpatium contentum à parietibus domus, vel ædificii, in caſu non ità materialitèr accipitur; aliàs deberet de Religioſo è clauſtro abſque licentia ingrediente Eccleſiam ejuſdem pronunciari, quod eſſet apoſtata, quia dici de eo non poſſet, quod, ut in Eccleſia, eſſet in ſpatio materiali, inter materiales parietes Conventus contento, ſed extra; Et eo fortiùs, quod Eccleſia, & Conventus diverſa ſignificata diverſis nominibus exprimunt; & etiam quia, ut ex Graffio refert Donat. *prax. tom. 1. par. 2. tract. 3. qu. 1. num. 3.* nomine Monaſterii non venit ejus Eccle-
9 ſia (preſertim in odioſis) alioquin mulieribus, quibus eſt prohibitum ingredi Monaſteria Virorum, eſſet etiam interdictus ingreſſus ad eorum Eccleſias; & ex identitate rationis, Viri ad eas Monialium non poſſent accedere, quod eſt ſanè falſum, ſimul & ridiculum.

Ideo Conventus, vel Monaſterii ſepta debent in præſenti accipi formalitèr, ut ſignificent totum circuitum Monaſterii, comprehendendo in eo hortum, ſylvam, pratum, ex Peyrino *de Prælato qu. 3. cap. 2. §. 1. num. 39.*, & alia loca, illi annexa, quæ iiſdem muris, ſeù ſeptis cinguntur, apud Lezana *ſum. tom. 3.* verbo *Clauſura num. 3.*, & habetur *cap. exiit de verb. ſignif. lib. 5.*
10 *tit. 12. in 6. §. Denique, verſ. nos utique*; ubi Nicolaus III. declarans in terminis quid nomine Monaſterii intelligatur? ait; *Nomine Monaſterii volumus Clauſuram, domos, & officinas interiores intelligi*; & inter iſtas textus certè comprehendit hortum eodem muro Monaſterii cinctum; ad quem (ſicut ad alias officinas interiores) ſi ſit Monialium, Viris, & ſi Regularium, Mulieribus, non permittitur, imò ſub cenſuris prohibetur

ingreſ-

ingreſſus; & ex hoc ſatis concluditur eſſe intra clauſuram, & non extra Monaſterii ſepta.

Nec relevat,quod ad Superiores per Lezanā *cit.& Confeſt. ſum.privileg.Mend.par.2.tit.20.cap.8.*,uti ad Judices ordinarios, & Paſtores Religioſorum, pertineat de Clauſura providere, ejuſdemque ſtatuere, & deſignare terminos, extra quos non liceat Religioſis ſine licentia exire; nam in eo ex obſervatis à 11
præallegato Ameno *num.24.* debent Apoſtolicis Conſtitutionibus conformari,& juxta earū diſpoſitivas operari; Ideo cum Nicolaus hortum ad Clauſuram ſpectare ſtatuerit, ab ea non poteſt per Superiores excludi; nec declarari, quod pars ejuſdem non ſit; aliàs eorum declaratio efficere poſſet, ut licitè illum Mulieres ingredi valerent, & quod non eſſet locus, in quo confugientes gauderent immunitate; quod eſt falſum.

Ex quibus concluditur, quod de Religioſo contra mandatum Superioris ipſum ingrediente, licet ſit inobediens, non verificatur, quod ſit extra Clauſuram; imo potiùs optimè dicitur, quod ſit intra ſepta formalia Monaſterii, & ſic, quod non poſſit ullo modo, ut apoſtata, pronunciari, & ut talis puniri.

Neque Apoſtata pronunciari debet Religioſus, ſi injuſtè, & contra jus certò, & notabiliter gravatus à Superiore, recta via ad Generalem, aut alios, ad quos de jure, acceſſerit abſque licentia Superioris, ut in terminis firmant Peyrin. *de Subdito* 12
qu.1.cap.20., Lezanà *ſum.tom.1.c.5.16.num.8.*, Pignatellus *tom.10. conſ.cit.num.27.*, Ameno *cit.num.27.* alios plures allegans.

Ratio à Doctoribus datur, etenim appellatio ex Paſqualigo *ad Lauretum de Franchis par.1.num.1359.* eſt defenſio contra injuſtitiam, & præſidium innocentiæ; defenſio autem per 13
DD. eſt de jure naturæ; & ideo Regularibus licita, imo & ne- 14
ceſſaria, ut per Superiorem gravamen emendetur. Nimis enim durum foret, quod ex proprio ſtatu Regulares eſſent deterioris conditionis, quam cæteri homines, qui ab injuſtis gravaminibus poſſunt appellare, & ad Supremos Judices recurrere *cap.Suggeſtum*, *cap.Paſtoralis officii de appellationibus lib.2.*

 tit.23.

*tit.*28. ; Et quia lex præſcribens, ne Religioſus exeat è Clauſtris
ſine Superioris licentia, eſt humana, nec legi naturali, de ſe
defendendo ab injuſtè gravante, & iniquo oppreſſore, præva-
let, ſequitur optimè, quod in caſu, & ad hunc effectum, poſ-
ſit ſine illa ad alium Superiorem recurrere; in caſu enim tantę
neceſſitatis, vel jus naturæ diſpenſat, ut ſine illa vadat, vel
15 præſumitur licentia Superioris *ad quem*; ut notavit Lezana.

Nec obſtat, quod Trid.*ſeſſ.*25. *de Regul. cap.*4. ſtatuat: *nec
liceat Regularibus à ſuis Conventibus recedere, etiam prætextu*
16 *ad Superiores ſuos accedendi, niſi ab eiſdem miſſi, aut vocati fue-
rint*; nam credendum non eſt ex Pignatello, Concilium vo-
luiſſe derogare juri naturali: ipſumque per Lezana, loqui de
Religioſis à Superiore injuſtè, & contra jus gravatis; ſed de il-
17 lis, qui ſine vera cauſa recurrunt, quod illa dictio *prætextu* ſi-
gnificat; prætextus enim eſt color quæſitus, & non vera cauſa;
prohibetur ergo à Concilio receſſus, & recurſus ex cauſa co-
lorata, levi, ficta, non verò ex cauſa reali, & in caſu realis gra-
vaminis præſentis, ſive imminentis, ut poſt Quaranta *ſum.
Bullar. verſ. Archiepiſcopi auctoritas ſub lit.L. v.concluſionem*,
optimè ſcripſit Ameno *num.*31.

Et ſi quæratur, an gravatus debeat expectare ſententiam,
18 & ab ipſa appellare? Reſponſioni præmittimus: *Primò*, quod
19 alia eſt ſententia *definitiva*, alia *interlocutoria*: *definitiva* eſt
illa, quæ decidit negocium principale in judicium deductum:
vel, qua Judex cauſam principalem definit, & toti controverſiæ
finem imponit: *Interlocutoria* verò eſt, quæ non de ſumma con-
troverſia, ſed de rebus ad eam definiendam pertinentibus pro-
nunciat: ut de cognitione differenda; de teſtibus producendis:
de tortura, & ſimilibus: ut tradunt Piaſec. *prax.Epiſc.par.*2.*c.*4.
*art.*15.*num.*13., & Engel.*Colleg.Univer.Juris Canon.lib.*2.*tit.*27.
§.1. *num.*3., & Jo.Calvinus Lexicon Juridicum *lit.S.*

Secundò, quod gravamen irreparabile dicitur quilibet
20 actus irretractabilis; qui .ſ. in inſtanti, quo ponitur, ſuum ſorti-
tur effectum, & annexum habet factum, quod infectum eſſe
non poteſt, ut ait Quaranta *cit. verſ. in quibus, ubi ſup.* hujuſ-
modi ſunt actualis excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum,

quæ

quæ alleg.*cap.Paſtoralis* §.*Verum*,ſecum trahunt executionem; item tortura, & carcer ex Piaſeco *cit.*, & Cabaſſut. *prax.Juris Canon.lib.4.cap.12.num.* 20. quo ad carceratiouem habetur declaratio S.C.C. apud Piaſecum *cit.*ex Quaranta loco adducto hujus tenoris.

An, quod Decreto S.C.Trident.*ſeſs.13.cap.1.de refor.*, & alio *ſeſs.24.cap.20. de refor. dicitur de gravamine, quod per appellationem à definitiva reparari non poteſt, intelligi poſſit, & debeat de gravamine indebitæ carcerationis?*

Sanctiſs.D.N. audita *relatione S.C.Concilii declaravit ità eſſe intelligendum; & ideo ab bujuſmodi gravamine appellari poſſe, & Ordinarium, vel Judicem teneri buic appellationi deferre, & teneri proceſſum transferre ad Judicem appellationis.*

Et dicitur irreparabile, quatenus licet ſententia definitiva, lata ab Judice appellationis,poſſit liberare ab excommunica- 21
tione, V.G. & carcere, efficere tamen non poteſt, quin gravatus illa mala ſuſtinuerit actu, nec eum ad primævum indemnitatis ſtatum reſtituere.

Tertiò, quod licet olim de jure canonico à qualibet interlocutoria, & quovis gravamine appellare licuerit *cap.de appellationibus cit.tit.* id hodie fuit correctum per Trident.*ſeſs.* 13. *cap.alleg.* his verbis: *ante definitivam ſententiam ab interlocu-*
toria, vel alio quocumque gravamine non appelletur: Nec Epiſ- 22
copus, aut Judex, ſeù Vicarius appellationi buiuſmodi tamquam frivolæ deferre non teneatur; & inferiùs, *niſi gravamen bujuſmodi per definitivam ſententiam reparari, vel ab ipſa definitiva appellari non poſſit.* Et notavit præalleg. Quaranta *v. in quibus caſibus*, quod à decreto de torquendo admittitur appellatio, & tortura ſuſpenditur, etiam antequam per Judicem *ad quem* inhibeatur; nam licet regularitèr appellatio ab interlocutoria non liget manus Judicis *à quo*, antequam inhibeatur, ut in *cap. non ſolum de appellationibus 16.lib.2.tit.15.* limitatur non procedere in ea interlocutoria, quæ infert gravamen irreparabile; nec in ea per Engel. *ex Barboſa in Collect.DD.ad d. cap.20.Trid.num.37.*, & Quaranta *loco alleg.* dum, tametſi gravamen ſit reparabile, non eſt tamen reparabile ex toto, vel

nonniſi cum magna difficultate, aut præjudicio partis.

Ex quibus poteſt quæſito reſponderi; vel Subditus gravatur à Superiore per interlocutoriam tali gravamine, quod per appellationem à *definitiva* reparari non poſſit, ut ſi decernat reum eſſe torquendum, aut incarcerandum, ſententiam definitivam expectare non debet, ſed appellationem ab interlocutoria torturæ, & carcerationis interponere. Vel ſic gravatur, ut gravamen illatum poſſit per definitivam reparari, V.G. producit teſtem ad ſui defenſionem, Judex eum examinare reiicit, etiam ſi nullam excluſionis rationem afferat, licet ſu-
23 per hoc ſe ſentiat nimis gravatum, expectanda nihilominus eſt definitiva, quia per appellationem ab ea, poteſt gravamen, & damnum reparari, Peyrin., & Engel. *loco cit.* aliàs ſi ante unam, vel alteram ſententiam diſceſſerit, temerè, leviterque judicabitur recurrere, & ſic erit, ut Apoſtata, puniendus, & ad Superiorem proceſſantem remittendus.

Sed quid ſi Superior appellationi non deferat, vel eam non admittat, prout de jure deberet? dicendum appellantem debere ab iis, coram quibus appellavit, petere Apoſtolos teſtimo-
24 niales, literas nimirum teſtificantes de interpoſita appellatione, quas illi concedere tenentur, quia indebitè gravato, officium charitatis expoſtulat, ut omnes ſuccurrant, juxta Conſt. *ad Romanum ſpectat*: Sixti V. §.20. *Bull. Cherub. tom.2.*

Nec tenebitur ab eodem in caſu petere licentiam adeundi Superiores, etenim id ei inutile eſſet; nam certè, & à fortiori, cum ſit ſibi liberum eam concedere, denegabit, ſicut appellationem non admittit, quod ſecundum jura deberet.

Et id etiam procedit, ſi petendo licentiam aliquod majus gravamen certò timeret, nam tunc poſſet, ea etiam non petita ex Navarro apud Peyrin. *verb. Addunt*, Superiorem adire, quia
25 nemo tenetur ſibi majus malum procurare.

Tradit Ameno *num.*30. quod ſi Subdito non eſſet tutum, aut ex metu reverentiali, non auderet appellare coram Præla-
26 to, & teſtibus, poſſet appellare per edictum: deberet tamen de tali appellatione à notorio, & manifeſto gravamine, ſecum habere teſtimoniales, aliàs ſibi non crederetur à Superiore,

ad

ad quem recurreret, & ut verus Apoſtata haberetur.

Si tamen propter ignorantiam, nec per edictum appellaret, nec coram teſtibus, aut quia certò ſciret, quod ſi Superiori gravanti aliquo modo innoteſceret ſe velle appellare, aut ad Superiorem majorem recurrere, ſtatim incarceraretur, vel, niſi feſtinantèr, & occultè diſcederet, adderentur gravaminibus gravamina; adhùc poſſet, nulla facta appellatione, & licentia petita, Superiorem adire, quia in caſu, licet non verbo, 27
facto diceretur appellare, quod plus eſt, *cap. Dilecti filii: il ſecondo de appellationibus*; & aditio ad Superiorem ſuppleret neceſſitatem appellationis, quæ in dato caſu rationabiliter poſſet omitti.

Quod ità verum cenſet Peyrinus *cit.* ex Portello *in addit. ad dub. regul. v. habitus num.* 3., & Diana *tom.* 3. *tract.* 2, *reſol.* 115. ut affirmet poſſe Subditum abſque ſcrupulo habitum dimittere, & ſic incognitum iter ſuum directè ad Superiorem proſequi, dummodò timeat, quod in itinere capiatur, & reducatur per vim ad manus Superioris gravantis; quod Canones non improbant, cum damnent dimiſſionem habitus factam temerè, hoc eſt ſine cauſa, ut habet Gloſs. *ad cap. ut periculoſa ne* 28
Clerici, vel Monachi, in 6. *lib.* 3. *tit.* 24. *in ver. temerè*: ubi *ex cauſa licet habitum transformare ſi juſta ſit*, puta *timor*; & Gloſs. *ad cap. Clerici arma, de vita, & honeſtæt. Clericorum lib.* 3. *tit.* 1. concedit Clericis poſſe arma portare ad terrorem latronum, dum per loca periculoſa tranſeunt.

Cæterum, quamvis adducta ab Ameno, & Peyrino *n.* 27. *&* 28. veritatem retinere poſſint, quo ad forum internum, & pro eo probarent exemptionem à pœnis Apoſtatis taxatis; cen- 29
ſerem tamen non eſſe ad praxim deducenda, nec pro foro externo ab iiſdem immunitatem concludere, vel efficere, quin deberet recurrens pro eo foro, ut Apoſtata tractari; & quatenus contradiceret, ſibi onus probādi oppoſitum incumberet, at nullam ſuper injuſtitia, veritate, & gravitate gravaminis poſſet liquidam probationem afferre, adeoq; nec Judex moveri ad pronunciandum in judicio ſuper legitimitate recurſus; nam, ut ſupponitur, nec haberet teſtimonium appellationis, nec de noto-

Digitized by Google

notorietate exiſtentis, aut certò moralitèr imminentis gravaminis evidentèr conſtaret; imo quolibet juris fulcimento privatus recurreret, quod poteſt colligi ex Roderico *reſol.*11. *de Apoſtat.num.*27.; Et ſic adeſſet locus præſumendi in Subdito dolum; & ſi allegaret ſe ex ignorantia ea omiſiſſe, & credidiſſe ſibi licere ad majorem Superiorem, ex quavis cauſa fugere ſine licentia, deberet Judex examinare, & cognoſcere, an ex vera ignorantia, & credulitate (quod in Sacerdote literato præſumendum non eſt) an potius ex dolo palliato id egerit; & juxta probata punire Ameno *num.*107.

Unde in praxi inſtruendus eſt Subditus, quod injuſtè,
30 V.G. à Provinciali gravatus, cui, nec locus appellandi datur, eſtque ad illati gravaminis obtinendum teſtimonium ex timore majoris impotens, & mora in ejuſdem Provincia nociva, quod debeat (quando ad exercitium virtutis ſuſtinere nolit) viciniorem alterius Provinciæ Conventum adire, & ex eo per edictum coram teſtibus ab illato gravamine appellare, & Provinciali traſmittere, ac injuſtitiam gravaminis ſignificare Generali, juriſque remedia expoſcere, obedientiales petere, & cùm eis ad ipſum accedere, ut ſic recurſum juſtificet, & nulla pro foro, etiam externo, ſit Apoſtaſiæ umbra, & ſuſpicio fugæ, nec contra eum obtineant effectum diſpoſita à Tridentin. *ſeſs.*25. *de Regul. cap.*4. ſuper receſſu Regularium ſine obedientialibus à Conventibus, his verbis; *Qui vero ſine prædicto mandato in ſcriptis obtento repertus fuerit, ab Ordinariis locorum, tamquam deſertor ſui inſtituti puniatur*. Amplia, vel ſine au-
31 thentico appellationis, aut gravaminis teſtimonio, obedientialibus æquivalente.

In appellatione gradatim eſt procedendum, ut firmat Bo-
32 nifac.IX. *Conſt. Sac. Religionis*, Leo X. *Conſt. Romani Pontificis* apud Confect. *privil. Mendicant.*, & expreſsè S.C. Regularium, ut infrà diſponit: *Quoniam nonnulli Regulares vagandi ſtudio, ſive dum imminentem admiſſorum criminum pœnam ex ſuis Conſtitutionibus, aut aliàs debitam, ſibi metuunt falſa, & commentitia gravamina cauſari, non ad immediatè ſuis Ordinis Superiores, ſcilicet à gravamine Prioris ad Provincialem, à Provinciali*

ciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, prout cujuſque Religionis Conſtitutionibus diſponitur, ſed ad hanc Romanam Curiam abſque licentia ſæpius fugiunt, potius quam recurrant, ex quo Ordinum diſciplina relaxatur, Prælati contemnuntur, & ipſi in dies audaciores evadunt: placuit Sac. Regul. Congreg. ex ordine Sanctiſſimi ſtatuere, ut ſi quis Regularium impoſterum temerè, levive ex cauſa hanc Almam Urbem, ſive Curiam abſque ſui Seperioris licentia, & ſupradicta forma prætermiſſa adire præſumpſerit, ad ſuos eoſdem Superiores ſeveriori pœna plectendus remittatur. Frater Michael Bonellus Card. Alexandrinus. Romæ apud Impreſs. Cam. 1587. Quaranta *Sum. ver. Monaſt. & Convent.*

Dubitatur, an grauatus à Guardiano non habens copiam Provincialis, poſſit appellare, & recurrere ad Conſervatorem privilegiorum? & quatenus ad eum effectum à Conventu recedat, ſit pronunciandus Apoſtata? 33

Et ad primum ex allatis juribus reſponſio eſt negativa; nam cum in eis ordo ſervandus præſcribatur, ſemper tribunal, ſeu forum Conſervatoris omittitur. Ex quo legitimè infertur eos in facultatibus non habere, poſſe cognioſcere in cauſis Regularium eiuſdem Clauſtri.

Et magis patet ex diſpoſitiva Leonis *Conſt. alleg.* inhibentis ſub excommunicationis pęna Judicibus, etiam privilegiorum Conſervatoribus, ne quærelas fratrum contra fratres eiuſdem clauſtri ſuſciperent, vel de eis cognoſcerent.

Nec ex adverſo ſcribentes obſtare pretendant, quod Conſt. ſpecificè emanaverit pro FF. Ordinis Predicatorum; nam, cum ſit favor, & privilegium exemptionis ab jurisditione extra ordinem contineat, & agatur de jure Superiorum, quod habent in ſuos, & ſimilibus actibus lædatur, ad quemlibet alium, propter privilegiorum communicationis cum illo, ampliatur: qui poſſunt itidē frui alio à Nicol. V. *dato Cartuſienſibus ex Roderico apud* Sanctoro *Comment. in Stat. S. Franc. c.* 12. *ſtat.* 11. *ſub quæro quinto*, quo prohibetur, Regulares conveniri poſſe coram Conſervatoribus.

Et, utpotè exemptos, eſſe Regulares apud ſuos Prælatos con-

conveniendos tradit Rodrico *reſolut.*33.*num.*14., & 29. Miranda *Man. Prælat. tom.*2. *qu.* 47. *art.*10. Sanctoro *cit.* quibus in eos ex adnotatis à Donato *prax. regular. tom.*1. *par.*2. *tract.*17. *qu.*41. plena, libera, & immediata juriſdictio, quo ad ſpecificum
34 effectum, tum judicii, tum punitionis, excluſis Conſervatoribus, competit.

Quod facilè ex identitate rationis, & notæ exemptionis regularium poteſt deduci ex Conſt. *quoniam noſtro* Greg XIII. *apud* Confect. *alleg.* prohibetis ſub pœna excõmunicationis latæ ſententiæ S. Sedi reſervatæ, perpetuæ privationis vocis activæ, & paſſivæ, obtentorum officiorum, & inhabilitatis ad hæc, & alia, Fratribus, appellare, ſeù quoquomodo adire tribunalia ſecularia contra proprios Prælatos, aut per eos deputatos, & preſcribentis in caſu recepti gravaminis formulam recurſus ad Supremos Ordinis Superiores, vel Sedem Apoſtolicam.

Nec ex adjuncta clauſula *tribunalia ſecularia* vitium illationi impingatur, quaſi ex ea, ad laica dumtaxat, recurſus prohibitio ſit reſtricta; nam per tribunal ſeculare Pontifex quodcumque intelligit, quod non eſt, vel Superiorum Ordinis, vel Protectoris (licet quo ad hoc attendatur Conſt. Inn. XII. incipit *Chriſtifidelium* moderatoria facultatum Protectorum) vel Sedis Apoſtolicæ, & quodlibet in ea non permiſſum; Unde cum illud Conſervatoris neutrũ ſit ex eis, nec de eo poſſit abſo-
35 lutè proferri, quod ſit tribunal Regulare, vel Regularium (ſicut nec de illo Epiſcopi: de quo optimè affirmatur, quod ſit ſeculare, hoc eſt Clericorum ſecularium, ut tradit Ameno *de pœnis tit.*2.§.3. *V. Appellatio mala num.*34.) ſed mixtum, ex quo Conſervator procedere poſſit & contra Clericos ſeculares, & Laicos, ac etiam Regulares diverſi Ordinis, ſequitur, & illud ſub diſpoſitione prohibente comprehendi.

Et concluſivè procedendo preſumendum non eſt, eſſe, aut fuiſſe mẽtem Canonum, & Pontificum, qui Regularium Ordines privilegiis nominandi Conſervatores decorarunt, tollere à Prælatis Regularibus ordinariam in ſuos juriſdictionem, adeo ut volverint eos, maximè intra clauſtra degentes, non coram ſuis Superioribus conveniri, ſed coram ipſis Conſervatoribus;

à quo-

à quorum juriſdictione Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *de refor.* decrevit eſſe exemptos; quia ſic eorum notabililter læderetur exemptio, & vix tot eos eximentia decreta obtinerent effectum *Vide offic. quo ad conſer. & quo ad delicta.*

Et ſic ad ſecundum affirmativè.

Regulares Apoſtatæ è Clauſtro fugitvi, habitu dimiſſo, ſive retento, excommunicantur ipſo facto cap. *ut periculoſa ne* 36
Clerici vel Monachi in 6. ubi Gloſſ. in verb. *ipſo facto* notat id eſſe ſpeciale in Religioſo Apoſtata, quod ſtatim ſit excommunicatus; & juxta hæc limitantur diſpoſita per ſtat. *Frat. Min. de Obſer. cap.* 7. §. 6. *num.* 40. declarantia pœnas quaſcumque, & cenſuras per eorum leges inflictas cum calufulis ipſo facto, non incurri ſtatim, ſed poſt declaratoriam criminis, non procedere in excommunicatione, quam *cap.* 2. §. 8. *n.* 2. ferunt in omnes, & ſingulos ab Ordine Apoſtatas.

Et intelligitur de excommunicatione majori, utpote ſimpliciter lata textus expreſſus *cap. ſi quem de ſent. excom. lib.* 5. 37
tit. 39. ubi *ſi quem cum hac forma verborum illum excommunico, vel ſimili, à judice ſuo excommunicari contingat: dicendum eſt, eum non tantum minori, quæ à perceptione Sacramentorum, ſed etiam majori excommunicatione (quæ à communione fidelium ſèparat) eſſe ligatum*; quæ non fertur, niſi pro mortali *cap.* 38
nemo Epiſcoporum cauſa ii quæ. 3.

In qua ſuſcipiens Ordinem remanet ipſo facto ſuſpen- 39
ſus *cap. conſultationi de Apoſtatis, & reiteran. Baptiſma lib.* 5. *tit. x.*

Et, ſi durante ſuſpenſione celebret, vel alios Ordines exerceat, ſit irregularis *cap. cum æterni de ſent., & re jud. lib.* 40
2. *cap.* 14. *in* 6. & ibi Gloſſa *V. notâ quod, & cap. cum Medicinalis de ſent. excom. item in* 6.

Super quo, quamquam de jure communi, ut ex allato *cap. conſultationi, & cap. cum illorum*, liquet, non niſi à Romano 41
Pontifice diſpenſari poſſit; de jure tamen particulari per privilegia id cum ſuis ſubditis poſſunt omnes Prælati Regulares; ut pluribus cumulatis tradit Peyrin *quæ. pr. cit. cap.* 26. *verb. dixi*; Ameno *num.* 53. & habetur expreſsè in Mari magno

M Mi-

Minorum, ut infrà: *Generali, & Provincialibus Miniſtris dicti Ordinis* (loquitur Sixtus IV.) *pro tempore exiſtentibus, & illorum Vicariis diſpenſandi cum dicti Ordinis Minorum profeſſoribus defectum Natalium ex audulterio, Sacrilegio, inceſtu, aut quovis alio nefario, & illicito coitu provenientem patientibus: Nec non cum his, qui ex quavis cauſa, preterquam homicidii voluntarii, bigamiæ, & mutilationis membrorum irregulares forent, poſtquam Ordinem ipſum profeſſi fuerint, ut defectu, & irregularitate hujuſmodi non obſtantibus, irregulares ipſi ad quoſcumque, etiam Sacros Ordines promoveri, & in illis, etiam in Altaris Miniſterio miniſtrare, & tam ipſi irregulares, quam defectum Natalium patientes prædicti, ad quaſcumque adminiſtrationes, & officia dicti Ordinis eligi, recipi, & aſſumi, illaque gerere, & exercere liberè valeant, motu, ſcientia, & authoritatate prædictis concedimus per præſentes.* Unde Apoſtatas valent abſolvere à cenſuris, & ſuper irregularitate diſpenſare, eoſque habilitare, & executioni Ordinum, & officiorum ſuorum reſtituere.

Quoad pœnas alias Apoſtatis debitas, ſivè privationis ſuffragiorum, vocis activæ, & paſſivæ, carceris, aliaſque corporis afflictivas, flagellationis, jejunii &c. conſulere quiſque debet ſuæ Religionis conſtitutiones; in Ordine Mino-
42 rum de Obſerv. habet apoſtaſia gradus; adeo ut alia ſit *Levis, levior, & leviſſima*; *& alia gravis, gravior, & graviſſima,* ut eorum conſt. *cap. 2.* §. 8. *num. 4., 6., 7., 10. 11., & 15.* referunt; ubi optimè diſtinguuntur, & proportionatis pœnis puniuntur; & notandum quod vocabulorum diverſitas non operatur, quod ex illis quælibet excommunicationem pro foro interno non concludat; nam *n.* 2. omnes Apoſtatę excommunicant; ſed facit, ut pro foro fori, & externo diſpar ſit pœna carceris, vel alia ex adductis; & ſimul pro eo appareat, quod in hoc crimine ex extrinſecis circumſtantiis, diuturnitatis temporis, diſtantiæ, egreſſus, aliiſvè ibi videndis, creſcit gravitas pœnæ; & ideo ibi *leviſſima* apoſtaſia ſolum dicitur
43 talis reſpectivè ad alias inferentes majores, & graviores pœnas in foro externo, & contentioſo taxatas per ſtatuta, non vero

in

in ordine ad concludendam culpam mortalem, & excommu-
nicationem majorem.

Advertendum eſt ex Peyrino *de ſubdito qu.pr.c.26.cit.v.ex*
quibus ulterius: In praxi pronunciari non poſſe Apoſtatam, nec
pœnis Apoſtatarum ſubdi eum, qui ſine Licentia Prælati à Mo-
naſterio receſſit, receſſu non mortifero, ut ſi per aliquot paſ-
ſus ab eo elongatus, tres nimirum, aut quatuor, vel etiam
decem per Ameno *n.* 82., & ad modicum tempus (in contin-
gentia facti arbitrio judicis determinandum) & ſtatim re-
veritur; ex quo ob parvitatem materiæ, id non poſſit exe-
unti rationabiliter ad grave delictum imputari; & inobedien-
tia ex adnotatis à Sanctoro comen. *cit. cap.* 2. *ſtat.* 62. §. *ali-* 44
quis eſſet ſolum venialis.

An autem cenſendus ſit Apoſtata, vel fugitivus Religio-
ſus, qui obtentis literis obedientialibus accedendi ad locum à 45
Provincia diſtantem, in itinere habitum deponit, & in ve-
ſte ſeculari incedit.

Negativè reſpondetur: nam non eſt Apoſtata, quia ſuppo-
nitur non habere voluntatem ampliùs non redeundi ad clau-
ſtra ſub obedientia Superiorum: Nec Fugitivus, quia receſſit à
Conventu, & Provincia cum eorumdem licentia; ligatur
tamen excommunicatione allegat. *cap. ut periculoſa lata in*
Regulares, qui, ad finem liberius evagandi habitum temere,
hoc eſt, ſine rationabili cauſa, dimittunt.

Unde quia ad hujuſmodi cenſuram incurrendam exigi-
tur, ut dimiſſio habitus ſit temeraria, ut textus expreſſus ibi-
dem juncta Gloſſ. *in verb. temere*, hoc eſt, facta abſque juſta, 46
vel ſaltem probabiliter apparenti cauſa, ſequitur ea non liga-
ri, qui cauſam rationabilem dimittendi habet; & ſic apud
Ameno *n.* 26., & expreſſius apud Peyrin. *de ſubdito cap.* 26.
ſępiùs *cit.* §. *pr. per totum*, ea non innodatur, qui dimittit
cauſa mutationis, mundationis, reparationis, balneationis,
infirmitatis, tranſitus per loca Turcarum, & infidelium, ad
quietiùs dormiendum, & fugiendum calorem æſtivum, ad
modeſtam recreationem, etiam ſi ad modicum tempus, in
Conventu habitus hiſtrionum aſſumat; cum in his, & ſimili- 47

 bus

bus non habeatur propriè habitus dimiſſio, ſed ſpoliatio: quæ duo valdè differunt, ut ex Suarez *tom. 5. in tertiam partem diſput. 23. ſect. 4. n. 27.* obſervat. Peyrin *verb. neque incurrit.*

Et, nec eum cenſura ligari docet, qui habitum dimittit, ut cum fœmina rem turpem habeat, vel, ut aliquid liberiùs ſubripiat; licet peccet moraliter; ex eo, quod tunc dimittat, ut commodiùs fornicetur, vel liberiùs furetur, & non occaſione vagandi: quam decretalis ea diſpoſitione removere intendit: ſecus dicendum de eunte in habitu ſeculari ad lupanar.

Eam incurrit, qui habitum defert, ſed ita coopertum, ut cognoſci non poſſit, prout ſcribit Peyrinus *loco alleg.* plures cumulans, & facit Gloſſ. *in Clement. Quoniam de vit., & honeſt. Cleric. ver. extrinſece.* Ratio eſt, quia quamquam non
48 dimittat materialiter, dimittit formaliter; & geſtare illum coopertum alio habitu, perinde eſt ex Quaranta *Sum. Bull. verb. Apoſtata* ac illum non geſtare, & tam poteſt optimè eo modo liberè vagari, quam ſi nullo modo ferret, propterea Trident. *ſeſſ. 25.* de Regul. *cap. 19.* ſtatuit. *Nec detur licentia cuiquam Regulari occultè ferendi habitum ſuæ Religionis.*

Obſervat Ameno *n. 3.* quod ignorans excommunicationem eſſe latam in dimittentes habitum, eam non incurrit, ſi
49 dimittat: cum de eo affirmari non poſſit, quod temerè dimit-
50 tat; Nam generaliter ignorans legem, non dicitur temere contra legem operari; nam ſic operatur, qui ſcienter contrafacit, vel in contemptum legis, quod ea prohibetur, non adimplet, vel tranſgreditur.

Non poteſt Religioſus ob neceſſitatem Parentum, habitu
51 etiam retento, de ſola Superiorum Regularium licentia manere extra Clauſtra; ſed eſt neceſſarium indultum Sedis Apoſtolicę, à qua cauſa eſt probanda; prout firmant Decreta, Clem. VIII. *pro ref. Regul. apud Bull. Quaranta, & Cherub.* approbata, & innovata à S. Cong. de mandato Urbani VIII. *ineatur ratio, qua, ſublatis licentiis, ac facultatibus hactenus quibuſcumque conceſſis, degentes extra Conventus Clauſtra, ad ea quamprimum revocentur; nec de cætero, niſi ex graviſſima cau-*

ſa

ſa à Sede Apoſtolicâ probanda, *hujuſmodi facultates concedi poſſint*.

Apoſtatæ, & *Fugitivi* ſunt ſingulis annis à Superioribus
perquirendi, & curandum, ut ad Religionem revertantur; 52
textus expreſſus *cap. ne Religioſi de Regul. lib.* 3. *tit.* 31. *quod
ſi hujuſmodi fugitivos*, (ſequitur textus) *inhobedientes invenerint*, *eos excommunicent* (hoc eſt denuncient excommunicatos) & *tandiu faciant ab Eccleſiarum Prælatis excommunicatos publicè nunciari*; *donec ad mandatum ipſorum humiliter revertantur*.

Et ut decreta de Apoſtatis, & *ejectis edita à S.C.C. de
ſpeciali facultate Urbani VIII. innovata à Congr. ab Innocentio XII.* ſuper eadem re deputata §. 4. referunt: *Rurſus ſtatuit*, *ut fugitivi*, & *Apoſtatæ*, *ſive habitum Regularem deferant*,
ſive non, *poſſint*, *ac debeant ab Epiſcopis loci*, *ubi moram tra-* 53
hunt, *in carceres conjici*, *ac Superioribus Regularibus conſigna-* 54
ri ſecundum Regularium inſtituta puniendi; *utque ipſi quoque
Superiores teneantur eos perquirere*, *ad Religionem reducere*,
atq; efficere, *ut apprehendantur*; *Salva tamen in omnibus facultate Ordinariis locorum attributa decreto Con. cap.* 3. *ſeſſ.* 6.

Benignè ſunt recipiendi, & cum eis ſemper mitè agendum, & indulgendum aliquid, ne laxiori vitæ aſſueti, ſeveritatem formidantes, iterum Religionem deſerant.

Ea, quæ Religioſus Apoſtata, vel fugitivus acquirit, dum
ad Religionem revertitur, ad Religionem pertinent per Le- 55
zana *ſum. tom. pr. cap.* 16. *num.* 20. Peyrin de ſubdito *quæ. pr.
cap.* 26. §. *pr. verb. dico octavo*: Miranda man. *Prælat. tom. pr.*
62. *art.* 7. Si autem religio non ſit capax dominii, & proprietatis ut, illa Min. de Oſſer., ad Sedem Apoſtolicam, ad quam
quoad dominium, & proprietatem ſpectant omnia ipſorum jura, & quæcumque bona: tradenda proinde Syndico, 56
eiſdem à S. Sede aſſignato pro adminiſtratione & diſpoſitione rerum in Fratrum utilitatem, & neceſſitates.

Si autem extra Clauſtra deceſſerit ad Cameram Apoſtocam ſpectant, ut præfati firmant, & expreſsè diſponit Greg. 57
XIII. *Conſt. officii noſtri*: apud Quaranta *verb. ſpolia Clericorum*.

An

An autem teneatur Monaſterium ſolvere debita con-
tracta à Religioſo Apoſtata, vel fugitivo; diſtinguatur; vel re-
diens ad Religionem ſecum adduxit bona, ex quibus ſolvi
18 poſſint, vel non? ſi primum tenetur juxta Regulam juris in
6., *quod qui ſentit commodum, debeat etiam ſentire onus*. Se-
cùs dicendum in ſecundo caſu, ne damnum recipiat, qui
commodum non reportat.

CAPUT VIII.

Officialis quoad approbationem ab Ordinario ad Secularium Confeſſiones.

SUMMARIUM.

1 *Eſt neceſſaria per Trid. Regularibus pro ſecularium Confeſſionibus approbatio Ordinarii.*

2 *Quod & plures Summi Pontifices decreverunt.*

3 *Etiam Lectores, & Magiſtri in Theologia debent approbari.*

4 *Non ſufficit ſe præſentare Epiſcopo.*

5 *Qui regulari injuſtè reprobato confitetur, non ſatisfacit præcepto annuæ confeſſionis.*

6 *Derogatur privilegio dato Prædic. & Min.* in Clement. dudum &c.

7 *Exiſtens in Lucana Diæceſi nequit Confeſſiones audire illorum, qui ſunt ſubditi Archiepiſcopo Florentino, à quo approbationem accepit, niſi etiam Lucæ approbetur.*

8 *In Diæceſi, in qua Regulares ſunt approbati, poſſunt omnium ad illam confluentium Confeſſiones audire.*

9 *Regulares habent juriſdictionem à Papa.*

10 *Generaliter idonei reperti debent ſine limitatione temporis, & perſonarum approbari.*

11 *Licentiæ generaliter conceſſæ, mortuo Epiſcopo, non expirant.*

12 *A quo, & quando revocari poſſint?*

13 *Scan-*

13 *Scandaloſe viventes poſſunt privari.*
14 *Ab omnibus Regularibus unius Conventus ſine Sanctæ Sedis aſſenſu non poteſt facultas &c.*
15 *Succeſſor Epiſcopus poteſt examinare approbatos ab anteceſſore.*
16 *Debent ſaltim approbari à Vicario generali.*
17 *Sententia, quod facultates Regularibus conceſſæ, non poſſint à Capitulo revocari.*
18 *Probabilis eſt, quod poſſint.*
19 *Sine approbatione Ordinarii non poſſunt Regulares audire confeſſiones eorum, qui de Tertio Ordine dicuntur.*
20 *Benè verò eorum Commenſalium.*
21 *Non autem illorum, qui ſolùm Monaſterio inſerviunt.*
22 *Qui dicantur Regularium Commenſales?*
23 *Venialia non poſſunt à Regulari non approbato, in Confeſſione audiri.*
24 *Regularis in vim Bullæ Cruciatæ nequit ſine approbatione confeſſiones audire.*
25 *Regulares, non Curati, non poſſunt compelli ad conferentias Caſuum conſcientiæ.*
26 *Et Curati dimittentes Parochiam egent approbatione limita.*
27 *Approbatus ſine Licentia Superioris illicite abſolvit.*
28 *Confeſſ. Religioſorum an debeat eſſe approbatus ab Epiſcopo?*

Quamvis, ut ſtatuit *Trid. ſeſſ. 23. cap. 15. de reform. Preſbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſolvendi poteſtatem accipiant; decernit tamen Sancta Synodus, nullum, etiam Regularem, poſſe Confeſſiones ſecularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, niſi, aut Parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur obtineat; privilegiis, & conſuetudine quacunque, etiam immemorabili, non obſtantibus.* Qua clauſula expreſsè derogatur Privlegiis Regularium, quibus eis eſſet conceſſum, poſſe abſque prævia approbatione Epiſcopi ſecularium confeſſione audire. 1

Quod

2 Quod ante Trid. firmavit Leo X. *ſub die* 9. *Decemb.* 1516. Conſt. *Dum intra mentis, edita in Conc. Later. Confect. Collect. privileg. Regul. Ord. Mend.* & poſt Gregorius XV. *Conſt. inſcrutabili*. Deinde Urbanus VIII. *ſub die* 12. *Septembris* 1628. *Conſt. cum ſicut accepimus*, revocat quaſcumque facultates ad audiendas ſecularium confeſſiones Regularibus conceſſas, ita, ut nullis, ſive Superioribus, ſive ſubditis, etiam Societatis Jesu, ad id ſuffragari poſſint. *Piaſec. prax. Epiſcop. par.* 2. *cap.* 1. *art.* 2. & *Bullar. Cherubin, tomo* 4. Deinde anno 1648. *ſub die* 15 *Maii conſtitut. cum ſicut* Innocen. X. confirmavit Decretum Sac. Congr. cui committedatur examen ſuper ortis controverſiis inter Epiſcopum Angelopolitanum, & P.P. Societatis Provinciæ Mexicanæ, quæ ad nonum cenſuit: *Prædictos Religioſos, nequaquam poſſe in Civitate Angelopolitana confeſſiones ſecularium audire ſine approbatione Epiſcopi Diœceſani, v. c. off. quoad exemptionem ab Ordinarii juriſdictionem n.* 10.

3 Hujuſmodi ab Ordinario approbationem eſſe neceſſariam, etiam in Sacræ Theologiæ Magiſtris, & Lectoribus, ſanxit apud *Confect. cit. Pius V. ſub.* 8. *Idi. Auguſti* 1571. *Conſt. Romani Pontificis*, in qua poſt alia hæc ſubdit: *Nos ſuper his pro debito Paſtoralis officii, prout tenemur, ſalubriter providere volentes, tenore præſentium, hac noſtra Conſtitutione perpetua ſancimus, decernimus, & declaramus, Decretum Concilii Tridentini de approbatione Regularium, audiendis Confeſſionibus Secularium præpoſitorum, ab Epiſcopis facienda, obſervari debere, etiam in omnibus Regularibus quorumcunque Ordinum, etiam Mendicantium, etiam ſub Regulari diſciplina viventibus, etiamſi ſint Lectores, aut in Thelogia, etiam de Superiorum ſuorum licentia, graduati, vel promoti, vel à ſuis Magiſtris Generalibus, vel Provincialibus Miniſtris Secularium Confeſſionibus audiendis expoſiti*. Et cum hæc Conſtitutio ſit poſterior ea, quam idem in ampliſſimum Mendicantium favorem edidit anno 1567. eidem certè derogat ſicut poſteriores leges prioribus, quibus opponuntur, derogare ſolent, eaſque antiquare *Cabaſſut. prax. Jur. Can. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 3.

Nec

Digitized by Google

Nec ſufficit ſe præſentare Epiſcopo, verùm etiam debet 4
quis ab ipſo approbari, & approbationem obtinere, ut in terminis Trid.; idque adeò neceſſario, ut de eo, qui Regulari Epiſcopo præſentato, & ab eo non approbato, confitetur, ſit certum præcepto annuæ confeſſionis non ſatisfacere, ut decrevit *Alexand. VII.* 14. *Septembris* 1665. hanc damnans Propoſitionem. *Satisfacit præcepto annuæ confeſſionis, qui confitetur Regulari, Epiſcopo præſentato, ſed ab eo injuſtè reprobato.*

Et ex hoc, *& Conſt. Superna Clem. X.* patet eſſe derogatum 5
privilegio dato in *Clement. dudum de ſepult. lib. 3. tit. 7. §. ſtatuimus*. Ord. Prædic. & Min., ubi Papa recuſantibus Epiſcopis conferre licentiam audiendi ſecularium confeſſiones, Fratribus, à præfatorum Ordin. Superioribus electis, & eiſdem Epiſcopis præſentatis ad effectum eam recipiendi; iiſdem ſic electis, & præſentatis conceſſerat, ut libere, & licite confeſſiones audirent, & beneficium abſolutionis confeſſis impenderent.

Nequit Regularis in una Diœceſi approbatus ex vi illius approbationis, Secularium confeſſiones in alia Diœceſi audire, quin, in iſta etiam, approbetur; Etiam ſi Pœnitentes eſſent 7
ſubditi illius Epiſcopi, à quo fuit approbatus, ut allegat. *Clemens X.* 11. *Kal. Julii* 1670. *cit. Conſt. Superna Patris familias*, decrevit: *Ad hæc Religioſos ab Epiſcopo ad confeſſiones ſecularium in ſua Diœceſi audiendas approbatos, non poſſe in alia Diœceſi eas abſque Epiſcopi Diœceſani approbatione audire, quamvis pœnitentes ſubditi ſint ejus Epiſcopi, à quo ipſi Religioſi jam fuerant approbati.*

Verùm in Diœceſi, in qua ſunt approbati, poſſunt om- 8
nium ex aliis Diœceſibus ad eam confluentium ſecularium confeſſiones audire; & eſſe à Sac. Cong. Conc. determinatum, teſtatur Fagnan. *cap. Omnis de pœnitentia, & remiſſione*: cum, ut ipſe ſcribit, Regulares habeant ex Clementina *dudum de ſepulturis*; ex annotatione Gloſſæ, & Laym. *Theol. moral. lib. 5. tract. 6. cap.* 10. *num.* 19. juriſdictionem à Papa; cujus juriſdictio ad alicujus Territorii limites non reſtringitur *c. cuncta per mundū* 9. 9

N *quæſt.*

9 *quæſt.* 3., ſed univerſus Orbis eſt ſua Diœceſis. Eorumque juriſdictio, cum antecedenter ad approbationem ſit per Tridentinum ſuſpenſa, approbatione accedente, ejuſdem poteſtas relaxatur: & ita, ut ſi Epiſcopus idoneum ſimpliciter Regularem invenerit, illum ſimpliciter abſque ulla temporis, loci, ſeu perſonarum limitatione indiſtinctè approbare, & admittere debeat. *Confect. Sum. Privileg. Ordin. Mendicant. tit.* 17. *cap.*4. Addens, & ipſe, quod ſic admiſſus poſſit, etiam ſecularium aliarum Diœceſum, in Diœceſi, in qua eſt approbatus, confeſſiones audire; ad quod facit Decretum S.Cong. Regular.
10 *editum ſub die* 2.*Julii* 1587. apud ipſum: *Regulares, qui ad confeſſiones audiendas idonei generaliter ab Ordinariis, eorumve Examinatoribus, reperti, & probati fuerint, generaliter quoque, & indiſtinctè abſque aliqua limitatione temporis, certorumve locorum, aut generis perſonarum, admittantur in Diœceſi propria; de cæteris verò, qui non adeo idonei reperientur, ſi petierint ſe admitti, arbitrio Ordinariorum relinquitur, ipſos cum limitata facultate, prout eiſdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere.* Quod jam decreverat Leo X. *Conſt. Dum intra, citata, hac phraſi: Ipſique Fratres* (ſcilicet ab Epiſcopo approbati) *etiam Forenſium confeſſiones audire valeant*; Quibus id etiam competit poſt Bullam Greg.XV. *Inſcrutabili*, ut Sac. Cong. Conc. ad ſecundum Dubium, occaſione illius inter alia propoſitum, prout ſequitur, reſpondit: *Hac in parte Conſtitutionem nihil novi juris induxiſſe, nec ullam novam authoritatem Epiſcopis in Regulares attribuiſſe; ideoque in vim ipſius Conſtitutionis non poſſe Epiſcopos Regularibus præſcribere, ut certis tantùm in locis, ac temporibus, aut certarum perſonarum confeſſiones audiant, vel aliàs illorum Privilegia in Sacramentis adminiſtrandis reſtringere, aut moderari. Bull. Cherub. ad Conſt.* Gregorii XV., Fagnan. *cap. Cum Capella, & lib.* 12. *Decret. fol.*130.

Et noviſſimè in ſæpè laudata *Conſt. Superna* Clemens X. ſanxit: *Illos autem Religioſos, qui ad confeſſiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint, ab Epiſcopis, generaliter generaliter quoque, & indiſtinctè abſque aliqua limitatione temporis,*

certo-

Digitized by Google

certorumve locorum, aut generis Perſonarum, in Diœceſi propria
admittendos; quo ad cæteros verò, qui non adeo idonei reperien-
tur, ſi petierint ſe admitti, arbitrio Ordinarii relinqui ipſos cum
limitata facultate, prout iiſdem Ordinariis magis expedire vide-
bitur, probare, & admittere.

Licentiæ ſic generaliter, & abſque temporis limitatione
conceſſæ, & delegatæ non expirant, etiam per mortem, vel 11
depoſitionem concedentis, per ea, quæ adducit Layman. *cit.*
cap. à num. 21., Piaſec. *prax. par.* 2. *cap.* 1. *art.* 2. *à num.* 6., Bar-
boſ. *ad ſeſſ.* 23. *cap.* 15. *num.* 38., & eſt ſenſus communis DD.
quia eſt quædam gratia, quæ *morte non perimitur concedentis*,
ut optimè Textus ad *cap. Si ſuper gratia, de offic. Deleg. lib.* 1.
tit. 14. *in* 6. *etiam re integra*, hoc eſt, etiam ſi concedens deceſ-
ſerit, prius, quam quis confeſſiones excipere incæperit; prout
alleg. Text. & *cap. Si cui nulla de præbend. lib.* 3. *tit.* 4. nota infe-
rius *num.* 18.

Quas nequit Epiſcopus, qui eas dedit, ſine cauſa revoca-
re; benè verò ſi eas conceſſerint, aut ipſius Vicarius, aut Præ-
deceſſores Epiſcopi, prout in eadem ipſe Pontifex: *Regulares* 12
verò ad ejuſmodi confeſſiones audiendas prævio examine, ſimpli-
citer, & abſque ulla temporis præfinitione ab ipſomet Epiſcopo,
ſecus autem ab ejus Vicario, aut ab Anteceſſoribus Epiſcopis, ap-
probatos, non poſſe ab eodem, qui ſic approbavit, iterum exami-
nari, aut ab eiſdem confeſſionibus audiendis, ſuſpendi, ſeu licen-
tias illis conceſſas revocari, niſi nova ſuperveniente cauſa, quæ
ipſas confeſſiones concernat. De qua tamen haud neceſſarium eſſe,
ut in actis conſtet; Nec eam teneri Epiſcopum ipſis Regularibus
ſignificare, ſed Sedi Apoſtolicæ dumtaxat, ubi eam ſibi aperiri po-
ſtulaverit.

Accedente tamen rationabili cauſa, poteſt; porrò, ait:
Si Regulares cum ſcandalo, aut aliàs inhoneſtè vivant, vel ali- 13
quod delictum committant, per quod rationabili Epiſcopi judicio
videantur à confeſſionibus ſuſpendendi &c. Utique eam cauſam
ad confeſſionis miniſterium pertinere, ac proinde nihil obſtare,
quominus ob eam poſſit Epiſcopus Regulares à ſemetipſo approbatos
ſuſpendere, aut repellere à confeſſionibus audiendis.

14 Abſque Sanctæ Sedis judicio, ipſis Ordinariis non conceditur poſſe omnes ſimul unius Conventus Confeſſarios, audiendi ſecularium confeſſiones, facultate privare, ut idem Clemens ibidem firmavit: *Attamen confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimul unius Conventus Regularibus confeſſoribus adimi ab Epiſcopo, inconſulta Sede Apoſtolica, nullatenus poſſe.*

15 Succeſſor Epiſcopus poteſt Regulares in Diœceſi ab Anteceſſore approbatos, iterum examinare, & quos minus idoneos cognoverit reprobare Piaſec. *ibid.*, & Barboſ. *num.* 43. habetur *Conſt. Romani Pontificis* Pii V. ut infra: *Ab Epiſcopo autem ſucceſſore*, ſtatuit, *pro majori conſcientiæ ſuæ quiete examinari de novo poterunt; & ſi minus idonei reperti fuerint, reprobari.* Prout deinde ſanxit Urbanus VIII. *die* 20. *Auguſti* 1629., Cabaſut. *prax. Jur. Can. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 3. quia fruſtrà jus haberet examinandi, ſi non poſſet Prædeceſſoris ſui conceſſiones revocare.

16 Cùm verò difficilis eſſet ad Epiſcopum acceſſus, ejuſdem Vicario generali, ut approbetur, debet Regularis præſentari; ut in terminis Leo X. *in citata Conſtitutione*: *Dum intra*; *nec non Superiores eorumdem Fratrum* (ſunt verba Bullæ) *Fratres, quos ad audiendas confeſſiones Subditorum eorumdem Prælatorum* (Epiſcoporum ſcilicet) *pro tempore elegerint, eiſdem Prælatis perſonaliter exhibere, ac præſentare (ſi eos ſibi exhiberi, & præſentari poterint) alioquin eorum Vicariis.*

17 Dictas tamen facultates nequeunt poſt Epiſcopi approbantis mortem, revocare, aut Capitulum, aut Vicarius Capitularis, ut reſolvit Antonell. *de Regim. Eccleſ. lib.* 4. *cap. ultimo num.* 79., Mirand. *Manual. Prælat. tom.* 1. *qu.* 45. *art.* 7. *in fine.* Ex Privilegio Clem. IV. *apud Confeſſ.* conceſſo Prædicatorum Ordini, Conſtitutione *Exigentibus veſtræ*, cujus tenor eſt: *Ex parte ſiquidem veſtra fuit propoſitum coram Nobis, quod licet vobis à nonnullis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, audiendi confeſſiones Subditorum ſuorum &c. licentia ſit conceſſa; quia tamen, ipſis Prælatis decedentibus, uti licentia hujuſmodi, Eccleſiis ſic vacantibus, dubitatis &c. veſtris igitur ſupplicationibus inclinati, præſentium vobis au-*

ctori-

Auoritate concedimus, ut in hujuſmodi caſu poſſitis uti tandiu liberè prædicta licentia (nota) *donec, viduatis Eccleſiis, proviſum fuerit de Paſtore*. Quo Privilegio uti præſertim poſſunt Fratres Minores ex diſpoſitione Sixti IV. *Conſt. Regimini, Mare magnum nuncupata*, ubi §. *Poſtremò*, decernit: *Poſſe Fratres Minores Privilegiis Prædicatorum Ordini, & Prædicatores illis Minoribus, conceſſis, ſine ulla differentia potiri, & gaudere, perinde, ac ſi quæ uni ex Ordinibus prædictis ſunt conceſſa, utrique ſimul nominatim conceſſa fuiſſent, aut concederentur impoſterum. Bull. Cher. tom.* 1., *& ex altera* Clem. VII. *Dum fructus uberes*, communicantis Fratribus Min. de Obſ. omnia, & ſingula Privilegia aliis Mendicantium, & non Mendicantium Ordinibus conceſſa, Confect. *coll. Priv. Regul. Mendic. par.* 1.

Ex juſta nihilominus cauſa cenſeo poſſe eaſdem revocare; ut etiam notat Donat. *prax. Reg. tom.* 3. *tract.* 4. *quæſt.* 28., & Barboſ. *alleg. num.* 27. Nedum, quia per Doctores Capitulum ſuccedit in iis omnibus, quæ ad ordinariam Epiſcopi juriſdictionem ſpectant, niſi expreſsè prohibita reperiantur, Antonell. *loc. cit.* §. 2. *num.* 11., Genuen. *prax. cap.* 87. *cap. Eccleſiæ de ſupplenda neglig. Prælat. lib.* 1. *tit.* 8. *num.* 6. *cap. Epiſcopali de majorit. & obed. item in* 6., & Clement. *ſtatutum de electione lib.* 1. *tit.* 3. Id autem ei prohibitum non reperitur: ſed ulterius, quia dictum Privilegium Clementis cenſetur revocatum per Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. exigens in Regularibus neceſſariam approbationem ab Ordinario: propter clauſulas *non obſtantibus Privilegiis &c.*, & per Donatum, Capitulum Sede vacante venit nomine Ordinarii; imo etiam, quia ex tenore conceſſionis conſtat, Pontificem voluiſſe ſolum ſatisfacere petitioni, & reſpondere dubio, ac reſolvere, quòd ad Epiſcopi mortem, adhuc conſiſtit facultas audiendi ſecularium confeſſiones ab eodem, prævia approbatione, obtenta; qua, etiam vacante Sede, ex vi illius approbationis uti poſſunt: præſertim, ſi non fuerit pro tempore determinato, eamque Epiſcopus non dederit ad tempus vitæ ſuæ, quia tunc certè morte extingueretur. 18

Requiritur in Regularibus pariter, quod ab Ordinario 19
appro-

approbentur, ut eorum, qui de Tertio Ordine vocantur, poſſint confeſſiones audire, ut Sac. Cong. Epiſcopor. & Regul. *ſub die 20. Decembris* 1616. ſub iſtis terminis reſolvit: *Sac. Cong. &c. Statuit juxta multas ejuſdem Congregationis reſponſiones non poſſe Sacerdotes Regulares audire confeſſiones Sacramentales Mulierum Tertii Ordinis, quæ de Pœnitentia dicuntur, niſi ab Ordinario approbati fuerint ad Confeſſiones ſecularium audiendas*. Peyr. *de Priv. Regul. tom.* 1. *ad Conſt.* 4. Sixti IV. *§.* 7. *num.* 39.

20 Non verò, ut illorum confeſſiones audiant, qui, licet ſint ſeculares, dicuntur tamen verè de familia, & eorumdem Regularium Commenſales. Pignatell. *tom.* 10. *conſult.* 30. *num.* 35., Barboſ. *ad ſeſſ.* 23. *cap.* 15. Trid. *num.* 11., Peyr. *loc. cit. ad Conſtit.* 1. Julii II. *§.* 15. *num.* 12. referens Sac. Congreg. Decretum *de anno* 1568. 14. *Auguſti* hujus tenoris: *Prælati Regulares, ſeù alii Religioſi Confeſſores, non poſſunt audire confeſſiones ſecularium, qui deſerviunt ipſorum Monaſteriis, abſque approbatione, vel licentia Epiſcopi, ſecus autem, ſi illi ſeculares ſint verè de familia, & continui commenſales*. Quod noviſſimè confirmavit Clem. X. *in cit. Conſt. Superna*, per hæc verba: *Cæterùm in Monaſteriis, & etiam Collegiis, ubi juxta Regularia Inſtituta vivitur, poſſe, tàm Prælatos Regulares, quàm Confeſſores Regularium eorumdem Monaſteriorum, ſeù Collegiorum, audire confeſſiones illorum ſecularium (intellige abſque prævia Epiſcopi approbatione) qui inibi ſunt verè de familia, & continui commenſales;*
21 *non autem illorum, qui tantùm ipſis deſerviunt*. Pro iſtis enim decrevit neceſſariam ab Ordinario approbationem.

22 Verè de familia, & continui Commenſales dicuntur Oblati, ſeù Donati S. Dominici, & Tertiarii S. Franciſci, qui intra Monaſteriorum ſepta habitant, vivunt, ac dormiunt: propterea in eis contraxerunt Domicilium: habitu ejuſdem coloris cum eo, quo utuntur Profeſſi, veſtiuntur: & manent ſub Prælatorum obedientia: non modo religioſo, & ratione voti, ſed modo ſervili, & ratione muneris ſerviendi Monaſterio; & obinde gaudent etiam per Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 11. *de Reform.* Privilegiis omnibus Religioſorum, quibus actu inſerviunt, & numerantur inter ſeculares verè familiares; ad differentiam

eorum,

eorum, qui inſerviunt Monaſteriis, ſed in eis non ſunt de familia, nec domicilium contraxerunt, ſed ſunt ibi ad tempus, ſoloque ſtipendio, & ſalario eiſdem inſerviunt, & cum cæteris ſecularibus exteris, extra ſepta Monaſteriorum viventibus, numerantur: pro quorum confeſſionibus audiendis eſt per Trid. neceſſaria approbatio ab Ordinario. Donat. *Prax. Reg. tom.*3. *tract.*4.*qu.*7. *num.*3.

23 Sine approbatione denique non poſſunt Regulares in confeſſione audire ſecularium venialia, prout ex commiſſione Innocentii XI. *ſub die* 12. *Februarii* 1679. Sac.Cong.Concil.in Decreto de cõmunione quotidiana *cum ad aures* diſpoſuit, ut infra: *Non permittant, ut venalium confeſſio fiat ſimplici Sacerdoti, non approbato ab Epiſcopo, aut Ordinario: ſi Parochi, & Confeſſarii, etiam Regulares, aut quicunque alii Sacerdotes, ſecus egerint, ſciant D.O.M. rationem reddituros eſſe, neque defuturam Epiſcoporum, & Ordinariorum juſtam, ac rigoroſam animadverſionem in contrafacientes, etiam Regulares, etiam Societatis Jeſu, facultate ipſis Epiſcopis, & Ordinariis per hoc Decretum per Sedem Apoſtolicam ſpecialiter attributa.*

Et quatenus abſolvant, invalida eſt abſolutio; nam cum abſolutio ſit ſententia, & actus judicii ex Trid. *can.*9. *ſeſſ.*14. *de Sac. Pœn.*, & hæc, in non ſubditum lata, nulla ſit, per diſpoſita ibid. *cap.*7. ſtatuentis nullius momenti eſſe abſolutionem, *quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut ſubdelegatam non habet juriſdictionem*, ſequitur ex defectu juriſdictionis, & ſubditi, abſolutionem nullam eſſe. Quis enim non approbato juriſdictionem confert? Quis ſubditos? Accipit Regularis à Papa juriſdictionem, ſeù poteſtatem ferendi ſententiam in ſubditum, ſed ſuppoſita approbatione Epiſcopi, quæ in caſu abeſt; Ei in ordinatione non confertur, neque per ordinationem Judex legitimus conſtituitur; alias nec Eccleſia poſſet efficere, ut abſolutio ab ipſo prolata non eſſet valida; ſicuti impedire nequit, quin validè Sacerdos conſecret, ſi cum debita intentione ſupra debitam materiam, formam neceſſariam proferat. Nec ab Eccleſia ei datur, ut vult Bonacina; aliàs nullus Prælatus, inferior Papa, poſſet illam ſuſpendere; & qui-

& quilibet Sacerdos, etiam invitis Epiſcopis, poſſet hujuſmodi confeſſiones audire: & en gubernium Eccleſiæ confuſione turbatum. Quilici. *Confeſs. manuduct. qu.1. art.2. num.2.*, Felix Panorm. *Exam. Confeſs. tom.2. diſp.4. cap.5. de Miniſtro Sacr. Pœnit. num.*1019. Quæ concludunt etiam de mortalibus jam confeſſis.

Nec Confeſſarius, etiam Regularis, in vim Bullæ Crucia-
124 tæ electus, poteſt pœnitentes abſolvere, niſi ſit approbatus ab Ordinario loci, in quo pœnitentes degunt per expreſsè diſpoſita ab Innoc.XII. *die* 19. *April.*1700., ut infra: *Cùm ſicut &c.*

,, Cùm, ſicut non ſine gravi animi noſtri dolore ex non-
,, nullorum Venerabilium Fratrum Epiſcoporum Regni Portu-
,, galliæ, & aliorum timoratæ conſcientiæ Virorum delatis ad
,, Nos querelis accepimus, in Regno præfato revixerit, ac in
,, dies magis invaleſcat opinio per quaſdam fœl. rec. Pauli V.,
,, Urbani VIII., & Clemente X. Romanorum Pontificum, Præde-
,, ceſſorum noſtrorum, Conſtitutiones, necnon plura Congrega-
,, tionum, tunc exiſtentium S.R.E. Cardinalium Concilii Tri-
,, dentini Interpretum, ac reſpectivè negotiis, & conſultationi-
,, bus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, decreta, du-
,, dum damnata, & reprobata, qua innixi plerique illarum par-
,, tium privilegia, & indulta per litteras Apoſtolicas pro Crucia-
,, ta Sancta emanatas, ſeù, ut vocant, Bullam Cruciatæ conceſſa,
,, ita intelligenda eſſe exſtimant, ut facultas in litteris, ſeu Bulla
,, hujuſmodi Chriſtifidelibus attributa confitendi peccata ſua
,, cuilibet Confeſſario, per quemcunque Ordinarium ad confeſ-
,, ſiones audiendas approbato, locum habeat, & habere cenſea-
,, tur, etiamſi is non fuerit Ordinarius loci, in quo confeſſiones
,, præfatas excipi contigerit; Hinc eſt, quod Nos ex debito paſto-
,, ralis officii, quod humilitati noſtræ meritis licet, & viribus
,, longè impari commiſit divina dignatio, animarum periculis
,, in re tanti momenti, qualis eſt Sacramentalis confeſſio, quan-
,, tùm Nobis ex alto conceditur, paternâ charitate occurrere
,, cupientes, necnon Conſtitutionibus, & decretis ſupradictis
,, inhærentes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum ejuſdem
,, S.R.E. Cardinalium, primum quidem ſupradictis negotiis, &

con-

Digitized by Google

cõnſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, „
ſubinde verò, etiam aliorum in tota Republica Chriſtiana contra hæreticam pravitatem Generalium Inquiſitorum à Sede „
Apoſtolica ſpecialiter deputatorum, qui opinionem præfatam „
ex integro examinarunt, remq; totam maturè diſcuſſerunt, „
conſilio, ac etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium decernimus, & declaramus, Bullam „
Cruciatæ Sanctæ nihil novi juris induxiſſe, nullumque privilegium continere, quoad approbationem Confeſſariorum contra formam ejuſdem Concilii Tridentini, & prædictarum Conſtitutionum Apoſtolicarum, adeoùt Confeſſarii, tam Sæculares, quàm Regulares, quicumque illi ſint, in vim dictæ Bullæ „
Cruciatæ à Pœnitentibus ad audiendas eorum Sacramentales „
confeſſiones electi, nullatenus confeſſiones hujuſmodi audire „
valeant ſine approbatione Ordinarii, & Epiſcopi Diœceſani „
loci, in quo ipſi Pœnitentes degunt, & Confeſſarios eligunt, „
vel ad excipiendas confeſſiones requirunt, nec ad hoc ſuffragari approbationem ſemel, vel pluries ab aliis Ordinariis aliorum locorum, & Diœceſum obtentam, etiamſi Pœnitentes illorum Ordinariorum, qui Confeſſarios electos approbaſſent, „
ſubditi forent; confeſſiones autem aliter, & contra earumdem præſentium, aliorumque Apoſtolicarum Conſtitutionum formam deincepes faciendas, & excipiendas reſpectivè, „
præterquam in caſu neceſſitatis in mortis articulo nullas fore, „
irritas, & invalidas, & Confeſſarios ipſo jure ſuſpenſos eſſe, & „
etiam rigidè puniendos ab ipſis Ordinariis locorum. Porrò „
quamcumque contrariam opinionem tanquam falſam, temerariam, ſcandaloſam, & in praxi pernicioſam, prætenſo quovis contrario uſu, contrariaque conſuetudine, etiam antiquiſſima, minimè obſtantibus, motu, ſcientia, deliberatione, „
& poteſtatis plenitudine paribus harum ſerie damnamus, & „
reprobamus, contrariumque uſum, ac contrariam conſuetudinem hujuſmodi penitus, & omninò abrogamus, & abolemus. Ac proinde omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, & dignitatis exiſtant, „

„ etiam ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione dignis,
„ ne ſupradictam opinionem docere, tueri, aut ad praxim deducere quovis modo audeant, ſeu præſumant, ſub pœna excommunicationis per contrafacientes ipſo facto abſque alia declaratione incurrenda, à qua nemo à quoquam præterquam à Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente, niſi in mortis articulo hujuſmodi conſtitutus abſolutionis beneficium obtinere valeat, interdicimus, & prohibemus. Decernentes &c. Sicque, & non aliter &c. Sublata &c. Irritum &c. Non obſtantibus &c. Romæ die 19. Aprilis 1700.

25 Tametſi, ex uſque dictis, ſit in Regulari Confeſſario ad ſecularium validè excipiendas confeſſiones, neceſſaria approbatio Ordinariorum, ad conferentias tamen caſuum conſcientiæ, per eos cogi non poſſunt, niſi ſint Curati per diſpoſita à Sac. Cong. Conc. *de anno* 1630. *in una Foroſempronien.*, ut *cap. Offic. quoad legem Diœceſ. num.* 12., & deinde Sac. Congreg. ſuper Statu Regul. ut infra firmavit.

Cum Conventus ſuppreſſi, & poſtea reſtituti, in quibus non degunt de familia duodecim Religioſi, ſint vigore Decreti, ut in parvis fæl. rec. Innocentii X. ſubiecti Viſitationi, Correctioni, & omnimodæ juriſdictioni Ordinariorum locorum, contigit dubitari; an Religioſi Confeſſores, & non Parochi in hujuſmodi Conventibus degentes compelli poſſint ab eiſdem Ordinariis, ut accedant ad conferentiam caſuum conſcientiæ?

Propoſito hoc dubio in Sac. Congreg. ſuper Statu Regularium, habita in Palatio Vaticano die 15. *Januarii* 1682. *Eminentiſs. Patres cenſuerunt, Ordinarios locorum poſſe quidem hortari, non autem compellere prædictos Religioſos Confeſſores, non Parochos, ad accedendum ad conferentiam caſuum conſcientiæ.*

Cæſar Card. Fachenettus. *B. Panciaticus Secret.*

26 Curatus ex aliqua cauſa beneficium Parochiale dimittens, non poteſt abſque nova approbatione Confeſſiones ſecularium excipere, prout Piaſec. *prax par.* 2. *cap.* 1. *art.* 2. *num.* 5. Barboſa *ad ſeſſ.* 23. *cap.* 15. *de Refor.* Conc. Trid. *num.* 21. plures cumulans DD. limitatur niſi, prius quam obtinuerit beneficium, fuerit, & non ad tempus, ad id approbatus.

Ad

Ad dubium: An Regularis ſine ſuorum Superiorum licentia præſentatus Epiſcopo, & ab eodem approbatus, licitè, & validè poſſit Confeſſiones ſecularium excipere? dicitur cum Layman *cit.n.*19. quod, quamquam illicitè eas audiat (excipitur à Miranda *Man. Prælat. quæſt.*45. *art.*10. *tom.*1. mortis articulus, in quo etiam licitè pœnitentes abſolvit) validè excipit: cum in eo omnia ad validitatem in Miniſtro requiſita concurrant: ordo nimirùm Sacerdotalis, approbatio Epiſcopi, & juriſdictio delegata. 27

Verùm, ubi ſtatutum eſſet, & à Sede Apoſtolica approbatum, quod nullus Regularis, abſque ſuorum Superiorum licentia ſe Ordinariis præſentaret, & revocarentur licentiæ audiendi confeſſiones ab eis obtentæ; nec validè eas exciperet, nullumque eſſet beneficium abſolutionis collatum, ut ipſe notat Layman, & Miranda.

Abſolutè conſulerem abſtinendum propter probabilitatem ſententiæ apud Barboſ. *ad ſeſſ.cit.num.*7. aſſerentis Epiſcopum non approbare Regulares in Confeſſarios, niſi à Prælatis ſuis, ſaltèm interpretativè, illi præſententur juxta formam Clement. *Dudum de ſepult.* ⁋. *Statuimus*; quam, quoad formam præſentandi, & ipſe tradit, non eſſe revocatam.

Quæritur: An Confeſſarius Religioſorum, debeat eſſe approbatus ab Epiſcopo?

Reſp. negativè: Dummodò Confeſſarius, & Pœnitens ſint ejuſdem Ordinis; arg optimum ex Trid. *cit.num.*1., & ibi DD. nam ſi eſſet, vel Sacerdos ſecularis, aut alterius Ordinis cenſeo neceſſariam eſſe illius approbationem; ad formam *Conſtit. provenit*, Innoc. VII. *apud Confeſſ.* indulgentis Fratribus ex Ord. Prædic. ex obedientia itinerantibus, & copiam Confeſſarii ex proprio Ordine non habentibus, poſſe *quemcumque alium Presbyterum idoneum, & diſcretum, Religioſum, vel ſecularem, in eorum Confeſſorem eligere*; idoneus autem per Trid. *loco adducto* ad effectum audiendi Confeſſiones non reputatur, niſi ad minus examine Epiſcopi (ſi ei videbitur neceſſarium) probetur; in quo, aliis cumulatis, conſentit Vaſquez apud Thom.Tamb.*lib.*5.*de pœnit.cap.*4.⁋.2.*num.*17. 28

O 2 CA-

CAPUT IX.

Officialis quo ad Benedictionem

SUMMARIUM.

1 *Generales, Provinciales, & Guardiani Ord. Min. poſſunt benedicere Eccleſias, & Cæmeteria.*

2 *Et Eccleſiaſtica ornamenta pro uſu ſuarum Eccleſiarum, in quibus Criſma non intervenit.*

3 *Poſſunt pariter reconciliare Eccleſias pollutas, aqua ab Epiſcopo, vel etiam per ipſos, in aliquo caſu benedicta.*

4 *In quibus unctio Sacri Chriſmatis interveniat?*

5 *Quid contineat aqua, quæ adhibetur in reconciliatione Eccleſiæ?*

6 *Dieta continet* 20.*millaria.*

7 *Nomine Vicarii veniunt Præſidentes.*

8 *Indultum eſt commune Regularibus habentibus Privilegium communicationis.*

9 *Pro quibus rebus ſit in uſu.*

10 *Reſtringitur uſus Privilegii.*

11 *In iis, in quibus requiritur unctio Chriſmatis, eſt neceſſarium ſpeciale Privilegium.*

12 *Quod fuit conceſſum Abbatibus Ciſtercienſibus.*

13 *In aliquo caſu, & loco, poſſunt Jeſuitæ Calices benedicere.*

14 *Pixides poſſunt ſinguli, quibus eſt conceſſum poſſe Ornamenta Eccleſiæ, benedicere.*

15 *In Ord. Min. de Obſerv. Guardiani benedicere poſſunt Corporalia.*

16 *Et ſimplices Sacerdote ejuſdem Ordinis, ſi à cap. Gen. fuerint deputati.*

17 *Hebdomada Sancta non poſſunt Regulares Domos benedicere*: & ibi Decreta S. C. C.

18 *Circa Ovorum benedictionem videtur affirmandum.*

19 *Ad benedicenda Monialum Monſteria non eſt licitus ingreſſus in Clauſuram.*

Ex

EX ampliſſimo Sedis Apoſtolicæ Prilegio poſſunt Prælati 1
Ord. Min. de Obſerv., Generales, Provinciales, & Guardiani, Eccleſias, Cæmeteria, ac Paramenta, & Ornamenta, & alia quæcunque ad Divinum cultum, & ad ſuos uſus nenecеſſaria, inquibus Chriſma non intervenit, benedicere; & reconciliare Eccleſias, & Cæmeteria, quovis modo polluta, prout iiſdem, *apud Confeſſ. collect. Priv. Mend. & Piaſecum prax. Epiſ. part.* 1. *cap.* 1. *art.* 4. *num.* 10., *Conſtitutione, Religionis ſuadet*, conceſſit Leo X. hac forma: Nos igitur, qui ,,
Religioſarum Perſonarum vota, per quæ eorum diſpendiis ,,
obviatur, ac commodis, & profectibus providetur, ſtudio ,,
charitatis libenter proſequimur, hujuſmodi ſupplicationi- ,,
bus inclinati &c. ac veſtri Ordinis Generalibus, Provinciali- ,,
bus, Vicariis, & Cuſtodibus, ac Guardianis, pro tempore ,,
exiſtentibus præfatis, ut omnia, & ſingula ejuſdem Ordinis, ,,
& Obſerv. Eccleſias, Cæmeteria, & Capitula, & Oratoria, ubi ,,
cumque exiſtentia, receptas, & recepta, recipiendas, ſeu reci- ,,
pienda: ac Paramenta, & ornamenta, ac alia quæcunq; ad Di- ,,
vinum cultum, & uſum veſtrum neceſſaria, in quibus Chriſ- ,, 2
ma non intervenit, pro veſtro uſu tantùm, ſolemni bene- ,,
dictione; ac etiam per Vicarium, ſeu Guardianos, aut alios ad ,,
hoc à vobis in veſtris Capitulis Generalibus providè depu- ,,
tandos, benedicere: ac illos, ſeu illa, & eorum qualibet ſan- ,,
guinis, ſeu ſeminis effuſione, ſeu aliàs quomodolibet pol- ,,
lutas, ſeu polluta, quoties opus fuerit aqua per vos (præ- ,,
ſertim in locis remotis, ubi Epiſcopum aquam benedicentem ,, 3
per duas Dietas adire non poteritis) benedicta, reconciliare ,,
liberè, & licitè valeatis, authoritate Apoſtolica tenore præ- ,,
ſentium concedimus; non obſtant &c. Miranda *tom.* 3. *cap.* 40. *art. pr. Con.* 2. Extendit ad uſum etiam Monialium exiſtentium ſub regimine præfati Ordinis.

Sacrum Chriſma intervenit, ex Pontificali Romano, 4
juſſu Clement. VIII. edito, in Conſecratione Eccleſiæ, Altaris, Calicis, Patenæ, & Campanarum.

Ex eodem, Aqua neceſſaria pro Eccleſiæ reconciliatione 5
continet Aquam cum Sale, Cinere, & Vino,

Quæ-

6 Quælibet Dieta, ex *Enriquez apud Miranda tom. cit. q. 39. art. 8. concl. 3.* continet viginti milliaria. Ex quibus conſtat, quorum benedictio, & in quibus circumſtantiis, ſit Prælatis ejuſdem ordinis prohibita.

7 Nomine Vicarii in terminis Conſtitutionis veniunt ex eodem *q. 40. art. 2.* qui in præfatorum Ordine Præſidentes appellantur, & Conventus ipſos in Gaurdianorum abſentia gubernant.

8 Eo indulto Regulares omnes, quibus præfati Ord. Min. de Obſer. ſunt communicata Privilegia, uti poſſunt. Et eſſe in uſu, ſuumque retinere vigorem, quò ad reconciliatio-
9 nem Eccleſię pollutæ, & benedictionem Eccleſiæ Paramentorum, teſtatur *Piaſecus prax. Epiſc. parte prima, cap. 3. art. 3. num.* 10. Quoad verò Oratoriorum benedictionem, ſubſtinet Privilegium eſſe revocatum à *Tridentino ſeſſ. 22. in Dec. de obſervandis in celebratione Miſſæ* ubi ſtatuitur Oratoria eſſe *deſignanda, & viſitanda* ab Ordinariis, & ſub Decreto comprehendi, etiam Regulares, conſtat ex *textu Concilii* de hoc alibi.

10 Reſtringitur tamen uſus ipſius per S. C. Decretum apud *Lezz. ſumm. Queſt. Regul. tom. 3. verbo* Altare, *num. 3. & verbo* Benedictio *n.* 8. ſub iſtis terminis. *Abbates, Priores, Guardiani, & alii Religionum Prælati, etiam ex Societate Jeſu, habentes Privilegia benedicendi Veſtes Sacras, Cæmeteria, & ſimilia, dicto Privilegio uti non poſſunt, niſi in rebus, in quibus Sacra unctio non adhibetur, & pro ſervitio dumtaxat Monaſteriorum, & Eccleſiarum propriarum.*

11 Pro benedictione eorum, in quibus adhibetur Sacri Chriſmatis unctio, ſpeciale requiritur Privilegium, ut *ſub die 6. Decembris* 1630. Decrevit S. Cong. apud *Lezzana cit. verb.* Calix *num. 3. Abbas, nec etiam in locis ſibi pleno jure ſubjectis, aut de jure Patronatus, poteſt conſecrare Calices, Patenas, aut ſimilia, in quibus requiritur Sacra Unctio, niſi hoc habeat in ſpecie ſibi conceſſum à Sede Apoſtolica.*

12 Quod conceſſum eſſe ab Innocentio VIII. Abbatibus Ciſtercienſibus refert *Piaſeco loc. cit. n. 19.* recepto tamen Chriſmate conſecrato ab aliquo Epiſcopo. Je-

by Google

Jeſuitis in locis, in quibus non adeſſet Epiſcopus, qui 13
poſſet ea benedicere, conceſſit ſub Kal. Martii 1558. per *Piaſec. cit. n.* 18. Paulus III. Conſt. *Licet debitum* poſſe benedicere Calices, & Altaria; quo Privilegio non poterunt & cæteri Regulares gaudere, propter Privilegiorum communicationem, in ea etiam locorum circumſtantia, quia ex *Pignat. t.* x. *conſ. prima n.* 33. quæ raro conceduntur, non veniunt ſub generali communicatione.

Poſſunt ſinguli Pixides, quibus conceſſum eſt, poſſe quæ- 14
cumque ad Divinum cultum neceſſaria, benedicere; præſertim, quia in earumdem benedictione Sacrum Chriſma non exigitur *Rubric. Pontif. Rom. de Bened. Vaſcul. pro conſer SS. Euchar.*

Corporalia in Ord. Min. de Obſerv. poſſunt benedicere 15
Guardiani, quia licet, ut refert *Miranda cit. q.* 40. *art. primo concl.* 2. fuerit id per Capitulum generale Meclinenſe ad ſolos Provinciales reſtrictum: in Cap. tamen gen. Tolet., celebrato anno 1583. ex appprobatione Cæremonialis Religionis, ut ipſe refert *art.* 2., conceditur ipſis talis facultas.

Sic pariter in terminis Conſt. Leonis, facultate, præfa- 16
ta, aliaque Ornamenta Eccleſiaſtica benedicendi, gaudent ſimplices Sacerdotes, ſi tamen ad id per Cap. gen. fuerint deputati.

Domos non poſſe Regulares, quibus cura Animarum 17
non ineſt Hebdomada Sancta benedicere, declaravit *Sac. Cong. Conc. ſub die* 2. *Julii* 1620. *in una Bononien*, reſpondendo ultimo dubio eidem inter alia à Parochis Bononien, lingua vernacula, porrecto, ut infrà.

„ I Curati della Città, e Dioceſe di Bologna ſupplicano „
humilimente' le Signore V. V. Illuſtriſſime à fare loro tanta „
gratia di determinare, ſe li Frati, che hanno Chieſe non cu- „
rate dentro le Parochie, poſſono fare gl' infraſcritti Atti, per „
provedere alle Controverſie, che naſcono ſpeſſo trà loro. „

1. Annunciare le feſte, e digiuni all' Altare nella Cele- „
bratione della Meſſa? „

2. Raccogliere l' offerte, e dare la Pace al popolo alla „
Meſſa? „

3. Por-

„ 3. Portar Piviale, e Stola per la Parochia fuori della „ Chieſa, o Clauſtro?

„ 4. Quando ſono chiamati alla ſepoltura di qualche mor- „ to, ſe habbino d' andare alla Caſa del morto, o trasferirſi alla „ Chieſa Parochiale, dove ſi raduna il Clero, o pure aſpettare „ in ſtrada?

„ 5. Celebrare la prima Meſſa nelle loro Chieſe avanti „ quella delle Curato?

„ 6. Publicare fra la Meſſa gli Ordini del Signor Cardinale „ Arciveſcovo: i Matrimonii, & altro, che occorra?

„ 7. Predicare nelle loro Chieſe l' Auuento, la Quareſima, „ e frà l' Anno, quando ſi predica nella Chieſa Parochiale?

„ 8. Portar fuori delle loro Chieſe, o Clauſtri Piviale, o „ ſtola, quando fanno le proceſſioni del loro Ordine, o del Cor- „ done, o della Cintura, o del Roſario?

„ 9. Ricevere nelle loro Chieſe le donne alla purificatione „ dopo il parto?

„ 10. Morendo Frati, come auuiene alle volte, & in par- „ ticolare de' Canonici Lateranenſi fuori del Monaſterio, in Ca- „ ſa de' loro parenti, & havendo i Curati amminiſtrato loro i „ Sanctiſſimi Sagramenti, ſe poſſano i loro Snperiori farli por- „ tare di notte alla loro Chieſa, ſenza dirne coſa alcuna al Cu- „ rato, e ſenza darli le ragioni Parochiali?

„ 11. Quando muore alcun loro Superiore, o Maeſtro, „ o Teologo Collegiale in Convento, ſe poſſano farlo portare „ per la Città, per diverſe Parochie, e per la piazza con muſi- „ che, e riti ſtraordinarii, e metterli anche il Piviale ſenza in- „ tervento del Curato?

„ 12. Eſſendo publicato un ordine generale del Signor „ Cardinal Archiveſcovo, che niuno laſci celebrar Meſſa à Pre- „ ti foraſtieri, ſenza prima vedere, che n' habbiano hauta li- „ cenza da ſua Sig. Illuſtriſſ.; ò ſuo Vicario Generale, ſe li Fra- „ ti ſiano tenuti oſſervarlo?

„ 13. Se poſſono raccorre grano uua, legne, e ſimili altre „ Coſe, prima che il Curato habbia raccolte le ſue primitie?

14 Se poſſano benedire le Caſe nella Dioceſi la ſettimana Santa, eſſendo queſto officio del Curato, come ſi legge nel Rituale Romano? „ „ „ „

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad ſingula capita ſuperius poſita hunc in modum reſpondit, videlicet.

„ Ad 1. Regulares non prohiberi dies feſtos, & jejunia in ſuis Eccleſiis annunciare. „ „

Ad 2. Reſpondit poſſe, dummodo à præambulationibus per Eccleſiam, ac ſimilibus Eleemoſynarum eſtorſionibus abſtineant. „ „ „ „

Ad 3. Non poſſe, *vide quoad hoc aliam declarationem* S. RituumCongr. *cap. off. quoad proceſſiones num.* 14. *t.* 2. „ „

Ad 4. Debere ad Parochialem Eccleſiam accedere, ubi Clerus congregari conſuevit. „ „

Ad 5. Prohiberi non poſſe, quominus Miſſa in Eccleſia Regularium celebretur ante Miſſam Parochialis Eccleſiæ. „ „

Ad 6. Non poſſe publicare matrimonia. „

Ad 7. Poſſe, petita etiam benedictione ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo. „ „

Ad 8. Non licere Regularibus hujuſmodi Proceſſiones facere extrà Eccleſias, & ambitum illarum. „ „

Ad 9. Regulares non prohiberi in eorum Eccleſiis mulieres poſt partum ad Purificationem admittere. „ „

Ad 10. Regulares extra Clauſtra decedentes, poſſe ad eorum Eccleſias deferri, etiam Parochis inconſultis. „ „

Ad 11. Non poſſe. „

Ad 12. Non licere Regularibus in ſuis Eccleſiis ad celebrandum admittere Presbyteros Seculares, contra prohibitionem Illuſtriſſimi Archiepiſcopi. „ „ „

Ad 13. Non eſſe id prohibitum Regularibus. „

Ad 14. Non poſſe.. *in lib.* 12. Decretorum ejuſdem S. Congr. *fol.* 45. & apud Peyrin. *de privil. ad Conſt.* 7. Pii V. poſt: §. 10. *num.* 11. „ „ „

18 Quantum verò ad Ovorum benedictionem? affirmativè videtur reſolvendum *Paſquali. ad Laur. de Francbis pe. 2. num.* 6. Sicut enim Regulares liberè ad Purificationem recipiunt Muilieres, ſtatutiſque temporibus, Candelas, Cineres, & Palmas benedicunt, liberèque ab eiſdem Populus recipit: ſic pariter prohiberi non debent, ut Ova benedicant; ex eiſque inferendum, iſtud non eſſe de reſervatis Parocho, ſed actum merè facultativum, ad quem non cogitur Populus: & eſſe propterea in facultate ipſius talem benedictionem recipere, à quo voluerit, vel à Parocho, vel à Regulari; & præſertim, quia ad unum compellens, non eſt lex: verùm habenda eſt ratio conſuetudinis legitimè introductæ.

19 Ad Monaſteria Monialium bendicenda Hebdomada Sancta, vel quovis alio tempore eſt in Clauſuram prohibitus ingreſſus, S. C. 4. *Septembris* 1596. *Floſc. Nicol. verb. Clauſura n.* 27. *& apud Theatrum Regul. verb. Clauſura n.* 3.

CAPUT X.

Officialis quoad Bona Monaſteriorum, & Eccleſiaſticorum.

SUMMARIUM.

1 *Quæ Monaſteria per Trident. poſſint bona immobilia poſſidere?*

2 *Proteſtatio Fratrum Minorum de Obſer. de non admiſſis diſpenſationibus in Regula.*

3 *Nec conſuetudine poteſt induci, ut eiſdem liceat bona temporalia poſſidere.*

4 *Abuſibus introductis Sancta Sedes providit.*

5 *Obſervare debent Decreta Cong. Gen. 17. Maii 1603.*

6 *Non licet ipſis habere Cenſus, & Bona immobilia.*

7 *Quid agendum ſit in caſu, quo ipſis Legata perpetua relinquerentur?*

8 *Facta Proteſtatione, poſſunt eleemoſynas recipere.*

9 *Quid agendum ſit reſpectivè ad Fratres particulares?*

10. *Eſt*

10 *Eſt ipſis prohibita civilis contrectatio pecuniæ.*

11 *Syndicus non poteſt in ſua perſona Legata annua recipere.*

12 *Non poſſunt facere publica Inſtrumenta.*

13 *Quare ſit ex D. Bonaventura Proteſtatio neceſſaria*

14 *Quando fuerint publicata Decreta?*

15 *Formula Proteſtationis.*

16 *Non poſſunt inſtitui Hæredes.*

17 *Ex hæreditatibus, etiam per Syndicum, non poſſunt recipere valorem in fraudem Paupertatis.*

18 *Etiamſi Inſtitutio eſſet ſub conditione.*

19 *Ad quid Hæres teneatur?*

20 *Ipſorum, etiam Eccleſiæ, ſunt hæreditatum incapaces.*

21 *Non poſſunt eſſe executores Teſtamentorum.*

22 *Eſt ipſis prohibita adminiſtratio omnium bonorum, quorumcumque ſint.*

23 *Onera alia realia, quædam perſonalia, & alia mixta.*

24 *Duo copulative requiſita, ut onera cum bonis ad Eccleſiaſticos tranſeant.*

25 *Onera certa, & determinata juxta ſolitum ſolvuntur.*

26 *Limitatur.*

27 *Regulares ſoluunt decimas.*

28 *Impedientes, ne decimæ ſolvantur, excommunicantur.*

29 *Regulares non poſſidentes ſtabilia, non tenentur ad decimas.*

30 *Mutatione perſonæ mutantur bona*, & n. 34.

31 *Cum bonis ad Monaſteria non tranſit taxa ſalis, vel onus pro ſalario medici &c.*

32 *Neque Collectæ.*

33 *Prohibetur, Eccleſiaſticis imponere, & ab eis collectas exigere.*

34 *Privilegium perſonale, mortua perſona, extinguitur.*

35 *Quando Regulares teneantur ad ſolvendum pro reparatione viarum!*

36 *Monaſterium emens bona ſub pacto ſolvendi onera, non tenetur ad perſonalia.*

37 *Bona Patrimonialia Clericorum ſunt immunia ab oneribus ſecularibus.*

38 *Qui non tenentur ad Gabellas de frumento, vino &c.*

39 *Imponentes, & exigentes Gabellas ab Eccleſiaſticis excommunicantur in Bulla Cænæ.*

40 *Et tenentur ad reſtitutionem.*

41 *Bulla Cænæ abrogat omnem conſuetudinem.*

42 *Contra Bullam Cænæ non poteſt allegari ignorantia.*

43 *Coloni Regularium non tenentur ad reparationem pontium, arginum &c. & ibi alia.*

44 *Præjudicium Eccleſiæ, nec de indirecto debet permitti.*

45 *Colentes prædia Eccleſiaſtica, quatenus coloni non ſubduntur Laicis.*

46 *Coloni, alii partiarii, alii perpetui.*

47 *Coloni Regularium excipiuntur ab omnibus oneribus.*

48 *Qui nec pro portione colonica collectari poſſunt.*

49 *Princeps Laicus nil poteſt de bonis Eccleſiæ ſtatuere.*

50 *Coloni Clericorum pro bonis propriis ſolvunt.*

51 *Diſcrimen inter directam, & indirectam violationem immunit: Eccleſiaſticæ.*

52 *Coloni agrorum menſæ Epiſcopalis, durante Colonia, gaudent Privilegio fori: & diſtinguas.*

53 *Syndici Conventus Frat. Min. de Obſ. ſunt exempti à collectis.*

54 *Etiam quoad bona extra locum Syndicatus.*

55 *Et à repreſaliis.*

56 *Nec poſſunt compelli admunia communitatis.*

1 MOnaſteria omnia, quibus, *cap. 3. ſeſ. 25.* Concil. Trid. *de Regul. & Monial.* non prohibetur, poſſunt bona immobilia poſſidere; quæ autem ea ſint, ex eodem conſtat, cum ſtatuat: *Concedit Sancta Synodus omnibus Monaſteriis, & Domibus, tam Virorum, quàm Mulierum, & Mendicantium, exceptis Domibus Fratrum S. Franciſci Capuccinorum, & eorum, qui de Obſervantia vocantur, & etiam quibus, aut ex Conſtitutionibus ſuis erat prohibitum, aut ex Privilegio Apoſtolico non erat conceſſum, ut deinceps bona immobilia poſſidere liceat.*

2 Et quia ipſi Fratres de Corpore Obſervantiæ, ſive Obſervantes, ſive Reformati, ſive Diſcalceati, ſive Recollecti dicantur, in pluribus Capitulis Generalibus, ex teſtimonio etiam Innoc. XI. Conſt. *Sollicitudo Paſtoralis ſub die* 20. *Novembris* 1679. Orb. Seraph. *tom.* 4. & *cap. off. quoad declarat. Regular. S. Fran-*

*S.Franciſci num.*4. proteſtantur, & declarant, ipſum Obſer-
vantiæ Corpus ullam unquam admiſiſſe, vel admittere diſpen-
ſationem in Regula, ſed potius velle pro viribus, Divino fa-
vente auxilio, illam purè obſervare, juxta Summorum Pon-
tificum declarationes, ideo nec conſuetudine induci poteſt,
ut eis liceat bona temporalia in particulari, vel in communi
poſſidere; cum eiſdem, & per Regulam, ac Pontificum decla- 3
rationes, ſit expreſsè prohibitum; tanta enim eſt eorumdem
Fratrum paupertas, ut ſemper alieno utantur, non ſuo: alie-
no vivant, non ſuo: & in alieno habitent, Marchant. *in cap.*4.
*Reg. S. Franciſci tit.*1. *qu.*2. *in fine*.

Abuſibus proinde, aliàs contra prædicta introd uctis, olim 4
providit S. C., à ſan. mem. Urb.VIII. Fratrum Min. de Obſerv.
S. Franciſci Ciſmontanæ Familiæ conſultationibus præpoſita,
dum ſub 14. *Junii* 1628. cenſuit, non eſſe eiſdem permitten-
dum, ut Novitios ad habitum, & profeſſionem recipiant, niſi
prius conſtiterit ex ipſorum Conventibus eos ſuſtuliſſe abu-
ſus omnes, qui Regulæ S.Franciſci obſervantiæ adverſantur.

„ Ac primùm (*ſunt verba decreti*) abdicent à ſe, & eo- „
rum Conventibus, non ſolùm priſtina, ac bona omnia immo- „
bilia, quæ alicubi contra Regulæ puritatem, & declarationes „
fel. rec. Nicolai III., & Clementis V., extra, vel intra ſepta „
Monaſteriorum detinent, ſed etiam Cenſus perpetuos, & Le- „
gata annua, ſuper quibus S. C. præcipit obſervari Decretum 5
Cong. Generalis Romæ habitæ die 17. Maii 1603. (*Orb. Seraph.* „
*tom.*3.) cujus tenor talis eſt.„ „

§. 1. „ Cùm annuos redditus, ſicut cætera bona immo- 6
bilia, habere non liceat, ideo renovantes alia generalia ſtatuta, „
decernimus, quod Frater non inducat Perſonam aliquam ad „
eleemoſiynam perpetuam Ordini noſtro exhibendam, nec ex- „
hibitam à quopiam vivente ſuſcipiat; & ſi aliqua talis nobis „
fuerit relicta, nullo modo in judicio exigatur: declarantes, „
quod ad perpetua Legata petenda, non poſſunt Fratres recur- „
rere, niſi humiliter, & per modum eleemoſynæ, abſque alle- „
gatione alicujus debiti.„ „

§. 2. „ Decernitur præterea, ac præcipitur per ſanctam 7
Obe-

„ Obedientiam, quod quoties relinqui contingat aliqua Legata „ perpetua aliquibus perſonis, & Hoſpitalibus, vel alicui Rei- „ publicæ, & aliis Domibus, ea lege, quod teneantur Fratribus „ præſtare ſingulis annis certam eleemoſynam, omnino gratis, „ ſive, ut ipſi Fratres dicant certa Officia, & Miſſas; quod Guar- „ dianus faciat proteſtationem ei, qui Teſtatoris voluntati ad- „ implere tenetur: quod, cum ad illas eleemoſynas nullum jus „ habeant ex vi Legati, non poſſunt obligari ad illa Officia, & „ Miſſas.

8 §. 3. „ Si tamen, facta iſta proteſtatione Hæres ex ſua „ libera voluntate voluerit dare eleemoſynas illas, & committe- „ re Fratribus dicta Officia, & Miſſas; tunc Fratres tuta con- „ ſcientia poſſunt eleemoſynas hujuſmodi recipere. „

9 §. 4. „ Quod totum, & multò fortius in relictis Legatis „ ſingularibus Fratribus ſimili modo faciendum eſſe decerni- mus. „ Quò ad hæc praxis eſſe debet, ut nonniſi in neceſſita- tibus, & cum licentia Prælatorum ea acceptent, & ad ea recur- rant; à quibus, ut notat Roderico *reſolut.* 88. *num.* 10. *in fine*, non eſt permittendum practicari, niſi raro, cum maxima cau- tela, & à paucis, ne inde ſcandalum Secularibus præbeatur, & aditus relaxationi aperiatur; & ita, ut ſciant, quod „ Quæ

10 vis contractatio pecuniæ, *ex cit. Inn. XI. Conſt.*, ſeu denario- „ rum, quæ non ſit purè naturalis, ſeu quæ ſit quovis modo po- „ litica, cujuſcunque Domini ſint denarii, ſeu pecunia, Fratri- „ bus Min. Obſervantibus, ſeu de Obſervantia, eſt omnino pro- „ hibita. „

11 §. 5. „ Inhibemus autem, ne Syndicus in ſua perſona hu- „ juſmodi annuos redditus recipiat, diſtribuẽdos ipſis Fratribus.

12 §. 6. „ Item ſtatuitur, ut deinceps nulla inſtrumenta pu- „ blica fiant à Fratribus capitulariter congregatis, nec quocun- „ cunque alio modo ſe habentibus, in quibus transferatur domi- „ nium, & proprietas alicujus Capellæ, ſive ſepulturæ, cum hoc „ omnino ſit contra Regulam, & noſtro repugnet inſtituto; nam „ quomodo aliquis dat, quod non habet? Si tamen occaſio ſe ob- „ tulerit, in qua operteat ſatisfacere devotæ fidelium voluntati, „ id fiat per modos noſtræ Regulæ, & Inſtituto congruentes. „

§. 7.

§. 7. „Eſt autem proteſtatio neceſſaria, ne, ut ait D. Bo- 13
naventura, ab ignorantibus noſtrum Inſtitutum, Regulæ no- „
ſtræ tranſgreſſores judicemur. „ „

Lecta, & publicata fuere præfata Decreta die 15. Junii 14
1628. in Cong. Generali Fratrum Min. de Obſ. (celebrata 10. „
ejuſdem menſis) in præſentia Eminentiſſimi Cardinalis Gipſii, „
Præſidentis ejuſdem Congregationis. Ex quibus aliqua hic in „
paragraphos diſtincta tranſcripſi; cæterum per extenſum videri poſſunt in *Reg.* 8. *Curiæ Ciſm. ab anno* 1627. *ad* 1631. *Bull. Cherub. tom.* 4.; Fagnan. *cap. nimis prava pag.* 106. *Orb. Seraph. tom*, 4. in quo ex errore notatur, Congregationem illam celebratam eſſe anno 1629., cum ex regeſto aliter ſit. „.

FORMULA PROTESTATIONIS.

„ Nos Frater N., Guardianus Conventus N., & diſcreti 15
ejuſdem, dicimus ad noſtram notitiam perveniſſe, quod N. cer- „
tam eleemoſynam huic Conventui diſtribuendam, perpetuò „
gratis, vel forſan pro aliquibus Miſſis, & officiis celebrandis, „
legaſſe; cumque legata hujuſmodi, niſi per ſimplicem eleemo- „
ſynam, ex noſtra Regula nobis acceptare non liceat, per præ- „
ſentes proteſtamur in Domino, quod legatum prædictum, „
tanquam incapaces, ex vi legati recipere nolumus, nec inten- „
dimus: ſi tamen hæres, aut executor teſtamentarius dictam „
quantitatem, per viam ſimplicis eleemoſynæ, omni obligatio- „
ne, dominio, & proprietate, penitus ceſſantibus, Nobis liberè „
conferre voluerit, illam ſimpliciter accipiemus, & piæ teſtato- „
ris voluntati, quantùm in Nobis fuerit, plenè, & fideliter ſa- „
tisfaciemus &c. „ Quæ, à Guardiano, & Diſcretis, ac ſigillo Conventus firmata, eſt adnotanda in libris ejuſdem Conventus, & danda deinde executori Teſtamenti.

Sicut eiſdem bona poſſidere non licet, ſic nec permittere 16
debent ſe hæredes inſtitui, cum hæreditas ex Marcant. *cit. in cap.* 6. *tit. unico, quæſt.* 1. *dub.* 1. jus quoddam dicat; & ulterius, quia ad id ex Regulæ inſtituto ſunt incapaces ex Clementina. *Exivi* §. *Cupientes, uidenda cap. off. quoad declaratio nem Regul. S. Franciſci*.

Nec

17 Nec valent recipere ex hæreditatibus valorem, vel, etiam per Syndicum, eam pecuniarum ſummam, quæ mendicitati repugnat & altiſſimæ paupertati adverſatur, *eadem ibid.*

18 Etiam ſi inſtituerentur hæredes ſub conditione, ut bona ſcilicet hæreditatis venderent, & pretium erogarent in uſum Fabricæ, vel Sacriſtiæ, eorumque neceſſitates; quia licet inſtitutio ad effectum vendendi, fortè non repugnet Regulæ in his, quæ ſpectant ad rerum dominium, & poſſeſſionem: tamen conſiderandum eſt, Fratres ſic inſtitutos, nunquam deſinere eſſe hæredes, & in eos tranſire jura, actioneſque activè, & paſſive; quia hæres tenetur de facto, de contractu, & delicto De-
19 functi: poteſt conveniri actione perſonali, quatenus non poſſideat: conſcientiamque tenetur exonerare Defuncti, & ad plura alia per Fagnanum *cap. nimis prava de exceſs. Prælat. pag. mihi* 22. *num.* 38. Fratribus autem ipſis hujuſmodi ſe implica-
20 re litigiis repugnat, ut ipſa Clementina habet: Quæ etiam pro ipſorum Eccleſiis, videntur incapacitatem concludere.

21 Et eoſdem deputari non poſſe Executores teſtamentorum, firmat ipſa §. *Verum*; quibus quoque eſt adminiſtratio, bono-
22 rum, cujuſcumque ſint, prohibita, prout *cit. Conſt.* Innoc. §. 10.

Quæritur, an bona ad Eccleſias, Monaſteria, & Eccleſiaſticas perſonas, quovis titulo, pervenientia, tranſeant cum oneribus?

Solutioni præmittitur onerum diviſio, quorum alia realia,
23 quædam perſonalia, & alia mixta dicuntur; apud Sperellum *deciſ.* 36. *num.* 15. *Realia*, ea ſunt, quæ rebus, & poſſeſſionibus imponuntur, ita ut res ſint immediata cauſa impoſitionis, quæ illis eſt annexa: *Perſonalia*, quæ imponuntur, perſonis: & per Piaſecum *prax. par.* 2. *cap.* 4. *art.* 8. *num.* 6., corporali labore, vel animi proviſione abſolvuntur, nulla habita ad bona, & patrimonium inſpectione, & in his perſona eſt immediata cauſa impoſitionis; *Mixta*, quæ principaliter imponuntur perſonis propter bona, vel bonis propter perſonas; ex quibus patet, quod nec perſona ſola, neque bona tantum ſint finalis immediata impoſitionis cauſa, ſed utrumque ſimul, & in iſtis

quan-

quantitas impoſitionis, rem directè, ejuſque eſtimationem & obligatio, vinculum, & neceſſitas ſolvendi, perſonam reſpicit per optimè ab eodem Sperello tradita *num.*17.

Quibus notatis reſolvitur, ea cum ſuis oneribus tranſire, ſi duo copulativè concurrant; *Primum*, ut onera ipſa ſint me- 24
rè realia, ideſt ipſis fundis infixa, & bonis propter bona, non autem propter perſonas, impoſita; *Secundum*, ut ſint certa, perpetua, invariabilia, & determinata, non autem ex aliquibus urgentiis impoſita, & illis in totum, vel ex parte ceſſantibus removenda, vel minuenda; ut idem tradit Sperellus *deciſ.*35. *num.*2. ideò excluduntur exactiones extraordinariæ pro arbitrio Principum imponendæ apud Engel. *de privil. Monaſt. privileg.*2. *num.*8., & in his terminis procedit vulgata regula, quod bona tranſeant cum onere ſuo, ex *cap. cum non ſit in homine*, *de decimis lib.*2. *tit.*30., & *cap. tributum* 23. *qu.*8.

Hinc, ſi ex bonis, priusquam ad Eccleſiaſticas perſonas pervenirent, fuit ſolitum, ut quædam certa, & determinata onera, vel tributa Principibus ſecularibus ſolvantur, ea impo- 25
ſterum, ex communi DD. ſententia, perſolvi debent.

Super quo legi poſſunt plura apud Panimoll. *deciſ.*6. *adnot.*2. ubi *num.*8. refert ſic fuiſſe reſcriptum Epiſcopo Æſino. *La Santità di Noſtro Sig. comanda, che gl'Eccleſiaſtici del Caſtello di Belvedere, tanto Secolari, quanto Regolari, ancorche Mendicanti, paghino, per li beni, che poſſiedono, le Collette, che eſige quella Communità per li peſi Camerali, quando però eſſi beni ne foſſero gravati prima, che veniſſero in mano loro; onde in queſta conformità V.S. sarà contenta aſtringere quelli, che ſi moſtrano renitenti. E Dio la proſperi. Roma li* 28. *Giugno* 1634. *Di V.S. come fratello il Cardinal Barberino.*

Et procedit, dum impoſitionis tempore, verè, & realiter bona fuerint in Laicorum dominio; nam ſi Eccleſia, Clericus, 26
vel Monaſterium nulliter eis expoliati fuiſſent, vel ob hoſtium incurſum, aut ſimili alia ratione illorum amiſiſſent poſſeſſionem, & interim, tamquam à Laicis poſſeſſa, fuiſſent onere reali gravata, certè reintegratis Eccleſia, Clerico, vel Monaſterio bona remanerent ab omni nexu, & vinculo libera, & ad pri-

ſtinam reverterentur libertatem, ut tenuit Rota *in Alben. Gabellæ, ſeù Onerum* 28. *Jun.* 1630. *coram* Merlino *apud alleg.* Sperellum *num.* 5.

Sic, ſi bona aliqua, jam ante obligata ad ſolvendas decimas prædiales (eas nimirùm, quæ ex fructibus prædiorum deben-
27 tur, ut vino, frumento, oleo, pomis, fœno, & ſimilibus) acquirantur de novo per Regulares, tranſeunt cum ſuo onere, & ii ab obligatione, & onere ſolvendi non eximuntur, niſi à S. Sede ſpeciale Privilegium eos ſpecificè eximens, obtineant, prout pluries firmavit S. Cong. Concilii, quæ in una *Camerinen.* 15. *Novembris* 1659. apud Nicol. *prax. jur. cān. lib.* 3. *tit.* 3. declaravit, ut ſequitur: *Sac. Cong. &c. cenſuit bona, & prædia, quæ dum à Laicis poſſidebantur, decimarum ſolutioni erant obnoxia, ad Regularium Monaſteria cum ſuo onere tranſire, ac propterea Regulares teneri illas ſolvere Parochialium Eccleſiarum Rectoribus, quemadmodum tenebantur Laici, priuſquam bona ipſa in Monaſterii proprietatem tranſtuliſſent; dictiſque Regularibus non ſuffragari allegata privilegia, ſed requiri ſpeciale privilegium poſterius Sac. Concil. Trid. cum individua derogatione cap. nuper*. Similem declarationem exhibet, Piaſec. *prax. Epiſc. par.* 2. *cap.* 4. *artic.* 9. *de decimis à num.* 21. aliaſque idem Nicol. *Floſc. verſ. decimæ num.* 3., & Pignatell. *tom.* 1. *conſ.* 356. refert in una *Polonien. ſeù Cracovien. Decimarum die* 17. *Jun.* 1645. ſic fuiſſe ab eadem reſolutum. *Sac. Cong. &c. Iterum, atque iterum auditis Regularibus, & præcipuè Patribus Societatis Jeſu, eorumque juribus, ac Privilegiis maturè diſcuſſis, cenſuit ab eiſdem Patribus, & aliis Regularibus, ſolvendas eſſe Parochis, & aliis Beneficiatis, decimas, quæ ſolvebantur à Laicis, priuſquam bona in ipſorum Patrum Societatis Jeſu, & aliorum Regularium proprietatem fuerint tranſlata, firmis tamen remanentibus tranſactionibus deſuper factis*: vide Barboſa *de offic. & poteſt. Parochi par.* 3. *cap.* 28. §. 3. *num.* 43.

Nota allegato *cap. nuper de decimis lib.* 3. *tit.* 30. diſponi decimas eſſe ſolvendas de prædiis, bonis, & terris, quæ per Religioſos de novo acquiruntur: ſive ea propriis manibus, vel alienis excolant, dum antea erant decimis obſtricta; decreta-

lis

lis non ad ſolos Ciſtercienſes reſtringitur, ſed ad alios Regulares extenditur, ut Textus expreſsè.

Similiter Trid. *cap.*12. *ſeſs.*25. *de reform.* præcipit decimas eſſe ſolvendas; ubi excommunicantur quotquot eas, aut ſubtrahunt, aut impediunt; quos abſolvi non vult, niſi plena reſtitutione ſecuta. 28

Ad quas etiam tenentur Moniales, prout eadem Sac.Congreg. 1.*Septemb.*1629. ejuſdem Nicol.*prax.* teſtimonio decrevit; quibus non poteſt ſuffragari prætenſa, quaſi poſſeſſio, niſi ſit immemorabilis cum fama privilegii.

Ad eas, ut idem refert, non tenentur Regulares non poſſidentes ſtabilia, & qui de eleemoſynis vivunt, ut item Sacra Congreg. ſub *die* 7. *Octob.*1625. in ſpecie pro Obſervantibus 29 diſpoſuit; & apud Lantuſca *ver.Gabella num.*3. legitur Epiſtola Subcollectoribus Decimarum directa ſub *die* 2.*Maii* 1662. id exprimens.

Si onera, aut non ſint mere realia, aut non ſint perpetua, & invariabilia, cum bonis ad perſonam privilegiatam pervenientibus, tamquam illis non annexa, non tranſeunt; & ſic procedit regula illa, quod mutatione perſonæ mutantur & 30 bona, prout ibid. ſcripſit Sperellus.

Qui *num.*7. reſolvit, ad Monaſteria, Clericos, & Eccleſiam cum bonis non tranſire taxam ſalis, nec onus impoſitum pro ſalario Prætoris, Medici, Magiſtri Grammaticæ, Satelli- 31 tum, cæterorumque Officialium; & ponderat rationem, quam DD. quos cumulat, reddunt, quod ea ſcilicet ſint onera merè perſonalia, & debeant imponi, & diſtribui per capita, & perſonas nulla ad bona ratione habita.

Neque etiam ex Piaſeco *cit.* ad ea cum bonis deſcendunt collectæ, quæ omnimodè ab oneribus merè realibus, rebuſque infixis diſtant,& imponuntur principaliter perſonis pro rebus, 32 cum reſpectu ad bona; in quo obſervandum ex *cit.* Sperello *num.*24. aliud eſſe, quod quis aliquid pro re præſtare debeat, quod eſt ad collectas teneri, aliud vero quod ex re præſtare teneatur; hoc poſteriori caſu directè res ipſa obligatione afficitur: in priori autem non res, ſed perſona, dicitur obligata; &

Digitized by Google

ideo cum in eo obligatio ſit perſonalis, reperiri non poteſt, ubi invenitur perſona, quæ obligari nequit, ut eſt Eccleſiaſtica, utpotè Laicali poteſtati non ſubdita: & res mutavit ſtatum.

Facit Textus in *cap.quia nonnulli de immunit. lib.3. tit.23. in* 6. in quo Alex.IV. acriter eos reprehendit, qui libertatem,
33 immunitatemque Eccleſiarum lædere, ac minuere, & audent *tallias, vel collectas, ſeu exactiones quaſcumque Eccleſiis, vel perſonis Eccleſiaſticis imponere, vel exigere ab eiſdem pro domibus, prædiis, vel quibuſcumque poſſeſſionibus, ab eiſdem Eccleſiis, vel perſonis Eccleſiaſticis legitimè hactenus acquiſitis, vel impoſterum acquirendis; etiamſi ipſæ Eccleſiæ, vel perſonæ, vel bujuſmodi ſint infra illorum diſtrictum, vel territorium, conſtitutæ*; ubi notandum eſt verbum *Imponere* futuras, & verbum *Exigere* antiquas collectas, etiam ante acquiſitionem impoſitas, reſpicere, ut optimè ponderat Suarez *ad Regem Angl. de immunit.Eccleſ.lib.4.cap.20.num.*19. apud Sperellum *num.*19.

Sicut, ſæpiſſimè ampla Clericorum patrimonia, quæ prius erant immunia, ex ipſorum in Laicos translatione, collectarum, & pedagiorum oneribus ſunt obnoxia, prout apud allegat. *num.*31. in terminis tradunt DD. hac moti ratione, quod mutatione perſonæ, privilegium propter perſonam conceſſum,
34 extinguitur; ſic, ut contrariorum eadem ſit diſciplina, mirum, nec durum videri debet, ſi è contra bona obnoxia, pro quibus perſona aliqua obligatur, immunia evadant, ſi ad perſonam privilegiatam tranſeant.

Sed quid, ſi neceſſitas, vel utilitas publica ſit, non tantum ſtatum Laicorum, ſed etiam Monaſteriorum concernens, ut cum Patria ab hoſtibus eſt defendenda, vel reficienda via, quæ ad ipſorum bona acceſſum præbet, poſſunt ne, etiam Monaſteria, ob bona, quæ poſſident contributionibus onerari?

Dicendum in ſimilibus caſibus, cum æquum ſit, ut etiam oneribus ſubſit, qui commodum ſentit, ideo, etiam Eccleſiaſti-
35 ci, ſuam partem conferre debent, non tamen ſoli, neque ex authoritate Magiſtratus ſecularis, ſed ſi Laicorum facultates non ſufficiant, rogandi ſunt Prælati Eccleſiaſtici, ut ſuis Subditis collectas imponant; & ſi periculum non ſit adeo imminens,

prius

prius Summus Pontifex eſt conſulendus, cujus intereſt communibus Eccleſiæ utilitatibus providere, Textus expreſſus *cap. non minus*, *cap. adverſus de immunit. lib.3. tit.49.*, *& cap. quod olim. eodem tit. inter extravag. com.*, & notavit *cit.*Engel.

Si Monaſteria emant bona, cum pacto ſolvendi onera, non tenentur ad perſonalia, ſed dumtaxat ad realia, quæ ſunt certa, & invariabilia, & ante venditionem impoſita, prout Sperellus *num.*178. reſolvit, allegans reſolutionem Sac. Cong. *ſuper controverſ. juriſdict. in una Taurinorum 26. Martii* 1629. concludens, quod ſi Monaſterijs bona donentur cum pacto, ut onera ſolvant, & collectas, ad id tenebuntur; & *num.*41. extendit ad etiam in futurum imponendas, ſi cum tali reſtrictiva à privata perſona (quæ cum ſit ſuarum rerum domina, & moderatrix, poteſt in illis onera ſibi beneviſa imponere) relinquantur. 36

Etenim in caſu per Engel. *cit. à num.*8. *in fine* bona non abſolutè, ſed ſub certis reſervationibus ad Monaſteria tranſeunt.

Bona patrimonialia Clericorum, eis aſſigniata in titulum patrimonii, ad effectum ſuſcipiendi Ordines Sacros, ſunt immunia ab oneribus ſecularibus, & privilegiis gaudent, bonis 37
Eccleſiaſticis conceſſis, per edocta magiſtraliter à Gloſs. *ad cap. Epiſcopus de præbend. lib.3. tit.5. in ver. ſubſidium*; tradit Piaſec. *cit. art.4. cap.8. à num.7.*, Quaranta *ſumm. Bullar. ver. vectigal propè initium*.

Quod redditur certum ex diſpoſitione Conc. Trid. *ſeſſ.21. cap.2. de reform.* ſtatuentis bona in titulum patrimonii aſſignata, alienari ſine licentia Epiſcopi non poſſe, adeout alienatio aliter facta ſit ipſo jure nulla, propter dictionem *nullatenus* in decreto contenta, quæ ex Barboſa in Conc. Trid. *ad ſeſſ. & cap. cit. num.*62. nullitatem ipſo jure importat, per quæ probatur Clericorum patrimonia, res Eccleſiaſticas dici; loco enim beneficii ſuccedunt, & illius naturam ſortiuntur per Sperellum *deciſ.*184. *num.*18.

Propter quod ea, etiam in caſibus à jure non expreſſis, iiſdem privilegiis gaudent, ut ibid. ponderat Sperellus contra Abba-

Abbatem *alleg. à* Piaſec. *num.*7., *& deciſ.*37. *num.*77. refert eam fuiſſe mentem Sac. Congreg. *ſuper controver. juriſdiƈt. in una Auximana die* 22. *Januarii* 1629., & in una *Nullius* 30. *Maii* 1628. in qua diƈtum fuit titulum non extingui ipſo jure per aſſecutionem beneficii ad viƈt m ſufficientis; ac propterea patrimonium non amittere immunitatem eidem in traditione Ordinum conceſſam.

Unde non tenetur ad gabellas de frumento, vino, aliiſque fruƈtibus, ex iiſdem fundis, ſeù redditibus præbendarum ſua-
38 rum colleƈtis Piaſec. *ibid.*; & etiam, quoad ea, ſunt à colleƈtis exempti, prout in terminis emanavit reſolutio à Sac.Congreg. Immunit. in una *Volaterrana* 18.*Decemb.* 1629. apud Sperell. *cit. dec.*37. *à num.*76. ut infra; *Epiſcopus acriter reprebendatur, quia bona, etiam patrimonialia Clericorum ſunt immunia à colleƈtis Laicorum, nec ab Eccleſiaſticis, etiam ſpontè dantibus, aut ſolventibus exigi poſſunt, abſque incurſu cenſurarum, ideoque conſulat ſuæ conſcientiæ, ac revocet executionem, & omnia inde ſecuta, illiuſque Vicarius accedat ad Urbem ſub pœna ſuſpenſionis ipſo jure incurrendæ, ac privationis beneficiorum, & inhabilitatis ad ea obtinenda.*

A quibus, etiam Ragulares, ipſorumque bona, & res ſunt immunia, eiſque, & ipſorum bonis, colleƈtas, gabellas, & alia onera abſque ſpeciali Romani Pontificis licentia imponentes, & exigentes, aut ſic impoſita, etiam à ſpontè dantibus, & con-
39 cedentibus recipientes, excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrunt, ut habetur clarè in Canone 18.ejuſdem.

Qua quidem ligantur omnes, & quotquot *per ſe, vel per alios direƈtè, vel indireƈtè prædiƈta facere exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel favorem præſtare non verentur*, ut ibid. clarè Textus, adeoque etiam Cuſtodes Pontium, Portus, vel Fluminis, aut Portæ Civitatis, à Clericis, & Regularibus petentes, eoſque ſæpè cogentes, ut ſolvant datia, & gabellas; in quo item graviſſimè peccant, cum obliga-
40 tione reſtitutionis; Deum, & immunitatem Eccleſiæ enormiter lædunt, ac multos Canones infringunt, & ſignanter Bullam Cœnæ, *& cap. Eccleſiæ S.Mariæ de conſt. lib.*1. *tit.*2. *cap.*

adver-

adverſus de immunit. lib.3. tit.49. cap. noverit de ſent. excomm. lib.5.tit.39 cap.quamq. de cenſibus in 6. lib.3.tit.20., & Clement. *præſenti eodem tit. lib.3. tit.13.*

Nec poſſunt Miniſtri, & Officiales ſe clypeo conſuetudinis defendere, quamlibet enim Bulla Cœnæ infringit, abrogat, & damnat; in qua fulminantur excommunicationes quacumque conſuetudine non obſtante, ut advertunt cum Sperello alleg. *deciſ.37. num.48.* DD., & in terminis legitur Can. 15., ac 41
etiam *prætextu cujuſcumque conſuetudinis, aut privilegii.*

Nec Exactores, & qui ad Portam Civitatis, vel in alio loco deſignato ad gabellas exigendas præponuntur, excuſantur ab incurſu cenſurarum in Bulla Cœnæ, aliiſque Conſt. contentarum, ſi ab Eccleſiaſticis exigant, propter probabilem juris, vel facti ignorantiam, quidquid poſt Navarrum ſcripſerit Quaranta *loco alleg. ver. item ab hujus*: nam Bulla Cœnæ eſt ſatis nota: quot annis ubique locorum publicatur:ad omnium 42
notitiam deducitur, omnemque ignorantiam pellit, ut tradit Sperellus *deciſ. cit. in fine vid. cap. off. quoad immunit. Eccleſ. & Monaſteriorum num. 53.* ideo contra ibi diſpoſita non poteſt ignorantia allegari.

An autem Clericorum, & Religioſorum Coloni, ad eorundem bonorum culturam deſtinati teneantur, gravari, & cogi poſſint ad onera Laicalia, ut ad laborandum, vel per ſe, aut bobus, & equo ad arcium conſtructionem, pontium, arginum, viarumque reparationem, foſſatorum mundationes, ſalis vectationem, & hujus generis alia?

Negativè dicitur cum Sperello *deciſ. 41. 42. & 43.* firmatque Panimolla *cit. deciſ.6. adnot.7. num.6.* quæ eſt vera, & ſequenda ſententia juxta Canones ſuper immunitate Eccleſiaſtica editos, & concludentibus fundamentis probatur. 43

Primò, ex eo, quod tametſi diceretur hujuſmodi onera directè dirigi contra Colonos, & ſic adverſus perſonas Laicas impoſita, negari non poſſet, quin de indirecto tenderent contra Clericos, & Regulares, illoſque gravarent; nam per optimè ſequitur, quod ſi Coloni ipſi ad præfatorum agrorum culturam deſtinati, in enunciatis oneribus occupentur, nequeant

debito

debito tempore præeſſe prædiis, vel frugibus, & ex eo reſultat, quod Eccleſiaſtici minorem quantitatem fructuum percipiant; etenim terra eo eſt fęcundior, quo frequentiùs, & tempeſtivius colitur, ideo ex directo Colonorum gravamine ad enunciata Eccleſiaſticorum, de indirecto inſurgit præjudicium, ut ipſe ponderat Sperellus *deciſ.*41. *num.*62.; quæ verò nequeunt directè concedi, nec per indirectum ſunt permittenda Textus apertus *cap.ſtatutum de hæreticis in 6. lib. 5. tit. 2. cap.4. de privileg. lib.5. tit.*33. ſuper quo conveniunt DD. ab eodem *ibid. alleg.*, & docent ſtatutum contra Subditos ſubſtineri non poſſe in iis, in quibus affert in conſequentia Eccleſiæ præjudicium.

Ideo Princeps ſecularis avertens præfatorum colonos à bonorum cultura, & impediens, ne arent, ſerant, laborent, fructus colligant, vel aſportent, tempore maxime, quo prædia, & fruges opera indigent, & cultura; vel illos cum Clericorum, & Regularium jactura gravans ex obſervatis, & ab eodem, & DD. ibid *cit. n.* 66. incidit in excommunicationem latam in Bulla Cænæ, ex quo reſtringat Eccleſiaſticam libertatem, impediendo Eccleſiaſticos libere re ſua uti, quatenus operatur, ut eorumdem bona propter impedimentum colonorum nequeant coli, & arari, ut oportet, & exigitur.

Secundo, idem oſtenditur, ex quo coloni ab hujuſmodi onerum immunitate illecti, & certi de exemptione à ſimilibus, melioribus, & Eccleſiæ utilioribus condititionibus, ea bona excolant; quæ utilitas ab Eccleſia non recipitur, ſi à ſimilium gravamine non ſint immunes; concurrere autem ad hanc utilitatis carentiam eſt indirecte lædere, & reſtringere
14 Eccleſiaſticam immunitatem; quod quidem, quemadmodum directe prohibitum eſt, ſic indirecte permitti non debet, ut ibid *n.* 68. arguunt DD. *& can.* 15. *&* 18. *Bullæ Cænæ*, utrumque interdicitur; ejuſdemque cenſuram affirmat Quaranta, *ſum. Bullar. ver. Vectigal. verſ. item hujus*: ligare, ne dum quando onera directe Eccleſiaſticis, & eorum colonis, verum etiam, ſi aliis, quorum damna ad ipſos redundaret, imponuntur. Et

Digitized by Google

Et confirmari poteſt, ex quo hujuſmodi impoſitio gravaminum ſuſtineri non poſſit; etenim cum onera imponantur perſonis pro rebus, & pro rata prædiorum, ac ſuper iſtis, ut in materia fundentur, incapacitas habetur ex parte materiæ, prædia enim ad Eccleſiaſticos ſpectant, & extra Principis juriſdictionem ſunt conſtituta, ideo incapacia, ut recipiant diſpoſitionem ſtatuti à Principe, editi quoad ſpecificum effectum onerandi ſubditos Sperellus *n.* 53. *&* 54.

Et facit quod Coloni, quatenus ſunt coloni, & ſub iſta qualitate uti colentes prædia Eccleſiaſtica, non ſubdantur Principi Laico, ut docuit Sperellus *n.* 30. & Pignatellus *tom.* 45 *pr. conſ.* 165. *num.* 16. & Panimolla *cit. adnot.* 3. *num.* 7. ratione enim bonorum Eccleſiaſticorum ſubjacent foro Eccleſiaſtico, ſicut, & ipſa bona, ideo ſi eis, ad hæc habito reſpectù, aliquid præcipiatur, non tenentur parere; ſtatuta enim Laicalia, nec Clericos, neque eorum bona ligant, ex poteſtatis defectu tex. ad *cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtitutionibus lib. pr. tit.* 2.

Concluſio procedit tum in Colonis partiariis, ſic dictis juxta Caluinum *Lexicon Juridicum*, quia fructus cum Dominò dividunt, ad quod facit Gloſſ. *in Clement. Religioſi de decimis* 46 *in ver. excolendas*: inter quos, & Eccleſiaſticos ex Sperello *n.* 25. reperitur contractus Societatis, in quo Eccleſiaſtici ponunt prædia, & bona, coloni vero ſemina, animalia, & operas, ut fructus inde naſcentes æqualiter dividantur, & forte propter hoc vulgo vocantur quoque *Mezzaroli*, etiam juxta reſolutionem S. Cong. Immunit: apud Pignatellum *conſ.* 467. Tum in iis, qui non ſunt partiarii, ſed perpetui, & adſcripti, qui Clericorum, & Regularium nomine ipſorum prædia colunt, & ad panem vinum eorum ſtant, prout *deciſ.* 42. *n.* 11. Sperellus Obſer. Conductitii per Panimol. *n.* 49. non ſunt immunes; verum limitarem in caſu, in quo nullum præjudicium Eccleſiaſticis obveniret.

Quoad Colonos Regularium utriuſque ſexus non eſt dubium, præſertim poſt Conſt. B. Pii V. *dum ad uberes* alleg. *cap. offic. quoad Gabellas num.* 2. eximentis eorum colonos ab 47

R om-

omnibus oneribus in ea expreſſis, quæ per adnotata à Quaranta à loco *cit. ver. Privil. Regularium*, non comprehenditur ſub conſtitutione revocatoria Gregorii XIII. *incip. in Tan&a* Panimoll. *num.* 46. & Sperellus ſæpe cit.

Quorum, & Clericorum coloni nequeunt collectari,
48 vel ad collectas pro portione colonica compelli, quia non pro fructibus, ſed pro prædiis fit ſolutio, ut pluribus relatis, ſcripſit Sperellus *deciſ.* 44. *num.* 4. & Panimoll. *num.* 6. quod oſtenditur ex forma imponendi collectas; quæ non imponuntur, niſi prius res ipſa æſtimetur, & deſcribatur in Cataſtro, ut ſecundum æſtimationem, & pro viribus patrimonii taxentur, unde impoſitio reſpicit rem, & non fructus; & facit, quod in cataſtro deſcribi, nec per Laicos æſtimari poſſint bona Eccleſiæ, Clericorum, & Regularium, utpote extra Laicam juriſdictionem conſtituta, ideo incapacia, ut ſint materia æſtimationis, & deſcriptionis, importantium, per ſurdum ab eodem *n.* 10. allegat. actum juriſdictionis; qua caret Princeps Laicus, qui nec in ſpiritualibus, nec in temporalibus quidquam de bonis Eccleſiæ ſtatuere poteſt *arg. in cap. quæ in*
49 *Eccleſiarum de Conſtitutionibus lib.* 1. *tit.* 3. quam exemptionem pro portione colonica eſſe firmatam à S. Cong. Epiſ. in una Oppiden. 18. *Septembris* 1618. refert. Panimoll. alleg. *num.*6. ampliat ipſe, etiam, dum eſt à ſolo ſeparata ibid *n.* 45.

Concluſionem limitant DD. apud Sperellum *deciſ.* 42.
50 *num.* 17. quoad onera colonis impoſita reſpectu bonorum proprio nomine poſſeſſorum; unde pro bonis propriis ſolvere tenentur per expreſsè diſpoſita à S. Cong. *immunit.* 29. *Maii* 1646. apud Panimoll. *cit. adnot.* 7. *à num.* 45. quia coloni Clericorum, cum cæteris Laicis concurrere tenentur ad omnia onera, in quibus neq; directe, neque indirecte, præjudicatur Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticis perſonis, nevè ex eo reſultat indirecta immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ violatio; quæ ſemper in facto habetur, tametſi in verbis non appareat, dum actiones, quæ directe perſonas Laicas afficiunt, ordinantur ad gravandos Eccleſiaſticos, vel illorum bona, ut poſt
51 Suarez *in tract. de defenſ. fidei lib.* 4. *cap.* 33. *num.* 6. tradit Sperellus

rellus *deciſ.* 41. *n.* 82. *cit.* ubi concludit diſcrimen inter directam, & indirectam violationem conſiſtere ſolum in modo, nam reipſa idem eſt, quia effectus ita in Eccleſiaſticos redundat, ut illos directe afficiat, ſi ſit oneroſus, vel indebite impediat, ſi ſit favorabilis.

Quæ limitatio videtur applicabilis colonis Regularium per diſpoſita à Pio alleg. conſt. in qua eos immunes facit ab omnibus, & ſingulis oneribus, ut plenius in ea continetur, 52
quod ipſe Sperellus, *deciſ.* 42. *num.* 20. notavit.

Colonos partiarios Agrorum menſæ Epiſcopalis, durante colonia, non modo exemptione ab actionibus, verum & fori Privilegio, gaudere, cum aliqua tamen modificatione determinavit Sac. Conſulta in una Peruſina 9. *Janua.* 1610. tenoris, ut ſequitur.

Illuſtre, e Molto Reverendo Sig. come Fratello la Sac. Conſulta ſopra la difficoltà, che ſi faceva intorno alli coloni partiarii delle terre, della menſa Epiſcopale, quando doveſſero godere il Privilegio del foro. hà riſoluto, che ſempre, che li coloni partiarii lavorino li poderi intieri delle dette menſe Epiſcopali, che per il più ſogliono conſiſtere in diverſi pezzi di terra, ò vero in un ſol pezzo di capacità, che faccia una poſſeſſione, ò un podere intiero, che ſi occupino in tutto, ò per la maggior parte nella colonia di quello, in tal caſo debbano godere il Privilegio del foro; ma ſe lavoreranno un pezzo di poca quantità, ò ſi occuperanno per la maggior parte del tempo in lavoare i beni proprii, in tal caſo non godino il Privilegio del foro Epiſcopale; e ſecondo queſta diſtinzione potrà V.S. nelli caſi occorrenti oſſervare, & il Sig. la conſervi: Roma 9. Gen. 1610. -- Come Fratello il Cardinal Borgheſe. Quam refert Sperellus *deciſ.* 128. *num.* 33. & ſucceſſivè affirmat fuiſſe reſolutum à S. Cong. Immunit. in una *Civit. Plebis die* 23. *Decembris* 1627. & *in una Viterbien. ſub eadem die*; & deinde *in una Neocaſtren* 13. *Auguſti* 1629. idem *deciſ.* 42. *num.* 21.

Syndici quoque & Procuratores Conventuum Frat. Min. de Obſer. declarantur, quoad bona, in loco Syndicatus poſſeſſa, exempti à ſolutione collectarum, & oneribus à commu- 53

 ni-

nitate impoſitis, vulgo dictis, *communitativi* ad præſcriptum Conſt. *Dum conſideramus* Clement. VII. *cit. cap. offic. quo ad Syndicum num.* 24 *tom.* 2. in qua intuitu laborum, quos hujuſmodi Syndici in beneficium dictorum Fratrum aſſidue ſuſtinent, eos relevare voluit à quibuſvis moleſtiis, quæ pro tempore poſſent eis inferri; ut ſic faciliùs reperirentur perſonæ, quæ curam Syndicatus ſuſciperent; quod quidem non obtineretur, ſi onus Syndicatus, Privilegium non inferret exemptiuum à cæteris collectarum oneribus; ad quæ ſi tenerentur, non eſt dubium ipſos Fratres ex eo præjudicium reputaturos; nam quilibet tunc onus Syndicatus, vel non ſuſciperet, vel dimitteret ſuſceptum, ſi cum eo deberet alteri collectarum de neceſſitate ſubeſſe; ne ſupra vires gravaretur, propter quod Fratres ipſi contra puritatem Regulæ cogerentur per ſe ipſos exequi, quæ agenda forent, & nunc tractantur à Syndicis; unde cum ex directo Syndicorum gravamine, quo ad collectas, de indirecto Fratrum præjudicium inferatur, immunitas quo ad eas debet concludi.

Quæ ampliatur quoque, quo ad bona exiſtentia in locis extra eum Syndicatus S. Cong. Boni *regiminis* 24. *Januarii*
54 1699. *loc. cit. num.* 30.

Quoſque S. Cong. Immunit. *die* 7. *Januarii* 1699. ibid.
55 *num.* 29. declaravit exemptos à repreſaliis; & ſub *die* 10. *Maii* 1669. allegat. *loco n.* 27. cenſuit compelli non poſſe ad exercenda munia publica Communitatis, ut Depoſitarii, Cancellarii Prioris &c. ſuper quo reſcriptum refert Lant. *ver.*
56 *Syndicus num.* 2.

CAPUT XI.

Officialis quoad Capellas.

SUMMARIUM.

1 *Capellæ, & Altaria poſſunt ſine dote erigi; limitatur.*

2 *Quis provideat Altare Capellæ, de paramentis, mappis &c.*

3 *Di-*

Digitized by Google

3 *Diſtinguitur cum Genuen., & Sperello.*
4 *Ædificans Altare videtur ſe obligare ad neceſſaria pro Miſſis.*
5 *Quæ dos dicatur ſufficiens?*
6 *Conſuetudo reficiendi Eccleſiam aliquando à populo tranſit ad Rectorem.*
7 *Inſignia, & arma fundationem oſtendunt.*
8 *Et devotionem erga Deum, & Sanctos.*
9 *Non poſſunt abradi.*
10 *Reipublicæ intereſt, ut dignitas familiæ conſervetur.*
11 *Heres non poteſt ſua arma affigere in Capella.*
12 *Miſſæ, in Capella erecta in Eccleſia Regularium, ab iſtis celebrantur.*
13 *Nec hæres poteſt pro ſuo libito deputare alios.*
14 *Fratres Min. non ſunt capaces legatorum cum onere Miſſarum: limitatur.*
15 *Legata facta, pro oleo lampadis recipere poſſunt.*
16 *Capellæ, & ſepulturæ quomodo concedendæ?*
17 *Pro conceſſione nil poteſt peti.*
18 *Bene vero recipi ſponte datum.*
19 *Multa inboneſte petuntur, quæ boneſte recipi poſſunt.*
20 *Conceſſiones fiunt de aſſenſu, & conſilio Capituli.*
21 *Altaria, & Capellæ Confraternitatum exiſtentium in Eccleſiis Regularium, quando ſubſint viſitationi Epiſcopi.*

Licet Eccleſiæ ſine dote conſecrari non debeant *cap. placuit, pr. quæ. 2. & cap. cum ſicut de conſt. Eccl. vel Alt. lib. 3. tit. 40.* imo nec fundari, *ut ibi Gloſ. in ver. Regina*, niſi à Patrono ei d e dote primo provideatur, quæ ſufficiat pro conſervatione ipſius, pro luminaribus, ſtipendiis Miniſtrorum, & cuſtodum, aliiſque neceſſariis, *cap. nemo Eccleſiam de conſecrat. diſt. pr. juncta Gloſ. ad alleg. cap. placuit*; in quo conveniunt DD. Engel. *colleg univ. Jur. Canon. lib. 3. tit. 48. num. 6.* Piaſecus *prax. Epiſc. p. pr. cap. 2. art. 3. num. 3.* Genven. *prax. cap. 109. num. pr.* Altaria, tamen & Capellæ in Eccleſia ſine 1
dote erigi poſſunt, maximè ſi ad ornatum Eccleſiæ ſint conſtructa, quia tunc ſufficit Eccleſiam fuiſſe dotatàm; ſecus di-

cen-

cendum de illis conſtructis pro Miſſarum celebratione, nam tunc neceſſaria ad id debent haberi per Genuenſem ibidem.

2 Ideo quæritur, an Patronus Capellæ, an vero Rector, aut Monaſterium teneatur illam reparare, & providere Altare de paramentis, mappis, ornamentis, calice, patena, luminariis, & cæteris neceſſariis ad celebrationem?

Et quamq; videatur injunctum rectoribus Eccleſiæ, vel Capellæ, onus, ipſas reficiendi, & reparandi ex *cap. quicumque & cap. de his de Eccleſ. ædificand. lib.* 3. *tit.* 48. & ex eo probetur, quod, qui ſentit commodum, teneatur quoque ferre onus, juxta Regulam 55. *juris in* 6. & onus extendatur, etiam ad ornamenta neceſſaria ſuperius enunciata, ſine quibus divina celebrari non poſſunt; quia fabricatio Eccleſiæ, & præparatio ornamentorum à pari procedunt, & parificantur *cap. de his de teſtamentis lib.* 3. *tit.*26. & ibi: *in ornamentis, ſeu fabrica, luminariis, ſive aliis ad perpetuum cultum Divinum*.

3 Attamen non eſt ſic obſolute firmanda concluſio per Genuenſem ibid *num.* 13. & Sperellum *deciſ. 68. num.* 11. ſed juxta diſtinctionem ab alleg. conſideratam: nam vel Patronus, & Fundator ab initio dedit dotem ſufficientem pro mercede Sacerdotis, fabricæ, & ornamentorum manutentione; & tunc nullatenus ipſe eſt inquietandus, ſed tenetur Rector, vel Conventus; aut dotem paruam, & inſufficientem aſſignavit, & tunc Patronus tenetur; facit Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 7. *de ref.* & ex eo deducitur per Abbatem à Sperello *num.* 15. alleg. quod fundans Capellam teneatur illam competenter dotare; quemadmodum Pater filiam; maximè, quia ædifi-

4 cans Altare Sacerdotale videtur ſe obligaſſe ad dotem dandam pro neceſſariis concurrentibus ad Miſſarum ſolemnia; nam, qui vult unum, videtur voluiſſe omnia, perquæ pervenitur ad illud *arg. ex cap. Præterea lib. pr. tit.* 29. *de offic. deleg.* idem Panimolla *deciſ.* 15. *num.* 9. applicat Confraternitatibus Laicorum, ut dicemus *cap. quoad Confraternitates*.

Et procedit per Sperellum *deciſ.* 67. *num.* 12. ut, ſi dos Capellæ pereat, teneatur Patronus ad iterum dotandum, in quo ſi negligens fuerit, poterit jus Patronatus alteri dotanti

ad

ad judicari, eique præceptum fieri de aſſignando ſufficientem, & competentem dotem ſub pœna providendi de Compatrono, vel alia, & interim de providendo de mappis, paramentis, cæteriſque neceſſariis, Genuen. ibid.

Ubi firmat Patronum Capellæ non ſemper teneri alere Capellanum celebrantem, bene vero providere de dote ſufficienti, habito reſpectu ad Stipendia, quæ ſolent dari, pro Miſſis; unde in caſu ſufficiens dos illa reputatur, quæ corre- 5
ſpondet neceſſariis paramentis, & oneri Miſſarum, quas Capellanus debet ibi, per hebdomadam celebrare; alia ſuper ſufficientia dotis, vide in Gloſ. *ad alleg. cap. Cum ſicut in ver. conſervanda*.

Nota, quod quando inducta eſſet conſuetudo, quod populus, & reſpectivè Patronus ſubiret onus reparandi Eccleſiam, & ornandi Capellam, ab ea recedendum non foret, etiam nata ſufficienti dote *per Innoc. in cap. fin. de his quæ fiunt à majori parte Capituli*, & *Genuen. ad locum alleg.*

Super quo Sperellus allegat. *deciſ.* 68. *num.* 24. conſiderat, quod ſi conſuetudo, quæ onus reparationis, & fabricæ 6
Eccleſiæ, ac ornatus Capellæ transtulit in Populum, vel Patronum, orta fuit, dum redditus erant tenues, & Populus exiguus, auctis deinde redditibus beneficii, excreſcente Populo, decimis multiplicatis, itaut, & ad Rectoris ſubſtentationem, & in Eccleſiæ reſtaurationem, cæteraque neceſſaria ſufficiant, ab eo ille liberetur, & in Rectorem tranſeat; ut apud eum ſcripſit Navarro de Spoliis *Clericorum* §. 10. ſub *num.* 73. alia plura, ipſo digna, alleg. *deciſionibus* 67. & 68. ipſe Sperellus notavit.

Fundationem Capellæ demonſtrant ex Panimolla *deciſ. x. adnot. pr. num.* 65. inſcriptiones, arma, & inſignia familiæ in- 7
ſculpta in marmoreis Lapidibus, vel pariete Capellæ, quæ regulariter apponi non ſolent in re, vel ædificio, alienis ſumptibus conſtructo.

Et licet non appareant, ita antiqua, ut dici poſſit appoſiſita fuiſſe in fundatione, nihilominus conducunt ad proban- 8
dam fundationem; quia præſumuntur per Patronos, vel

Fun-

Digitized by Google

Fundatores appoſita ad conſervationem, vel ſui juris, vel oſtendendam devotionem erga Deum, & Sanctos, ut dixit Rota *deciſ.* 13. *ſub num.* 3. *parte pr. Recent. ab eodem alleg.*

Quæ, ſive probetur eſſe appoſita in fundatione, vel ob reſtaurationem, aut meliorationem, nulli nunquam, ſive Rectori, ſive Conventus Prælato, licet ea abradere & removere,
9 vel, ut memoria fundationis, aut benefactoris deperdatur, vel, ut aliorum nomina, & inſignia ibi ponantur, ut ibid. ipſe Panimoll. *num.* 68. & alleg. Genuen. *num.* 3. ſcribunt.

Nam, ut concludenter Genuen. *num.* 2. probat, eriguntur Capellæ cum Sepulturis, armis, & inſcriptionibus, (quæ ſunt ordinata ad conſervandam fundatoris, & benefactoris memoriam) ad oſtendendam excellentiam devotionis ipſius,
10 ejuſdemque domus, erga Deum, & Sanctos; intereſt autem Reipublicæ *L.* 1. *§. publicæ ff. de ventre inſpicendo* apud Genuen. ut familiarum dignitas conſervetur; quæ dignitas ex ædificio Capellæ, & in hac ex monumentis dignoſcitur: fixis ideo *num.* 4. Genuen. concludit hæredem non poſſe ſua arma
11 affigere in Capella, in qua ſunt illa fundatoris, ne memoria defuncti deperdatur.

Erigens Capellam in Eccleſia Regularium cum onere, ut quolibet die certus Miſſarum numerus in ea celebretur,
12 ſine ſpecificatione perſonæ, à qua debeant celebrari, celebrandæ ſunt à Socerdote Regulari Monaſterii: Nec Fundator poteſt ad ſuum libitum pro hujuſmodi celebratione Sacerdotes Seculares, vel Regulares alterius Ordinis, deputare, niſi ipſi Regulares conſentiant; ad quod facit Decretum S. Cong. relatum à Nicolio *Can. lib.* 3. *tit.* 33. *de Regularibus num.* 15. ubi diſponitur in caſu, quo teſtator Miſſas celebrandas in Eccleſia Regul. relinquat ſine expreſſione perſonæ, non poſſe hæredem pro ſuo libito Sacerdotes Seculares deputare *quæ cen-*
13 *ſuit, præfatos hæredes non poſſe pro ſuo libito Oratoribus* (PP. nimirum Ord. Prædicatorum, qui libellum porrexerant) *invitis deputare pro prædicta celebratione Miſſarum in eorum Eccleſia Sacerdotes Seculares, ſeu alios, cujuſcumque Ordinis, Regulares; ſed omnibus præferendos eſſe eoſdem Oratores, quatenus*

ipſi

ipſi Miſſis ſatisfacere non recuſent, quibuſcumque non obſtantibus die 16. Novembris 1657.

Super quo poſſet cum Engel. *de privil. Monaſt. priv.* 44. *n.* 4. ponderari, quod quamquam fundator, vel teſtator, ſuam mentem expreſsè non aperuerit, debeat præſumi fuiſſe, ut Miſſæ legantur à Regularibus Monaſterii, non modo, quia non eſt veriſimile eum voluiſſe eos Regulares excludere, & ſe reſtringere ad Clericos Seculares, præſertim quia ſolent ab hominibus Religioſorum preces multum deſiderari, verum etiam, quia nimis eos gravaret per impoſitionem oneris, quod maximè eorũ communitatem perturbaret, quod quidem ſequeretur, ſi Clerici contra eorum voluntatem poſſent aliquod jus in Monaſterio prætendere.

Verum ſi Capella cum tali onere fuiſſet erecta in Eccleſia Min. de Obſer. & ex diſpoſitione Fundatoris deberent ab iiſdem Fratribus celebrari Miſſæ, hujuſmodi onus in ſe non 14
poſſunt ſuſcipere, cum ſint incapaces legatorum annuorum, quæ fiunt adjecto onere celebrationis Miſſarum, juxta dicenda *cap. eſſ. quo ad legata.*

Limita, niſi onus ſolvendi, & correſpondendi cum eleemoſynis pro celebratione, eſſet directè apud hæredes, quia tunc, per modum puræ eleemoſynæ, poſſent ſtipendia pro miſſis debita per Syndicum recipere, ut *ibid. n.* 10., & ex doctrina Rotæ *in Turritana legatorum coram Emerix*; quæ tenuit quoque eoſdem Fratres capaces eſſe legatorum factorum pro oleo lampadis; ideo, ſi Fundator pecuniam legaret, ad effectum, ut 15
quotidiè ad Altare Capellæ lampas arderet, poſſet eorumdem Syndicus legata recipere; quorum pretium in alios uſus Fratrum converti nequiret.

Nequeunt Regulares ſine conſenſu Sedis Apoſtolicæ alienare, & aliis in jus, & proprietatem concedere Capellas, & Sepulturas ad præſcriptum *cap. Ambitioſæ*, ut ibi latè unanimiter DD. & nos fuſius *cap. eſſ. quo ad res Eccleſ. & Monaſteriorum* 16
non alienan. plura notamus. poſſunt tamen eam Fundatori concedere, vel ad uſum ſepulturæ pro ſe, & ſuis, vel ut eam ampliet, & ornet, quæ conceſſiones per Quaranta *Summ.*

Bullar. ver. alienatio rerum Eccleſiæ num. 29. *v.Decimo quarto
amplia*, ſub ea prohibitione non comprehenduntur, nec alie-
nationis naturam habent,imo potius id eſt Eccleſiæ acquirere,
quam alienare.

Cæterum pro ea conceſſione nil exigi poteſt, etiam ubi
in contrarium vigeret conſuetudo *cap.abolend.e de ſepult.lib.*3.
*tit.*29. *cap.non ſatis de Simonia lib.*5.*tit.*3. quod firmat Genuen.
17 *prax.cap.*41. *num.*28. reprobans, quoſdam in eo, quod dixe-
runt pro dignori ſitu poſſe ratione Capellæ, & ſepulchri ali-
quid peti, ut quoque docuit Engel. *Colleg.Univ.Jur.Can. lib.*3.
*tit.*28. *à num.*16., & Panimoll. *deciſ.*5. *adnot.*3.*num.*68.; nam
cum Canones, & jura generaliter prohibeant aliquid accipi
pro loco Capellæ, & ſepulturæ, nec diſtinguant inter dignio-
rem Eccleſiæ locum, vel alium, nec nos juxta vulgatam regu-
lam, diſtinguere debemus.

Unde conceſſio Sepulchri, vel Capellæ gratis debet fieri,
& in inſtrumento apparere de ſpontanea conceſſione loci ex
parte Eccleſiæ, & libera donatione Capellæ ex parte recipientis;
ut in conceſſione ſic qualificata ſcandalum ceſſet,& ſuſpicio evi-
tetur ſimoniæ, & avaritiæ.

Cæterum, tametſi Regulares, & Clerici nil poſſint petere
pro loco Capellæ, & Sepulturæ, attamen, dum Laici recipien-
18 tes aliquid ſpontè, ſine pacto, & conditione dare velint, recipi
non prohibetur, *cap.tua nos de ſimonia*; imo, ſi ſit laudabilis
conſuetudo, ut aliquid ab eis ſolvatur, poſſunt, poſt conceſ-
ſionem ſine pacto factam, ex eodem Genuen. *cap.*76. *num.*9. ad
illam obſervandam compelli *cap.ad Apoſtolicam de ſimonia*: ubi,
& Gloſs. *ad alleg.cap. Abolendæ in ver.exigere*, illud prohibetur,
19 non hoc, vel à ſpontè dantibus recipere: multa enim inhone-
ſtè petuntur, & petere prohibemur, quæ honeſtè recipi poſ-
ſunt *cap.de Eulogiis diſt.*18. *cap.placuit prima quæſt.*2. *cap.Quæ-
ſta eſt* 13. *qu.* 2. *V. cap. Off. quo ad declarat. Regul. S.Franciſci*,
*num.*28.

Conceſſiones Capellarum, & Sepulchrorum fieri debent
de conſilio, & aſſenſu Capituli, & ſic neceſſariò, ut aliter factæ
20 nullæ declarentur *cap.novit*, *cap.ea noſcitur*, *cap.tua de his, quæ*

fiunt

ſiunt à Prælat. ſine conſ. Capit. differentiam inter requiri conſilium, & conſenſum, habes alleg. *cap. quo ad declarationem &c. num.*40, ibi vide.

Capella, & Altaria Confraternitatum exiſtentium in Clauſtris, vel Eccleſiis Regularium ab Epiſcopis viſitari non poſſunt, niſi in iis, quæ Confraternitatum adminiſtrationem reſpiciunt, per Barboſ. *ad ſeſſ.*22. *cap.*8. *de reform.* Conc. Trident. *num.*24., & dicta *cap. Off. quo ad Confrater. num.*6. 21

CAPUT XII.

Officialis quo ad celebrationem Miſſarum.

SUMMARIUM.

1 *Non poſſunt Regulares impediri, ne Miſſas celebrent.*
2 *Et ne Campanas pulſent.*
3 *Fideles audiendo Miſſas in Eccleſiis Regular. ſatisfaciunt præcepto de audiendo Miſſam.*
4 *Non poſſunt anticipatè celebrare pro eo, qui primò ſtipendium dederit.*
5 *Pœnæ contra non promotos, celebrantes.*
6 *Sacerdotes ſeculares benignè recipiendi.*
7 *Praxis in admittendis cæteris ad celebrandum.*
8 *Cùm Regulares non conſentiunt Miſſas à Teſtatore relictas, ut per Sacerdotes ſeculares legantur in ſuis Eccleſiis, alibi poſſunt celebrari.*
9 *Hæredes non poſſunt pro ſuo libito deputare Sacerdotes ſeculares ad legendas Miſſas in Eccleſiis Regular.*
10 *Conſt. Innoc. XII. confirmatoria decretorum editorum à S.C.C. ſuper celebrat. Miſſarum.*
11 *Sacrificium Miſſæ eſt propitiatorium, ſatisfactorium, & impetratorium.*
12 *Fructus generaliſſimus Sacrificii reſpicit totam Eccleſiam.*
13 *Sacerdos, ut publicus Miniſter, pro omnibus Fidelibus celebrat.*
14 *Fructus ſpecialiſſimus, ſeù per-*

perſonalis, correſpondet ipſi Sacerdoti.

15 *Fructus medius applicatur à Sacerdote ei, pro quo celebrat.*

16 *Fructus ex opere operato non provenit ex bonitate Miniſtri.*

17 *Fructus ex opere operantis commenſuratur bonitati Miniſtri.*

18 *Sacerdos celebraturus debet præmittere Confeſſionem, ſi egeat.*

19 *Vel quam primum confiteri, ſi copia Confeſſoris deſit.*

20 *Sacerdos debet eſſe in gratia, dum celebrat.*

21 *Trident. præcipit Confeſſionem.*

22 *Quando dicatur deeſſe copia Confeſſoris!*

23 *Poteſt quis excuſari ab integritate materiali Confeſſionis.*

24 *Confeſſarius aliquando cenſetur moraliter abſens.*

25 *Neceſſitas requiſita, ut quis inconfeſſus, contritus tamen, celebret.*

26 *Senſus clauſulæ* quam primum confiteatur.

27 *Non poteſt recipi ſtipendiũ pro applicatione fructus correſpondentis Sacerdoti.*

28 *Non poteſt, unica Miſſa, ſatisfieri duplici obligationi, applicando uni fructum ſatisfactorium, & alteri impetratorium.*

29 *Applica ad caſum, quo Religioſus tenetur celebrare pro Fratre defuncto.*

30 *Privilegium perſonale ſequitur perſonam.*

31 *Obligationi certæ, incerta applicatione, non ſatisfit.*

32 *Non eſt probabilis opinio contra quam eſt Sedis Apoſtolicæ decretum.*

33 *Quando ex ſequela opinionis minus probabilis, & tutæ, ſequitur tertio irrecuperabile damnum, non poteſt ſequi.*

34 *An poſſit Religioſus contra intentionem Prælati offerre Sacrificium.*

35 *Recipiens ſtipendium à Petro debet ex pacto ei Miſſam applicare.*

36 *Superior, & Subditi unum Corpus Religionis efficiunt.*

37 *Religio obligatur ad legendas Miſſas per ſuos Religioſos.*

38 *Applicatio à Prælato facta valet.*

39 *Inferior, ut membrum Corporis, tenetur ad contractus, quos licitè, & validè*

lidè facit Superior.

40 *Religioſus celebrans contra intentionem Prælati peccat contra votum Obedientiæ.*

41 *Applicatio Miſſæ Sacerdotis Subditi abſolutè non dependet à obedientia Prælati.*

42 *Poteſtas conſecrandi, & abſolvendi, eſt Ordinis.*

43 *Ad abſolvendum requiritur, etiam poteſtas juriſdictionis.*

44 *Formula applicandi Sacrificium.*

45 *Parochi ad minus diebus Feſtis tenentur pro ſuis Ovibus Sacrificium offerre.*

46 *Circa tres Miſſas, & Communionem in Nocte Nativitatis Domini.*

47 *Feria quinta in Cœna Domini non celebratur Miſſa in Eccleſiis, in quibus non aſſervatur SS. Sacramentum.*

48 *Tridentinum revocat privilegia celebrandi in Altari portatili.*

49 *Regulares nec in Clauſtris poſſunt in eo celebrare.*

50 *Benè verò in fixo.*

NEqueunt Regulares impediri, quin Miſſas in propriis, & alienis Eccleſiis celebrent, Pius V. Conſt. *Et ſi Mendicantium* 17. *Kal. Junii* 1567. *Bull. Cherub. tom.* 2. *ubi*.

§. 8. „ Volumus quod Fratribus Mendicantibus hujuſmodi non ſolùm prohiberi non poſſit, ne Miſſas, & alia Divina Officia faciant in eorum Eccleſiis, verùm etiam in quibuſcunque aliis, ubi celebrari Miſſas ſolitum eſt; etiam ipſis non vocatis, ſeù ad id requiſitis, celebrare valeant: Hoc ultimum intelligas de Rectorum, & eorum, ad quos ſpectat, aſſenſu.

Etiam tempore, quo Parochi ipſi in ſuis Eccleſiis celebrăt, ut ipſe §. 22. „ Prohibemus inſuper eiſdem Ordinariis, ac aliis quibuſcunque perſonis, ne impediant ipſos Fratres, quando eis placuerit, tàm in diebus Dominicis, ſeù feſtivis, aut aliis totius anni temporibus, Campanas pulſare, & etiam tempore, quo ipſi celebraverint, Miſſas celebrare. „

Et poſt indultum Pii adeſt Decretum S.C. Regul. 10. *Octobris* 1586., ſtatuentis: „ Ordinarii non impediant Fratres pulſare Campanas ad Matutinum, ad Horas, & ad Miſſam, ante-

„ antequam pulſetur Campana majoris Eccleſiæ, præterquam
„ in die Sabbati Sancti. „ *Confeſſ. Coll. Priv. Mend. par.* 1. *V. cap. off. quoad privil. num.* 2. §. 12. *tom.* 2.

Imo priuſquam Parochi celebrent, ex eodem §. 8. Pii :
„ necnon Miſſas, *ait*, & Divina Officia hujuſmodi, etiam in
„ diebus Dominicis, vel feſtivis, etiam antequam Rector Paro-
„ chialis Eccleſiæ celebraverit, celebrare, & facere, quando eis
„ videtur; „

Nec ſunt impediendi Fideles, quin diebus Dominicis, & feſtivis ad Regularium Eccleſias, Divinorum Officiorum tempore, atque ad audiendas in eis Miſſas accedant. Neque dicendum præcepto de Miſſis diebus feſtivis audiendis, eoſdem non ſatisfacere; oppoſitum enim idem Pius citato §. exprimit ſic:
„ Ac etiam quicunque utriuſque ſexus Chriſti Fideles totius An-
„ ni tempore illas, & in Eccleſiis Fratrum hujuſmodi audire poſ-
„ ſint. Ipſi Chriſti Fideles ullatenus deſuper moleſtari, aut im-
„ pediri per Locorum Ordinarios, ſeu Rectores Parochialium
„ Eccleſiarum, aut alios quoſcunque ullo pacto, cauſa, vel oc-
„ caſione, non valeant, ſeu debeant, ſed præfati Chriſti Fideles
„ audiendo Miſſas, & alia Divina Officia in Eccleſia Fratrum hu-
„ juſmodi diebus Dominicis, aut feſtivis, præcepto Eccleſiæ: de
„ illis audiendis ſatisfeciſſe cenſeatur. „ Conſt. non revocatur quoad hoc à Greg. XIII. ut alibi notamus.

Idem ſub 13. *Novembris* 1517. ſanxit Leo X. Conſt. tenoris, qui ſequitur: „ Intelleximus quoſdam in dubium revo-
„ care, & perinde timoratis conſcientiis ſcrupulum injicere, ſi
„ Chriſti Fideles, qui Dominicis, & feſtis diebus extra Eccleſias
„ ſuas Parochiales, Miſſas audiunt in Eccleſiis Fratrum Ordi-
„ num Mendicantium, Eccleſiæ præcepto de Miſſa audienda ſa-
„ tisfaciant. Nos enim ambiguitatem hujuſmodi penitùs tollere
„ volentes, ut cum ſinceriori conſcientia Fideles quique Deo,
„ Creatori ſuo ſerviant, authoritate Apoſtolica, tenore præſen-
„ tium notum facimus, omnes Chriſti Fideles utriuſque ſexus,
„ qui (non contempto proprio Sacerdote Parochiali) in Eccle-
„ ſiis Fratrum Ordinum Mendicantium, Dominicis, & Feſtis
„ diebus, Miſſas audiant, ſatiſfacere præcepto Eccleſiæ de Miſſa

audien-

audienda, nec in aliquam labem mortalis peccati, pœnamvè ,,
incurrere. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque &c. ,, *Conſtit. cit.* ,,

Quod obſervavit Piaſe. *prx Epiſ. par.2. cap.3. art.3. n.21.* notans obligari Parochum ex *Trid. ſeſs.22. in Dec. de Obſ. & evitan. in celeb. Miſs.* ad monendum Populum, ipſumque de præcepto audiendæ Miſſæ diebus feſtivis ſub peccato mortali inſtruendum: cogere tamen non poſſe quempiam ad eam in Parochiali Eccleſia audiendam, quia *Conc. loc. cit* verb. dumtaxat *moneant*, & non alio, utitur.

Omnibus, & ſingulis Sacerdotibus, tam Secularibus, quàm Regularibus prohibitum eſt, Miſſas anticipatè celebrare pro eo, qui primo ſtipendium dederit, & Deus videt daturum; vel ſub conditione in futurum contingente, v.g. *intendo celebrare pro eo, qui proximè mihi eleemoſynam largitus fuerit Sum.* 4
Leand. *verb. Miſſæ ſtipend. num.39.* Layman. *Theo. mor. de Sacrificio Miſſæ lib.5. cap.2. num.13.*, & reperitur tanquam periculoſum, & ſcandaloſum juſſu Clem. VIII., & per Pauli V. Decretum, prohibitum à S. C. C. quod per extenſum referunt Barboſa *2. par. de Offic. & poteſt. Epiſcopi alleg.24. num.12.*, & Lezzana *Summ. Quæſt. Regul. tom.4. verb. Miſſa num.51.*; quod eveniſſe *ſub die 15. Novembris 1605.*, teſtantur.

Prohibitionis ratio eſſe potuit, vel quia hujuſmodi turpis anticipatio lucri, quamdam, quovis titulo Sacerdotibus indignam, rerum Sacrarum mercaturam importet; vel etiam, quia ex eo homines ab eleemoſynis in futurum tradendis pro Miſſarum celebratione retrahi potuiſſent; ſi enim Sacerdos offerenti eleemoſynam reſponderet: *applico tibi Miſſas, quas diebus præteritis celebravi*: ſuſpicari ſemper poſſent, quod tradendo ſtipendia Miſſas non ſint celebraturi, & dumtaxat applicaturi celebratas, quaſi in eorum eſſet poteſtate fructus Sacrificii pro ſuo libito ſuſpendere.

Sacrilega aliquorum ad Sacrum Presbyteratus Ordinem non promotorum, in celebrandis Miſſis audacia, Sancta Sedes ſæpius repreſſit, & poſt Gregorium XIII., & Sixtum V., Clemens VIII. Conſt. *Etſi alias Bull.* Cherub. *tom.3.*, contra eoſdem

dem ſtatuit: „ Ut quicunque non promotus ad Sacrum Preſ-
5 byteratus Ordinem repertus fuerit Miſſarum celebrationem
„ uſurpare, vel Sacramentalem Confeſſionem audiviſſe, à Ju-
„ dicibus S. Inquiſitionis, vel locorum Ordinariis, tamquam
„ Eccleſiæ miſericordia indignus, à Foro Eccleſiaſtico abjiciatur,
„ & ab Ordinibus Eccleſiaſticis, ſi quos habuerit, ritè degrada-
„ tus, ſtatim Curiæ Seculari tradatur, per Judices Seculares de-
„ bitis pœnis plectendus.

Quia verò plures, ſpretis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ſtatutis pęnis, ſe beneficio minoris ætatis, nequaquam ſubjacere aſſerebant, in eoſdem Urbanus VIII. *Conſt. Apoſtolatus Officium Bull. Cherub. tom.4.* ſic decrevit: „ Nos deteſtantes &c.
„ hac noſtra perpetua valitura conſtitutione, ſtatuimus, & de-
„ cernimus, ut de cætero perpetuis futuris temporibus, qui
„ impoſterum ad S. Presbyteratus Ordinem non promotus,
„ Miſſam celebrare, aut Sacramentalem Confeſſionem audire,
„ præſumpſerit, ætate minori annis viginti quinque, non ex-
„ cuſetur, quo minus eidem Clementis Conſtitutioni ſubjicia-
„ tur, dummodo vigeſimum ſuæ ætatis annum compleverit.
„ Ipſeque non promotus, ſic delinquens, nulla habita conſide-
„ ratione præfatæ ætatis, ſivè Laicus, ſivè Clericus Secularis,
„ aut cujuſvis Ordinis, Congregationis &c. tradatur Curiæ Se-
„ culari debitis pœnis plectendus. „

Cùm Seculares Presbyteri in Eccleſiis Regularium, ex propria devotione voluerint, celebrare poſſint, & benignè recipiantur juxta diſpoſitionem Leonis X. Conſt. *Dum intra* ſe-
6 pius cit. „ ac tam Prælati, quàm Presbyteri Seculares, qui
„ vinculo excommunicationis ligati non fuerint, Miſſas in Ec-
„ cleſiis domorum eorumdem, devotionis cauſa, celebrare volen-
„ tes, celebrare poſſint. Ipſique Fratres tales celebrare volentes,
„ libenter recipere debent. „

Exteri autem, & peregrini à Regularibus admitti non debent ad celebrandum in propriis Eccleſiis, niſi ſervata forma ſequentis Decreti. „ Die 11. Auguſti 1649. in Congrega-
„ tione Sancti Officii Eminentiſſimi RR. Cardinales Inquiſito-
7 res mandarunt intimari Superioribus Religionum, quod man-
dent

Digitized by Google

dent ſuis ſubditis Monaſteriorum, & Conventuum Superiori- „
bus, ne admitant ad celebrandum in eorum Eccleſiis, eorum, „
vel alterius Religionis, exteros, vagos, ſeu peregrinos, niſi „
examinatis diligentèr literis obedientiæ, ſeu aſſignationis, eo- „
rum Superiorum, & teſtimonialibus promotionis ad Sacerdo- „
tium; quo verò ad Sacerdotes Seculares, niſi viſis literis teſti- „
monialibus ſubſcriptis à Vicario Generali, ſeu Foraneo Epi- „
ſcopi loci &c. „ Ut refert Nicol. *praxis totius Juris Can. lib. 3.* „
tit. 13. *de Regularibus num.* 15. Et ſæpè id decreviſſe circa Sacer-
dotes Seculares Sacram Epiſcop: & Regul. Cong. teſtatur.

Ubi tradit Regulares teneri ad conſenſum dandum, &
commodum Presbytero Seculari, qui aliquo titulo tenetur ad
celebrandum certis diebus in ipſorum Eccleſiis, per diſpoſita à
Sacra Congregatione *ſexto Septembris* 1625. cum onere tamen,
ut Presbyter celebraturus ſibi ſuis ſumptibus de ſuppelectili-
bus, cera, cæteroque apparatu Eccleſiaſtico, ad id neceſſario,
provideat.

Cum ex diſpoſitione Teſtatoris deberent in Eccleſiis, v.g.
Fratrum Minorum, celebrari Miſſæ à Presbyteris, ſive Secula-
ribus, ſive Regularibus ad Hæredum arbitrium, & Fratres Mi-
nores nollent conſentire; S. C. C. cenſuit, „ dum Regulares 8
non conſentiunt Miſſas à Teſtatore relictas, per Seculares in „
Regularium Eccleſia celebrandas, ibidem celebrari, poſſe alibi „
celebrari de licentia Ordinarii, ut in una Venetiarum 24. *Sep-* „
tembris 1639. idem loc. cit. „

Et cum Teſtator non exprimit, per quos ſint legendæ in
Eccleſiis Regularium Miſſæ à ſe relictæ, interdicitur hæredibus
poſſe pro ſuo libito pro hujuſmodi celebratione deputare Sa-
cerdotes Seculares, vel alios Regulares; prout ſequitur; „ Sac.
Cong. &c. attentis narratis cenſuit, præfatos hæredes non poſ- „
ſe pro ſuo libito, Oratoribus invitis, deputare pro prædicta 9
celebratione Miſſarum in eorum Eccleſia Sacerdotes Seculares, „
ſeu alios cujuſcumque Ordinis Regulares; ſed omnibus præ- „
ferendos eſſe eoſdem Oratores, quatenus ipſi Miſſis ſatisfa- „
cere non recuſent, quibuſcumque non obſtantibus. 16. *No-* „
vembris 1657. *Dominicani* Nicolio *loco citato*.

T Alia

Alia ad Miſſarum celebrationem neceſſaria apud Summi-
ſtas poſſunt videri, & interim, quæ Sac. Cong. Concilii diſpo-
ſuit, & à SS. D. N. Innocentio XII. Auctoritate Apoſtolica
ſunt confirmata, obſerventur, ut ſequitur.

110 Nuper à Congregatione Venerabilium Fratrum noſtro-
„ rum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum
„ prodierunt Decreta tenoris infraſcripti, videlicet.
„ Aliàs ſuper celebratione Miſſarum, ac prohibitione illas
„ moderandi, ſeu reducendi abſque Sedis Apoſtolicæ licentia,
„ nec non ſuper earundem oneribus perpetuis ſuſcipiendis, &
„ Religioſorum numero ultra redditus, & conſuetas eleemoſy-
„ nas locorum Regularium, non habendo, emanarunt ab hac
„ Sac. Congregatione S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini
„ Interpretum, auctoritate per fel. rec. Urbanum Papam VIII.
„ illi ſpecialiter attributa, quamplura Decreta tenoris ſequentis.
„ §. 1. Cùm ſæpe contingat in quibuſdam Eccleſiis, tam magnũ
„ Miſſarum celebrandarum numerum, ex variis Defunctorum
„ relictis, aut piorum eleemoſynis impoſitum eſſe, ut illis pro
„ ſingulis diebus præſcriptis nequeat ſatisfieri, & tamen nova
„ onera Miſſarum in dies ſuſcipiantur: indeque fiat, ut depere-
„ ant piæ Teſtantium voluntates, obſtricta Benefactoribus fi-
„ des violetur, Defunctorum animæ ſuffragiis priventur, Ec-
„ cleſiis debitus ſubtrahatur cultus, ac Chriſti fideles gravi ſcan-
„ dalo affecti, plerumque à ſimilibus charitatis operibus retra-
„ hantur: Cùmque his malis maximum inter cætera fomentum
„ præbeat, aut quod ii, qui Miſſas ſupra vires celebrandas ſuſcipi-
„ unt, ſperent illas brevi ad pauciorem numerum à Superiori-
„ bus reductum iri: aut quòd Eccleſiis, forte pecuniarum ab-
„ ſumpta, plerumque nuda remaneant onera Miſſarum, abſ-
„ que ullo emolumento, aut quòd eleemoſyna pro illis cele-
„ brandis ſit adeò tenuis, ut non facilè inveniantur, qui velint
„ huic ſe muneri ſubiicere, & redditus Eccleſiæ, aut Monaſterii
„ adeò exigui, ut Sacerdos pro neceſſaria ſua ſuſtentatione no-
„ vis ſe oneribus obſtringere compellatur. Sacra Congregatio
„ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum animadvertens
„ facturam ſe rem Deo gratiſſimam, charitatique, ac juſtitiæ

amxi-

maximè conſentaneam, ſi pro viribus ſatagat, hunc teterrimum abuſum è Chriſtiana Republica convellere, atque eradicare. Sanctiſſimi D. N. Urbani Divina providentia Papæ VIII. auctoritate ſibi ſpecialiter attributa, infraſcripta Decreta edidit.

§.2. Ac primò diſtrictè prohibet, atque interdicit, ne Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quoquomodo reducant onera ulla Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis, ſed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apoſtolicam Sedem recurratur, quæ, re diligenter perſpecta, id ſtatuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur: alioquin reductiones, moderationes, & commutationes hujuſmodi, ſi quas contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas, atque inanes decernit.

§.3. Deinde, ubi pro pluribus Miſſis, etiam ejuſdem qualitatis celebrandis, ſtipendia, quantumcumque incongrua, & exigua, ſive ab una, ſive à pluribus perſonis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Eccleſiis, Capitulis, Collegiis, Hoſpitalibus, Societatibus, Monaſteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac Locis Piis quibuſcumque, tam Secularibus, quàm Regularibus: Sacra Congregatio ſub obteſtatione Divini Judicii mandat, ac præcipit, ut abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint, itaut alioquin ii, ad quos pertinet, ſuæ obligationi non ſatisfaciant: quinimmo graviter peccent, & ad reſtitutionem teneantur.

§.4. Id verò, ut deinceps obſervetur exactiùs, Sac. Congregatio eadem auctoritate, revocat Privilegia, & indulta omnia quibuſvis perſonis, Eccleſiis, ac Locis Piis, tam Secularibus, quàm Regularibus, cujuſcumque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti, quamcumque ob cauſam conceſſa, quibus indulgetur, ut certarum Miſſarum, vel Anniverſariorum celebratione, aut aliquibus Collectis, ſeu Orationibus plurium Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat.

„ §.5. Ac ſimiliter omne damnabile lucrum ab Eccleſia re-
„ movere volens, prohibet Sacerdoti, qui Miſſam ſuſcepit ce-
„ lebrandam cum certa eleemoſyna, ne eamdem Miſſam alteri,
„ parte ejuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam com-
„ mittat.

„ §.6. Præterea, ne in Eccleſiis, in quibus onera Miſſarum
„ in perpetuum impoſita ſunt, Sacerdotes in eis, ut par eſt, ad-
„ implendis eò tepidiores, ac ſegniores reddantur, quod onera
„ hujuſmodi cum nulla, aut parva ſint utilitate conjuncta: ſta-
„ tuit, atque decernit, ut pecuniæ, ac bona mobilia Eccleſiis,
„ Capitulis, Collegiis, Hoſpitalibus, Societatibus, Congrega-
„ tionibus, Monaſteriis, Conventibus, ac Locis omnibus, tàm
„ Secularibus, quàm Regularibus, atque illorum perſonis in fu-
„ turum ſimpliciter acquirenda cum onere perpetuo Miſſarum
„ celebrandarum ab iis, ad quos pertinet, ſub pœna interdicti
„ ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto incurrenda à die realis acquiſi-
„ tionis, ſtatim deponi debeant penès Ædem Sacram, vel perſo-
„ nam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum illa, ſeu illorum
„ pretium quàm primùm inveſtiendi in bonis immobilibus fru-
„ ctiferis cum expreſſâ, & individua mentione oneris, quod illis
„ annexum reperitur.

„ §.7. Ac ſi eadem bona immobilia auctoritate Apoſtolica
„ deinceps alienari contigerit, eorumdem pretium, ſub eadem
„ pœna, ut ſupra, deponi, atque in aliis bonis ſtabilibns itidem
„ fructiferis cum ejuſdem oneris repetitione, atque annexione
„ converti debeat.

„ §.8. Ad hæc Sac. Congregatio quibuſvis Capitulis, Colle-
„ giis, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus,
„ & ſingulis Eccleſiarum, ac Piorum Locorum, tam Secula-
„ rium, quàm Regularium Superioribus, vel aliis, ad quos per-
„ tinet, diſtrictè prohibet, ne impoſterum onera perpetua ſu-
„ ſcipiant Miſſarum celebrandarum, Seculares, quidem ſine
„ Epiſcopi, vel ejus Generalis Vicarii, Regulares verò ſine Ge-
„ neralis, vel Provincialis conſenſu, & licentia in ſcriptis, &
„ gratis concedenda: alioquin Secularis, qui hujus prohibitionis
„ tranſgreſſor extiterit, ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus ſit eo

ipſo

ipſo: Regularis verò pœnam privationis omnium Officiorum, „
quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero „
obtinenda, vociſque activæ, ac paſſivæ, abſque alia declara- „
tione incurrat. „

§. 9. Eleemoſynas verò manuales, & quotidianas pro Miſ- „
ſis celebrandis ita demum iidem accipere poſſint, ſi oneribus „
antea impoſitis ita ſatisfecerint, ut nova quoque onera ſuſci- „
pere valeant: alioquin omnino abſtineant ab hujuſmodi elee- „
moſynis, etiam ſponte oblatis, in futurum recipiendis, & cap- „
ſulas auferant ab Eccleſiis cum inſcriptione illa: *Eleemoſyna* „
pro Miſſis, vel alia ſimili, ſub iiſdem pœnis ipſo facto incurren- „
dis, ne Fideles hac ratione fruſtrentur. „

§. 10. Epiſcopus verò, ſeu ejus Vicarius, aut Generalis, „
vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fue- „
rint requiſiti, in ſingulis caſibus diligenter inquirant, de ſin- „
gulis Miſſarum celebrandarum obligationibus, cuique Eccle- „
ſiæ, Monaſterio, aut Loco Pio incumbentibus: nec antea aſ- „
ſenſum hujuſmodi, aut licentiam præbeant, quàm eis legiti- „
mè conſtiterit, illius Sacerdotes, tam novo oneri ſuſcipiendo, „
quàm antiquis jam ſuſceptis ſatisfacere poſſe, præcipuamque „
rationem habeant, ut redditus, qui Eccleſiis, & Locis Piis re- „
linquuntur, omnino reſpondeant oneribus adjunctis ſecun- „
dùm morem cujuſque Civitatis, vel Provinciæ, intelligant- „
que, ſi in re tanti momenti deſides, aut negligentes fuerint, in „
noviſſimo die ſe hujus prætermiſſi muneris rationem eſſe red- „
dituros. „

§. 11. Poſtremò Illuſtriſſimi Patres non ſine gravi animi „
dolore intelligentes, mala ferè omnia, quæ Regularem diſci- „
plinam evertunt, ac præcipuè nimiam hanc facilitatem fovent, „
in oneribus Miſſarum ſupra vires ſuſcipiendis, veluti ex infe- „
cta radice, pullulare ex majori Regularium numero, quàm fe- „
rant redditus, & eleemoſynæ cujuſque Monaſterii: inhærentes „
Summorum Pontificum, ac Sacri Tridentini Concilii Decre- „
tis, hac de re editis, Sanctiſſimi Domini Noſtri auctoritate, præ- „
cipiunt, ac mandant omnibus, & ſingulis Generalibus, Pro- „
vincialibus, Commiſſariis, Miniſtris, Præſidentibus, Abbati- „

bus,

„ bus, Prioribus, Præpoſitis, Guardianis, Vicariis, & quibuſ-
„ cumque aliis Superioribus Monaſteriorum, Conventuum, ac
„ Domorum Regularium, bona immobilia poſſidentium, vel
„ non poſſidentium, cujuſcumque Ordinis, Congregationis,
„ & Inſtituti, exiſtentium intra fines Italiæ, & Inſularum adja-
„ centium, ut ſinguli, ad quos pertinet in qualibet Provincia,
„ adhibitis duobus, aut tribus Regularibus ſui Ordinis, vel Con-
„ gregationis probatioribus, & rerum uſu peritioribus, bona
„ immobilia, cenſus, redditus, & proventus omnes, conſuetas
„ item eleemoſynas, & obventiones, tam communes Monaſterio-
„ rum, Conventuum, & Domorum ejuſdem Provinciæ, quàm
„ etiam ſingularibus perſonis Religioſis aſſignatas, ſeu permiſ-
„ ſas, in communem uſum deinceps conferendas, decem anno-
„ rum immediatè præcedentium habita ratione, diligenter, &
„ maturè recognoſcant, iis omnibus detractis, quæ reparationes,
„ præſtationes, grandines, ſterilitates, aliave cujuslibet generis
„ onera conſueverunt abſorbere.

„ §. 12. Eaque omnia ſcripto fideliter exarata, idem Superior,
„ cujus intereſt, in proximo Capitulo, ſeu Congregatione ge-
„ nerali, vel provinciali coram tribus Judicibus ab ipſomet Ca-
„ pitulo, ſeu Congregatione deligendis proponat, qui compu-
„ tatis hujuſmodi redditibus, eleemoſynis, & obventionibus
„ univerſis, & oneribus, ut ſupra detractis, ſedulò examinent,
„ quot Religioſi homines, connumeratis etiam laicis, aliiſque
„ neceſſariis ſervientibus, in unoquoque Monaſterio, Conven-
„ tu, & Domo Regulari juxtà regionis, & proprii Inſtituti mo-
„ rem, victum, & veſtitum, & medicinalia in communi ha-
„ bentes, competenter valeant ſuſtentari. Tum eorumdem
„ bonorum, redditu um, eleemoſynarum, & onerum præciſam
„ notam ipſimet Capitulo, ſeu Congregationi exhibeant, ut
„ in illo diligentèr omnibus diſcuſſis, cujuſque Familiæ Mona-
„ ſterii, Conventus, ac Domus Regularis in ſingula quaque
„ Provincia certus earum tantum perſonarum numerus, Pa-
„ trum capitularium voto præfigatur, quæ redditibus, eleemo-
„ ſynis, & obventionibus, ut ſuperiùs, ſufficienter alii poſſint.

„ §. 13. Ne verò Superiores, qui id præſtare debent, ſerius, aut
remiſ-

remiſſiùs, quàm par eſt, ſuo muneri ſatisfaciant: mandat Sa- „
cra Congregatio, ut infra annum, poſt proximum Capitu- „
lum Generale, vel Provinciale computandum, omnia hoc de „
genere capitulariter geſta, in authenticam formam redacta, „
ad Sacram ipſam Congregationem Concilii ſinguli mittant. „

§.15. Numerumque familiæ, ſingulorumque Conven- „
tuum Monaſteriorum, & Domorum hujuſmodi Regularium, „
Capituli, ſeù Congregationis generalis, vel Provincialis ſen- „
tentia, & auctoritate præfinitum, iidem Superiores, tam Ge- „
nerales, & Provinciales omnes, quàm Locales perpetuò ſer- „
vare omninò teneantur, nec poſſint illum quoquomodo au- „
gere, etiam prætextu augumenti reddituum abſque Sacræ ip- „
ſius Congregationis licentia: Superiores autem hujuſmodi, „
qui prædicta omnia in præfixo termino non præſtiterint, vel „
numerum, ut ſupra præſcriptum, quovis modo augere præ- „
ſumpſerint, privationis omnium Officiorum, quæ tunc tem- „
poris obtinebant, vociſque activæ, ac paſſivæ, & ad omnia „
ſuæ Religionis Officia, & gradus, inhabilitatis perpetuam pæ- „
nam eo ipſo incurrere, atque aliis, etiam gravioribus, à Sede „
Apoſtolica infligendis pœnis Sacra Congregatio ſubjacere vo- „
luit, & declaravit. „

§.16. Deinceps verò Monaſterium, Conventus, Domus, „
Congregatio, vel Societas Religioſorum, ſeu Regularium nul- „
libi recipiatur, niſi præter alia ad id requiſita, in ſingulis hujuſ- „
modi locis duodecim ſaltem Fratres, aut Monaci, ſeu Reli- „
gioſi degere, & ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis, de- „
tractis omnibus, ut ſupra detrahendis, competenter ſuſtentari „
valeant, ad præſcriptum decreti felicis record. Gregorii XV. „
hac de re editi: alioquin Monaſteria, & loca hujuſmodi poſt- „
hac recipienda, in quibus duodecim Religioſi, ut ſupra ſu- „
ſtentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inha- „
bitaverint, Ordinarii loci viſitationi, correctioni, atque om- „
nimodæ Juriſdictioni ſubiecta eſſe intelligantur. „

§.17. Porrò, nè ullo unquam tempore hæc in oblivionem, „
ſeu deſuetudinem abeant, Superiores locales cujuſque Mona- „
ſterii, Conventus, ac Domus Regularis, curare, atque effice- „

re

„ re teneantur, ſub pœna Privationis Officii, vociſque activæ, & „ paſſivæ ipſo facto incurrenda, ut in perpetuum, ſexto quoque „ menſe, ideſt, feria ſecunda poſt primam Dominicam Adventus, & feria ſexta poſt Octavam Corporis Chriſti, præſentes ordinationes in publica Menſa perlegantur.

„ §. 18. Omnibus, tam Eccleſiaſticis perſonis cujuſcumque „ ſint Ordinis, conditionis, & gradus, quàm Laicis quocumque honore, & poteſtate præditis, præſentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitùs interdicta.

„ §. 19. Non obſtantibus, quoad ſupraſcripta omnia, & ſingula in præſentibus decretis contenta, Conſtitutionibus, & „ Ordinationibus Apoſtolicis in favorem quarumcumque perſonarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non „ Mendicantium, Militiarum, etiam Sancti Joannis Heroſolymitani, Congregtionum, Societatum, ac cujuslibet alterius „ Inſtituti, etiam neceſſario, & in individuo exprimendi, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hoſpitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque, tàm Secularium, quàm Regularium Locorum, „ necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, „ vel quavis fiirmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, „ & literis Apoſtolicis, etiam Mari magno, ſeu Bulla aurea, aut „ aliàs nuncupatis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac „ cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque „ efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ „ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam „ communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus „ approbatis, & innovatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, ſpecialis, „ & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas „ generales, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac „ ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis „ tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habens

bens, quibus quoad ea, quæ præſentibus adverſantur, illis „ alias in ſuo robore permanſuris, Sacra Congregatio Sanctitatis „ Suæ auctoritate ſpecialiter, & expreſsè derogat, cæteriſque „ contrariis quibuſcumque. „

§. 21. Et ne præmiſſorum ignorantia à quoquam prætendi poſſit, voluit eadem Sacra Congregatio, ut præſentes ordinationes in Valvis Baſilicarum S. Joannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Urbe, ac in Acie Campi Floræ, ut moris eſt, affixæ omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant, „ ac ſi unicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent. „

§. 21. Utque earumdem præſentium tranſumptis, etiam „ impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſuſcriptis, & ſigillo „ perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem „ prorsùs fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ die 21. Junii 1625. „

Coſmus Card. de Torres.

Proſper Fagnanus S. Congreg. Secr.

§. 22. Excitatis autem ſuper præmiſſorum decretorum intelligentia, ſeu interpretatione infraſcriptis dubiis, prodierunt à memorata Congregatione, ſimili auctoritate illi à præfato Urbano Papa Octavo ſpecialiter attributa, reſponſiones, „ ſeu declarationes inferiùs apponendæ. „

Super primo Sacræ Congregationis decreto de celebratione Miſſarum, quo prohibetur, ne Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel aliàs quoquomodo, reducant onera ulla Miſſarum celebrandarum, „ aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis. „

Quæritur, quid ſi legatum ſit ita tenue, ut non ſit, qui „ velit onus illi injunctum ſubire, & ſi recurrendum ſit ad Sedem Apoſtolicam pro moderatione oneris, totum, aut ferè „ totum inſumendum ſit pro expenſis ad id neceſſariis? „

Et quid, ſi permittatur Epiſcopo in fundatione, ut poſſit hujuſmodi onera moderari? “

V Se-

„ Secundò, ſuper ſecundo ejuſdem Congregationis decre-
„ to, quo cavetur, ut celebrentur tot Miſſæ, quot ad rationem
„ tributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint.

„ Quæritur, an verba illa (præſcriptæ fuerint) intelligen-
„ da ſint de præſcriptione facta ab Offerente, vel ab Ordinario?

„ Tertiò, an cum Ordinarius præſcripſerit eleemoſynam
„ congruam juxta qualitatem loci, perſonarum, ac temporum,
„ Sacerdotes accipientes ſtipendium minus congruo, teneantur
„ Miſſas illis ab Offerente præſcriptas celebrare?

„ Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Miſſas celebrare
„ ratione beneficii, ſeu Capellæ, legati, aut ſalarii, poſſint, etiam
„ Manualem eleemoſynam, pro Miſſis votivis, aut Defunctorum
„ cum recipere, & unico Miſſæ Sacrificio utrique oneri ſatisfa-
„ cere?

„ Quintò, poſito, quòd Teſtator relinquat, ut celebrentur
„ pro ejus Anima centum Miſſæ, abſque ulla præſcriptione ele-
„ emoſynæ.

„ Quæritur, an liberum ſit hæredibus, eleemoſynam ſibi
„ benè viſam præſcribere, an verò eadem eleemoſyna præſcri-
„ benda ſit ab Ordinario?

„ Sextò, ſuper tertio Congregationis decreto, in quo ea-
„ dem Congregatio revocat Privilegia, quibus indulgetur, ut
„ certarum Miſſarum, vel Anniverſariorum celebratione, aut
„ aliquibus collectis, ſeu Orationibus, plurium Miſſarum one-
„ ribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat.

„ Quæritur, an verba (in futurum ſuſcipiendis) intelli-
„ genda ſint de oneribus ſuſcipiendis poſt Privilegium?

„ Septimò, ſuper quarto ejuſdem Congregationis Decre-
„ to, quo prohibetur Sacerdoti, qui ſuſcepit Miſſam celebran-
„ dam cum certa eleemoſyna, ne eamdem Miſſam alteri, parte
„ ejuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat.

„ Quæritur, an permittendum ſit adminiſtratoribus Ec-
„ cleſiarum, ut retineant aliquam eleemoſynarum portionem,
„ pro expenſis manutentionis Eccleſiæ, Altarium, Inſervien-
„ tium, paramentorum, luminum, Vini, Hoſtiæ, & ſimilium?

„ Octavò, an hoc decretum habeat locum in beneficiis,

quæ

quæ conferuntur in titulum, ideſt, an Rector Beneficii, qui „
poteſt per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare „
ſtipendium, ad rationem redditaum Beneficii? „

Decimò, an Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemoſyna, major ſolita, pro celebratione Miſſæ, debeant dare „
eamdem integram eleemoſynam iis, quibus Miſſas celebrandas committunt; An verò ſatis ſit, ut dent celebrantibus eleemoſynam conſuetam? „

Undecimò, ſuper quinto ejuſdem Congregationis decreto, quo inter cætera ſtatuitur in hæc verb. (eleemoſynas verò „
Manuales, & quotidianas pro Miſſis celebrandis) ita demum „
iidem accipere poſſint, ſi oneribus antea impoſitis ita ſatisfecerint; ut nova quoque onera obire valeant: Alioquin omnino abſtineant ab hujuſmodi eleemoſynis, etiam ſponte oblatis in futurum recipiendis, & capſulas auferant, &c. „

Quæritur, an hoc decretum prohibeat abſolutè, quo minùs accipiant novas eleemoſynas ii, qui acceptis non ſatisfecerunt; & quid, ſi congruo tempore poſſint omnibus ſatisfacere? „

Duodecimo, quid, ſi offerens eleemoſynas, audito impedimento conſentiat, ut Sacerdos Miſſam celebret, cum primum poterit? „

Decimotertio: an pœna interdicti, & aliæ appoſitæ in eodem decreto afficiant, tam eos, qui accipiunt eleemoſynas „
contra formam ibi præſcriptam, quàm eos, qui non auferunt „
capſulas ab Eccleſiis, ut ibidem præcipitur? „

Decimoquarto, an in hoc Decreto comprehendantur illæ capſulæ, quæ apponi ſolent in Eccleſiis, in die commemorationis omnium Sanctorum, & vulgò dicuntur (*Caſſe de Morti*)? „

Decimoquinto, an Adminiſtratores Eccleſiæ, magnæ devotionis, & concurſus, poſſint eleemoſynas pro Miſſis celebrandis accipere, ſi iiſdem Miſſis, non niſi poſt longum tempus ſatisfacere valeant, ne aliàs cultus Eccleſiæ, & devotio, ac „
concurſus Fidelium, ut ajunt, minuantur? „

Decimoſexto, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directa ſolis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Con- „

„ gregationibus, nec non omnibus, & ſingulis Eccleſiarum,
„ piorum Locorum, tam Secularium, quàm Regularium Supe-
„ rioribus, de quibus fit expreſſa mentio, non autem privatis
„ Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videntur ſub clauſula
„ generali (*& aliis, ad quos pertinet*) ſupplicatur pro opportu-
„ na declaratione?

„ Decimoſeptimo, ſuper ſeptimo ejuſdem Sacræ Congre-
„ gationis decreto, quo cavetur, ut in ſingulis Monaſteriis Re-
„ ligioſorum præfigatur numerus, qui ex conſuetis redditibus,
„ aut eleemoſynis commodè poſſint ſuſtentari:

„ Quæritur, an ubi hæc præfixio facta jam fuit in vim ſimi-
„ lis decreti ſanctæ memoriæ Pauli V. abſque tamen computa-
„ tione redditurum, cujuſq; Religioſi, ſit denuò facienda, nec nè?

„ Decimooctavo, an Novitii, ad habitum regularem ad-
„ miſſi, poſſint admitti ad profeſſionem in Monaſteriis, in qui-
„ bus habita, ut ſuprà, præfixione numeri, commodè alii non
„ poſſunt?

„ Decimonono, ſuper ultimo, quo cavetur, ut nullibi re-
„ cipiantur Conventus Regularium, niſi præter alia ad id requi-
„ ſita duodecim ſaltem Fratres in eis degere, & competenter
„ ſuſtentari valeant, ita ut alioquin ſubſint juriſdictioni ordi-
„ nariæ.

„ Quæritur, an hoc decretum, quod videtur editum in or-
„ dine ad celebrationem Miſſarum, comprehendat eas Religio-
„ nes, quæ non conſueverunt onera Miſſarum recipere, ut ſunt
„ Religiones Capuccinornm, ac Societatis Jeſu.

„ Ultimo, an idem decretum, ubi diſponit, ut nullibi reci-
„ piantur Monaſteria, niſi &c. habeat locum in Italia dumtaxat,
„ ad quam eſt reſtrictum decretum proximè antecedens, an ve-
„ rò etiam extrà Italiam?

„ *Declarationes, ſeu Reſponſiones ad ſupradicta Dubia.*

„ §. 23. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini
„ Interpretum, auctoritate ſibi à Sanctiſſimo Domino Noſtro
„ attributa, ad ſingula Dubia ſuperius propoſita, ad hunc mo-
„ dum reſpondit, videlicet. Ad

Ad primum, etſi legatum ſit adeò tenue, nihilominus „ pro reductione oneris, ut ſupra impoſiti, ab iis, ad quos pertinet, Sedem Apoſtolicam eſſe adeundam, quæ abſque ulla impenſa id ſtatuet, quod magis in Domino è re eſſe judicaverit: „ Verum tamen, ſi in ipſa Beneficii erectione expreſsè cautum „ fuerit, ut liceat Epiſcopo injunctum onus reducere, ac moderari legem hanc fundationis, quàm decreta hac de re edita „ non ſuſtulerunt, eſſe validam, & obſervandam. „

Ad ſecundum, eſſe intelligenda de præſcriptione facta ab „ eo, qui eleemoſynam tribuit, non autem ab Ordinario: Quòd „ ſi tribuens eleemoſynam numerum Miſſarum celebrandarum „ non præſcripſerit, tunc tot Miſſas celebrari debere, quot præſcripſerit Ordinarius ſecundùm morem Civitatis, vel Provinciæ. „

Ad tertium, teneri. „

Ad quartum Sacerdotes, quibus diebus tenentur Miſſas „ celebrare ratione Beneficii, ſeù Capellæ, Legati, aut Salarii, „ ſi eleemoſynas pro aliis etiam Miſſis celebrandis ſuſceperint, „ non poſſe eadem Miſſa utrique obligationi ſatisfacere. „

Ad quintum, cenſuit, ubi nullam certam eleemoſynam „ teſtator reliquit, eſſe ab Epiſcopo præſcribendam eleemoſynam congruam, quæ reſpondeat oneribus Miſſarum celebrandarum, ſecundùm mortem Civitatis, vel Provinciæ. „

Ad Sextum, ita eſſe intelligenda. „

Ad ſeptimum, reſpondit, permittendum non eſſe, ut Eccleſiæ, ac loca pia, ſeu illorum Adminiſtratores, ex eleemoſynis Miſſarum celebrandarum ullam, utcumque minimam „ portionem retineant ratione expenſarum, quas ſubeunt in „ Miſſarum celebratione, niſi cum Eccleſiæ, & Loca pia alios „ non habent redditus, quos in uſum earumdem expenſarum „ erogare licitè poſſint, & tunc quam portionem retinebunt, „ nullatenùs debere excedere valorem expenſarum, quæ prò „ ipſomet tantùm Miſſæ Sacrificio neceſſariò ſunt ſubeundæ, & „ nihilominùs eo, etiam caſu, curandum eſſe, ut ex pecuniis, quæ „ ſuperſunt, expenſis, ut ſuprà deductis, abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot præſcriptæ fuerint ab offerentibus eleemoſynas. „

Ad

„ Ad octavum, non habere locum, ſed ſatis eſſe, ut Re-
„ ctor Beneficii, qui poteſt Miſſam per alium celebrare, tribuat
„ Sacerdoti celebranti eleemoſynam congruam, ſecundùm mo-
„ rem Civitatis, vel Provinciæ, niſi in fundatione ipſius Benefi-
„ cii aliud cautum fuerit.

„ Ad decimum, debere abſolutè integram eleemoſynam
„ tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem ſibi reti-
„ nere poſſe.

„ Ad undecimum, reſpondit, non prohibere abſolutè: Ac
„ propterea, etſi oneribus jam ſuſceptis non ſatisfecerint, poſſe
„ tamen nova etiam onera ſuſcipere Miſſarum celebrandarum,
„ dummodò infrà modicum tempus poſſint omnibus ſatiſ-
„ facere.

„ Ad duodecimum, quamvis onera ſuſcepta infrà modi-
„ cum tempus adimpleri nequeant, ſi tamen tribuens eleemoſy-
„ nam pro aliarum Miſſarum celebratione id ſciat, & conſen-
„ tiat, ut illæ tunc demum celebrentur, cum ſuſceptis oneribus
„ ſatisfactum fuerit, decretum non prohibere, quò minus eo ca-
„ ſu eleemoſyna accipiatur pro iiſdem miſſis juxtà Benefacto-
„ ris conſenſum celebrandis.

„ Ad decimum tertium, has pœnas non habere locum, niſi
„ in ſuſcepturis onera perpetua Miſſarum celebrandarum ſine
„ licentia Epiſcopi, vel ejus Generalis Vicarii, aut Generalis, vel
„ Provincialis.

„ Ad decimum quartum, comprehendi.

„ Ad decimum quintum. Non poſſe, niſi de conſenſu eo-
„ rum, qui eleemoſynas tribuunt, ut ſuprà in reſponſione ad
„ duodecimum.

„ An decimum ſextum, comprehendi, etiam privatos Sa-
„ cerdotes.

„ Ad decimum ſeptimum, numeri præfixionem eſſe ite-
„ rum faciendam, ſervata forma ultimi decreti hac de re editi.

„ Ad decimum octavum, eſſe admittendos ad profeſſio-
„ nem, ſi aliàs habiles exiſtant, ac deinde in aliquo alio Monaſte-
„ rio ejuſdem Religionis eſſe collocandos, ubi commodè ali
„ poſſint.

Ad

Ad decimum nonum, cenſuit comprehendere. „
Ad ultimum, habere locum extra Italiam. „

Coſmus Card. de Torres.

Proſper Fagnanus S. Cong. Secretarius.

§. 24. Cum autem ſuper præmiſſis diverſi irrepſerint abu- „ ſus, illorumq; occaſione, quàm plures querelæ, & recurſus ad „ Apoſtolicam Sedem pervenerint: Cupiens eadem Congrega- „ tio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum hujuſmodi „ deteſtabiles abuſus è Chriſtiana Republica pro viribus evelle- „ re, ac opportunè providere, ut ſublatis fraudibus, ac emenda- „ ta negligentia piæ diſponentium, ſeu benefactorum volunta- „ ti fides illibata ſervetur, Defunctorum animabus integra, & „ prompta præſtentur ſuffragia, itidemque Deo major gloria, & „ Eccleſiis præſtantior cultus reddatur, prævia auctoritate per „ SS. D. N. Innocentium Divina Providentia PP. XII. ei ſpecia- „ liter attributa, infraſcripta decreta, prius in particulari non- „ nullorum ex præfatis Cardinalibus per Sanctitatem Suam de- „ putata, & poſteà in generali hujuſmodi Cardinalium Congre- „ gatione maturè, & accuratè diſcuſſa, recognita, & examinata „ edidit. „

§. 25. In primis, preinſerta decreta cum præmiſſis illorum „ declarationibus pleniſſimè, & ampliſſimè approbat, confirmat, „ & innovat, omniaque, & ſingula ibidem contenta, & expreſſa „ iterum omni meliori modo decernit, ſtatuit, ac ab omnibus, „ & ſingulis, etiam ſpeciali, & individuali nota, ſeu expreſſione „ dignis, penitùs obſervari, & omnimodæ executioni demanda- „ ri decernit, ſancit, & præcipit. „

§. 26. Inſuper, ut in re tanti momenti conſultiùs, ac majo- „ ri, ut par eſt, circumſpectione procedatur: Si qui forſan fue- „ rint, vel ſint, qui ſuis pravis, & erroneis intentionibus, ſeu „ opinionibus blandiri volentes, Miſſarum celebrationem omit- „ tunt ſub malitioſa, vel irrationabili ſpe earumdem condona- „ tionem, vel reductionem à Sede Apoſtolica, vel compoſitio- „

nem

„ nem à Reverenda Fabrica Sancti Petri de Urbe obtinendi: Con-
„ gregatio præfata, tum eoſdem, tum quoſcunque alios, qui
„ poſthac in adeò deteſtabiles abuſus auſi fuerint offendere,
„ certiores fieri, & monitos, eſſe voluit, præfatas condonationes,
„ & reductiones ab eadem Sede, non niſi ex rationabili cauſa,
„ ſeu æqua commiſeratione, compoſitiones verò à dicta Fabri-
„ ca, utente ſuis facultatibus, & privilegiis, non niſi ex cauſa
„ pariter rationabili, & cum clauſulis opportunis, & præſertim
„ cum illa: *dummodò malitiosè non omiſerint animo habendi com-
„ poſitionem, alias gratia nullo modo ſuffragetur*, admitti conſue-
„ viſſe, & ſolere: qua propter, ut locus omnis impoſterum hiſce
„ prætextibus præcludatur, memorata Congregatio tales in-
„ tentiones, opiniones, ſeu ſpes, ac eleemoſynarum, ſive in to-
„ to, ſive inparte verſiones in alium, quàm præfatarum Miſſa-
„ rum uſum, ſeu ſatisfactionem, & quaſcumq; alias directas, vel
„ indirectas, immediatas, vel mediatas contraventiones, ſeu cir-
„ cumventiones declarat prorſus irrationabiles, injuſtas, & il-
„ licitas, illaſque omnino reprobat, damnat, & interdicit.

„ §. 27. Cumque hujuſmodi abſurda ex eo plerumque pro-
„ veniant, quod onera Miſſarum ſupra vires ſuſcipiantur: ca-
„ veant omnes, & ſinguli Rectores, Superiores, & Miniſtri qua-
„ rumcumque, tùm Secularium, tùm Regularium Eccleſiarum,
„ ſeu illarum Capitula, ne onera, ſeu Miſſas, tùm perpetuas, tùm
„ temporales, tùm etiam manuales, quarum ſatisfactioni impa-
„ res fuerint, quoquomodo ſuſcipiant, utque idipſum quoad
„ fieri poterit, pateat, teneantur iidem conficere, ſemperque in
„ loco magis patenti, & obvio retinere Tabellam onerum per-
„ petuorum, & temporalium literis perſpicuis, & intelligi-
„ bilibus deſcriptorum, quorum implemento, ſi moraliter, &
„ intra præſcriptum, ſeu brevè tempus ſatisfacere non poſſe,
„ ſeu illa dumtaxat, & non ulteriora adimplere poſſe credide-
„ rint, ſeu credere debuerint, alias Miſſas, ſive perpetuas, ſive
„ temporales, ſive manuales, per ſe, vel per interpoſitas per-
„ ſonas quoquomodo recipere, ſeu acceptare omnino deſiſtant,
„ ſeu abſtineant, & ulteriùs tali caſu in eadem Tabella ſimiliter

ex-

Digitized by Google

exprimant ſe ſe, propterea aliis Miſſis acceptandis, & cele- „
brandis impares eſſe. „

§. 28. Iidemque teneantur pariter in Sacrario duos libros „
retinere, ac in eorum altero ſingula onera perpetua, & tem- „
poralia: in altero autem Miſſas manuales, & tam illorum, „
quàm iſtarum adimplementum, & eleemoſynas diſtinctè dili- „
gentèr annotare, & annotandas, ſeù annotanda curare ſingu- „
liſque annis de ſupradictis adimplementis, eleemoſynis, & „
oneribus pariter exactam rationem ſuis Superioribus reddere, „
ac omnes, & ſingulas rationes hujuſmodi in præfatis reſpecti- „
ve libris ſimili diſtinctione, & diligentia, tam præfati, à qui- „
bus rationes debent reddi, quàm Superiores, quibus redden- „
dæ erunt, deſcribere, ſeu annotare, ſive deſcribendas, vel an- „
notandas reſpectivè curare. „

§. 29. Quibus ſemper ſalvis, debeant ulterius Regulares „
prædicti, omnes, & quaſcumque eleemoſynas, tùm manua- „
lium, tùm perpetuarum, & temporalium Miſſarum reponere „
in capſa particulari ſub duabus clavibus; quarum una penès „
Superiorem localem, altera verò penès alium à Capitulo Con- „
ventuali deputandum retineatur, ac de iiſdem eleemoſynis, & „
celebratione Miſſarum coram Patribus Diſcretis, ſeù Conſilia- „
riis, vel alio ſimili modo nuncupatis, ſingulis menſibus diſtri- „
ctam rationem exigere, & reſpectivè reddere. „

§. 30. Quòd ſi prædicti, ad quos cura Tabellæ capſæ, & li- „
brorum præfatorum reſpectivè pertinet, ſeù pertinere debet, „
ſuam operam præmiſſis, ut præfertur, minimè navaverint, „
& Superiores, tùm Secularium, tùm Regularium Eccleſiarum „
rationem prædictam non exegerint, ſeù non invigilaverint, „
quòd præfati, qui in curam Tabellarum, & librorum incum- „
bunt ſuo muneri, ut præfertur ſatisfaciant, in ſingulis reſpe- „
ctivè caſibus, Seculares pœnam ſuſpenſionis incurrant: Regu- „
lares verò voce activa, & paſſiva, ac gradibus & officiis, quæ „
obtinent ipſo facto, & abſque alia declaratione privati ſint, & „
intelligantur, necnon ad hujuſmodi gradus, & officia obti- „
nenda ſimiliter inhabilitentur, & inhabilitati ſint, & intelli- „
gantur. „

§.31. Porrò, ne ullo unquam tempore omnia, & ſingula „ decreta prædiƈta in oblivionem, ſeu deſuetudinem abeant, Re„ ƈtores, Superiores, ſeu Capitula Eccleſiarum Secularium illa „ retineant publicè expoſita in eorum Sacrario: Superiores ve„ rò locales cujuſcumque Monaſterii, Conventus, ac Domus „ Regularis curare, & efficere teneantur ſub pœna privationis „ officiorum, quæ obtinent, vociſque aƈtivæ, & paſſivæ ipſo fa„ ƈto incurrenda, ut in perpetuum ſexto quoque menſe, ideſt „ feria ſecunda poſt primam Dominicam Adventus, & feria ſexta „ poſt Oƈtavam Corporis Chriſti omnes, & ſingulæ præmiſſæ, „ tùm inſertæ, ſeu confirmatæ, tùm in præſens faƈtæ Ordina„ tiones una cum diƈtis declarationibus in publica Menſa perle„ gantur.

„ §.32. Meminerint igitur, & ſatagant Ordinarii, ut à per„ ſonis, & in Eccleſiis quoquomodo, etiam in vim decretorum „ Concilii Tridentini ſibi ſubjeƈtis, Miſſæ ea, qua par eſt fide, & „ diligentia celebrentur, & cunƈta, & ſingula decreta hujuſmodi „ omnimodæ executioni demandentur, nedum juſtitiam recur„ rentibus, ſeu inſtantibus reddentes, ſed ex officio, tùm in Vi„ ſitationibus, tùm in aliis aƈtibus, & modis, quos expedire, & „ convenire toties, quoties indicaverint inquirentes, ne aliquid „ committatur, pervertatur, differatur, vel ommittatur, quod „ his omnibus, & ſingulis decretis adverſetur.

„ §.33. Caveant, etiam reſpeƈtive omnes Regulares, tùm Sub„ diti, tùm Superiores quicumque, nedum Locales, ſed etiam „ Provinciales, & Generales, ne Miſſarum celebratio, & om„ nium decretorum præmiſſorum executio, cum pernicie pro„ priarum animarum, cum præjudicio illarum, quibus Miſſæ „ ſunt applicandæ, & cum magno Chriſtifidelium ſcandalo quo„ quomodo ommittantur, differantur, negligantur, ſeu perver„ tantur, alioquin ultra propriæ conſcientiæ onerationem, pœ„ nam privationis vocis aƈtivæ, & paſſivæ, ac graduum, & offi„ ciorum, quæ obtinent, necnon inhabilitationis ad hujuſmodi „ gradus, & officia obtinenda, prorſus incurrant.

„ §.34. Curent propterea præfati Superiores Regulares in „ omnes, & ſingulos contravenientes debitis pœnis diligenter, &

prom-

Digitized by Google

promptè, etiam per inquiſitionem animadvertere, & inſuper teneantur omnes, & ſinguli Superiores Locales in Provincialibus Capitulis, ſeu Congregationibus exhibere atteſtationem, ſeu fidem ab omnibus Sacerdotibus Conventus, Monaſterii, ſeu cujuſcumque domus Regularis, ſubſcriptam, & juratam, quòd omnibus, & ſingulis, tùm perpetuis, tùm manualibus Miſſarum oneribus, ſeu obligationibus ad limites, & tenorem præſentium decretorum tempore eorum regiminis fuerit omninò, & integraliter ſatisfactum, vel deficiente aliqua modica ſatisfactione, poſſit, etiam hujuſmodi reſiduali implemento Miſſarum diſtinctè referendarum, intra breve tempus moraliter ſatisfieri, ea adjecta, & omninò adimplenda conditione, quòd ante præfatæ atteſtationis exhibitionem quicumque Superiores Locales prædicti vocem activam, ſeu paſſivam in memoratis Capitulis, ſeu Congregationibus omnino habere non valeant.

§.35. Præterea Provinciales, Vicarii, & Viſitatores Provinciarum, ſeu Congregationum debebunt in fine eorum regiminis Superioribus generalibus in forma probante oſtēdere, quòd executioni præſentium decretorum ſedulò invigilaverint, & ad eorum tenorem in omnibus, & ſingulis Conventibus, ſeu Monaſteriis, vel domibus Regularibus Provinciæ, ſeu Congregationis, de omnibus, & ſingulis oneribus, & obligationibus, ac inſimul ſatisfactionibus Miſſarum exactam, & diligentem rationem exegerint, ac contra delinquentes ad declarationem, & executionem reſpectivè pœnarum in decretis contentarum proceſſerint, & de adimplemento circa ea, quæ in præmiſſis ad ipſos ſpectant legitimè docuerint, aliàs ad vocem activam, & paſſivam in Capitulis Generalibus nullatenus admittuntur.

§.36. Cæterum, quia etiam ad quamplures Archiconfraternitates, Confraternitates, Societates, Congregationes, Hoſpitalia, Altaria, Capellas, Oratoria, & Eccleſias, ac alia loca, & opera pia, quomodolibet nuncupata, quæ cuicumque curæ, ſeu regimini, aut adminiſtrationi, vel directioni laicorum cujuſlibet gradus, ſtatus, conditionis, & præminentiæ, etiam

„ ſpeciali, & individuali nota dignorum dumtaxat, vel quorum-
„ cumque Eccleſiaſticorum, & Laicorum hujuſmodi mixtim
„ commendata, annexa, ſeù quomodocumque commiſſa, vel at-
„ tributa ſunt, onus, ſeu cura celebrationis Miſſarum, ſive ma-
„ nualium, ſive ad tempus, vel in perpetuum pertinent: Hinc
„ ſalvis ſemper iis, quæ in præinſertis decretis continentur om-
„ nes, & quicumque hujuſmodi Archiconfraternitatum, Socie-
„ tatum, Congregationum, Hoſpitalium, Altarium, Capella-
„ rum, & Oratoriorum, & Eccleſiarum, ac aliorum locorum,
„ & operum piorum Rectores, ſeu Adminiſtratores, vel Dire-
„ ctores, & alii hujuſmodi Officiales, nec non ii, ad quos Cura
„ Tabellæ, & librorum in præmiſſis ſpectat, Tabellam, libros, &
„ hæc decreta reſpectivè juxtà modos ſuperius expreſſos, *ſimili-*
„ ter retinere, nec non de oneribus, ac celebrationibus, & ele-
„ emoſiynis dictarum Miſſarum ſingulis annis rationem exige-
„ re, & reſpectivè iis, ad quos pertinet, reddere ſub pœnis arbi-
„ trio, & in ſubſidium excommunicationis teneantur.

„ §.37. Poſtremo omnibus, & quibuſcumque, tam Eccleſia-
„ ſticis perſonis cujuſcumque Ordinis, ſtatus, gradus, regulæ,
„ Congregationis, Societatis, conditionis, & dignitatis exiſtant,
„ quàm Laicis quocumque honore, ac poteſtate præditis om-
„ nia, & ſingula præmiſſa decreta interpretandi, nec non Eccle-
„ ſiaſticis prædictis pœnas in hujuſmodi decretis relaxandi, ſub
„ quoquomodo circà præmiſſa diſpenſandi, omnis, & quæcum-
„ que facultas ſit penitus interdicta.

„ §.38. Non obſtantibus quoad ſupraſcripta omnia, & ſingu-
„ la in hujuſmodi decretis contenta, Conſtitutionibus, & Ordi-
„ nationibus Apoſtolicis in favorem quarumcumque perſona-
„ rum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quàm non Mendi-
„ cantium, Militiarum, etiam S. Joannis Hieroſolymitani, Con-
„ gregationum, Societatum, ac cujuslibet alterius Inſtituti,
„ etiam neceſſario, & in individuo exprimendi, Eccleſiarum, Mo-
„ naſteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Ho-
„ ſpitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque,
„ tam Secularium, quàm Regularium locorum, necnon illorum,
„ etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis fir-

mitate

mitate alia roboratis ſtatutis , & conſuetudinibus , etiam „
immemorabilibus, privilegiis quoque , indultis , & literis „
Apoſtolicis, etiam Mari magno, ſeu Bulla aurea, aut aliàs „
nuncupatis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum „
quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque ef- „
ficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus de- „
cretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apo- „
ſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam „
per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, & ite- „
ratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam ſi pro illorum „
ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & „
formis ſpecialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non „
autem per clauſulas generales, mentio, ſeu quævis alia ex- „
preſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſervanda „
eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil peni- „
tus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, „
præſentibus pro expreſſis habens, quibus quo ad ea, quæ præ- „
ſentibus adverſantur illis aliàs in ſuo robore permanſuris, Sac. „
Congregatio Sanctitatis Suæ auctoritate ſpecialiter, & expreſ- „
sè derogat, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Ro- „
mæ diæ 23. Nevembris 1697. „

Joſeph Card. Sacripantes Præfectus.

Ferdinandus Nuptius S.Cong.Sec.

§. 39. Quocirca, cum Dilectus Filius noſter Joſeph Tituli „
Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ S. R. E. Presbyter Cardinalis Sa- „
cripantes, memoratæ Congregationis Præfectus, præfata decre- „
ta Nobis retulerit, Nos conſiderantes eadem omnia, & ſingula „
decreta, ea, qua decet maturitate, digeſta, & examinata, ac in „
vim Apoſtolicæ auctoritatis, eidem Congregationi ſpecialiter, „
ut præfertur, attributæ, peracta, perutilia fore cenſentes, illa- „
que proptereà perpetuo, & inviolabiliter obſervari, necnon „
conſtitutionis noſtrę munimine roborare volentes. Motu pro- „
prio, non ad cujuſdam Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis in- „
ſtan-

Digitized by Google

„ ſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & matura deliberatione, deque „ Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine præinſerta decreta, omnia- „ que, & ſingula in eis contenta tenore præſentium auctoritate „ Apoſtolica confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis, „ & irrefragabilis Apoſtolicæ firmitatis robur, & efficaciam adji- „ cimus, quinimò motu, ſcientia, deliberatione, ac poteſtatis „ plenitudine ſimilibus, omnia, & ſingula in ſupradictis decretis „ contenta, de novo ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, ac „ ab omnibus, & quibuſcumque, etiam ſpeciali, & individua „ nota dignis, omnino exactè, & perpetuo ſervari volumus, ſan- „ cimus, & mandamus.

„ Decernentes præſentes literas, cum omnibus, & ſingulis „ inibi contentis ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & „ fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere „ debere: & ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempere quan- „ documque, & quomodoqumque ſpectabit in omnibus, & per „ omnia pleniſſimè, & inviolabiliter obſervari, ſicque, & non „ aliter per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, qua- „ vis auctoritate præminentia, aut poteſtate fungentes, & fun- „ cturos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſ- „ dem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apo- „ ſtolicæ Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis alitèr ju- „ dicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere: „ Ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam, quavis au- „ thoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

„ Non obſtantibus omnibus, & ſingulis, quæ præfata Con- „ gregatio, auctoritate per ejuſdem recordationis Urbanum Pa- „ pam VIII., & reſpectivè per Nos illi ſpecialiter attributa, de- „ crevit non obſtare, quæ pariter, & iterum Nos tenore præſen- „ tium non obſtare decernimus, & mandamus, quibus omni- „ bus quo ad ea, quæ præſentibus adverſantur, illis, aliàs in ſuo „ robore permanſuris, etiam harum ſerie pleniſſimè, ſpecialiter, „ & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

„ Volumus autem, ut præſentes literę in valuis Eccleſiæ „ Lateranenſis, ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon „ Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis in Monte Cito- rio,

rio, ac in acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, publicen- „
tur, & affigantur, ſicque publicatæ, & affixæ, omnes, & ſin- „
gulos, quos illæ concernunt, perinde arctent, & afficiant, ac ſi „
unicuique eorum perſonaliter intimatæ fuiſſent. „

Pariterque, ut earumdem præſentium tranſumptis im- „
preſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo per- „
ſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem pror- „
ſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent „
exhibitæ, vel oſtenſæ. „

Nulli ergò omnino hominum liceat, paginam hanc „
noſtrarum Confirmationis, Approbationis, Statuti, Decre- „
torum, Ordinationis, Voluntatis, Sanctionis, Mandato- „
rum, & Derogationis, infringere, vel ei auſu temerario „
contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indi- „
gnationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli „
Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. „

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno In- „
carnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo ſe- „
ptimo. Decimo. Kal. Januar. Pontificatus Noſtri Anno ſeptimo. „

Decretis utilis notitia ſubnectitur, & ex Trid. *ſeſſ. 22. cap. 2. & Can. 3. de Sacrificiis Miſſæ notatur*. Miſſæ Sacrificium eſſe propitiatorium pro peccatis, & pœnis.

Dicitur *propitiatorium* ex Poncio *curſu Theol. diſput. 14. quæſt. 13.* quia ejus intuitu Deus fit offerenti, & iis, pro quibus offertur, propitius, conferendo ipſis auxilia gratiæ, quibus excitentur ad veram pœnitentiam, & conſequenter ad veniæ im- 11
petrationem, quæ, tametſi ſufficientia, reſpectu omnium tamen non ſunt efficacia, quia plures, qui ſacro interſunt, velut aquam iniquitatem bibunt, prout ſcribit Gobat. *experient. Theologiæ tract. 3. caſ. 5. sect. 1. num. 122.*

Et *ſatisfactorium*, quia Deus illud acceptat, tamquam ſatisfactionem pro pœna temporali in Purgatorio luenda, ſive tota, ſive parte ipſius, in quam vi pœnitentiæ commutata erat pœna æterna, peccatis mortalibus debita: dummodo ii, pro quibus offertur, ſint in ſtatu gratiæ, nec retineant affectum ad peccata, ut ibid. Gobat. *num. 124.*

Eſt

Digitized by Google

Eſt item *impetratorium*, quia per illud impetramus bona ſpiritualia gratiæ, & temporalia, quod ſignificat Trid. *dum loc. cit. cap.2.* affirmat, ritè offerri *non ſolum pro fidelium vivorum peccatis, pœnis, & ſatisfactionibus, ſed etiam pro aliis neceſſitatibus &c.*

Triplex reperitur in Sacrificio Miſſæ fructus, ſeu valor per Scotum *quolib.20.* quem, ut refert Fagnanus *in primam partem tertii Decretal. cap. Fraternitatem num.94.* alii ſequuntur Theologi.

Primus dicitur *generaliſſimus*, quem per Fagnanum *ibid.*
12 per Sacerdotem applicat Eccleſia Summo Pontifici, & aliis de quibus fit mentio in Canone; & per Cabaſut. *Theor. jur. can. lib.6. cap.14. num.19.* reſpicit univerſum Eccleſiæ Corpus; Sacerdos enim, ut publicus Eccleſiæ Miniſter, non pro ſe tantum, ſed pro omnibus Fidelibus, qui ad Corpus Chriſti per-
13 tinent, celebrat Miſſas, etiam, in quibus ſolus Sacerdos ſacramentaliter communicat, ut *ibid. cap.6.* Trid. decrevit, his verbis: *Siquidem illæ quoque Miſſæ veræ communes cenſeri debent; partim, quod in eis populus ſpiritualiter communicet, partim verò, quod à publico Miniſtro, non pro ſe tantum, ſed pro omnibus fidelibus, qui ad Corpus Chriſti pertinent, celebrentur.*

Secundus apud eundem *ſpecialiſſimus*, & apud Marchant.
14 *Tribunal. Sacrament. par.2. tract.2. tit.4. quæſt.2. ſub.2. advertendum 4.*, dicitur perſonalis, quo fruitur ipſemet Sacerdos, prout eſt particularis perſona, dum celebrat: & quia perſonalis, per ipſum eſt alteri inapplicabilis.

Tertius appellatur *medius*, & ille eſt per Fagnan. cujus diſpenſatio committitur Sacerdoti, & eum applicat illis, pro quibus offert Sacrificium; & per Marchant. ille cenſetur, quam
15 Sacerdos ſpeciali diſtributione, ut Dei diſpenſator applicat, ſive per modum ſatisfactionis pro pœnis peccatis debitis, ſive pro impetratione alicujus boni, vel doni, quod curans Miſſam celebrari, & ſtipendium conferens à Deo expectat, & obtinere intendit.

Fructus Sacrificii alius eſt *ex opere operato*, *ex opere operantis* alius: ille dicitur, qui provenit, non ex bonitate, & devotio-

Digitized by Google

votione Miniſtri ſacrificantis, ſed ex vi, & virtute Sacrificii, 16
quatenus eſt ex Chriſti inſtitutione taxatum ſupra omne me-
ritum, & diſpoſitionem Miniſtri, adeout neque ex ejus bo-
nitate, vel devotione, ut notat citat. Fagnan. *num.* 29. creſ-
cat, neque ex ejus malitia, vel indevotione minuatur, ſed
æqualiter proſit omnibus, ſive ſacrum fiat per bonos, ſive ma-
los Miniſtros: ut ex ipſo docet S. Thomas, & Scotus, & pro-
batur expreſsè *cap. intra Catholicam* 1. *quæſt.* 1. quod duplica-
tur *cap. Utrum de conſecr. diſt* 2., ubi legitur: *Intra Catholicam*
Eccleſiam in Myſterio Corporis, & Sanguinis Chriſti, nihil à bono
majus, nihil à malo minus perficitur Sacerdote, quia non in me-
rito Conſecrantis, ſed in verbo perficitur Creatoris, & in virtute
Spiritus Sancti: & Trid. *loco alleg. cap.* 1. ſubdit: *& hæc quidem*
illa munda oblatio eſt, quæ nulla indignitate, aut malitia offeren-
tium inquinari poteſt.

Alter, qui per Lezana *Summ. tom.* 4. *ver. Miſs. num.* 7. com-
menſuratur merito, bonitati, & devotioni Sacerdotis, *quanto* 17
enim digniores fuerint Sacerdotes, ſcripſit Alex. Papa relatus
cap. Ipſi, 1. *qu.* 1. *tanto facilius pro neceſſitatibus, pro quibus cla-*
mant, exaudiuntur; nam magis preces Deo placent juſti, &
amici, quam hoſtis, quam mali: ideo ut, nedum ex opere ope-
rato, verum etiam ex opere operantis, fructum ii percipiant,
pro quibus ſacrificant, & ne ſacrilegii reatum, indignè cele-
brando, ipſimet incurrant, ſicut Dei decet Miniſtros, & diſ-
penſatores Myſteriorum Dei, ſe probent, juxta præceptum
Apoſtoli apud Trid. *ſeſſ.* 13. *cap.* 7. *de Euchariſtia*, per confeſ-
ſionem, ut tradit his verbis: *Eccleſiaſtica autem conſuetudo de-*
clarat comprobationem neceſſariam eſſe, ut nullus ſibi conſcius
peccati mortalis, quantumvis ſibi contritus videatur, abſque
præmiſſa Sacramentali Confeſſione ad Sacram Euchariſtiam ac- 18
cedere debeat, quod à Chriſtianis omnibus, etiam ab iis Sacerdo-
tibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc Sancta Syno-
dus perpetuò ſervandum eſſe decrevit, modo non deſit illis copia
Confeſſoris: quod ſi, neceſſitate urgente, Sacerdos abſque prævia
Confeſſione celebraverit, quam primum confiteatur. Sancta enim
malis poſſunt obeſſe: bonis ſunt ad ſalutem, malis ad judicium,

ut expreſsè *cap. Et Sancta diſt. 2. de conſecrat.* Ideo Conc. con-
feſſionem requirit; & non modo, ut obſervat Marchant. *Tri-
bunal.Sacram.tom.2. tract.2.par.2. tit.4. quæſt.2.dub.2.exam.1.
ver.de prima diſpoſitione*, ex ratione Communionis, ſed etiam
ex ratione ſpecifica celebrationis: adeout Sacerdos non ſolum
teneatur eſſe in gratia, ſive extra ſtatum peccati mortalis,
quando in Miſſa Sacram Euchariſtiam ſumit, ſed etiam in ipſo
20 actu Sacrificii, quando conſecrat, ipſumque peragit, ex *ſeſ-
ſione 22. in decret. de obſerv. & evitand. in celebrat. Miſſæ.*

Nec ibi dicendum Concilium conſulere dumtaxat, &
non præcipere Confeſſionem: nam illud *Can.11. alleg. ſeſs.13.*
21 *neceſſario præmittendam eſſe Confeſſionem*, præceptum, & non
conſilium, ſignificat, & expreſsè patet ex Decret. Alexan. VII.
damnantis ſub die 18. Martii 1666. hanc propoſitionem: *Man-
datum Trident. factum Sacerdoti Sacrificanti ex neceſſitate cum
peccato mortali, confitendi quamprimum, eſt conſilium, non præ-
ceptum.*

Quando dicatur deeſſe Sacerdoti copia Confeſſoris tra-
22 dunt Poncius *Curſu Theol. diſp.44. quæſt.13. num.112.*, Mar-
chant. *loco cit. ver. petes ſecundo.* Alter Marchant. *Hortus Pa-
ſtorum Candelabr. Myſtici cap.2.*, Thom. Tamburin. *Methodo
SS.Commun. cap.1. lib. unico* §.6. *num.18.*, Gobat. *cit. tract. 4.
caſu 16. num.242.*, & Layman. *Theol. Moral. lib.5. tract.4. cap.6.
ſub num.5.*

Primò, cum nullus haberi poſſit, qui Confeſſionem exci-
piat.

Secundò, cum non habeatur approbatus.

Tertiò, cum habens juriſdictionem, nolit abſolvere.

Quartò, ſi ſit valdè diſtans, ad quem nonniſi cum magna
difficultate poſſit accedi; judicium diſtantiæ eſt prudenter à
viro timoratæ conſcientiæ efformandum, juxta occurrentes
circumſtantias temporis, debilitatis, virium, ſenii, itineris,
ſcandali, & murmurationis populi, ſi non celebretur; quiſque
autem in eo efformando cautè procedat, & proprium commo-
dum, & famam debito confeſſionis, celebrationi præmittendę
non præferat: pericula enim, & difficultates in caſu non adeo
facilè

facilè fingi debent, & ſemper proferendum in favorem reverentiæ, & venerationis huic ſummo Myſterio conſervandæ.

Quintò, cum adſit Confeſſarius cum juriſdictione; ſi tamen pœnitens juſtè cum certitudine morali timeat à Confeſſario ex confeſsione ſibi, vel aliis notabile nocumentum inferendum: tunc enim præſumitur excuſari ab integritate materiali confeſsionis, & extimandum, quod Deus in illis circumſtantiis non obligarit ad illam integritatem: verum, ſi habeat alia peccata mortalia, ex quorum confeſsione tale non timeat damnum, debet hęc confiteri, ut per abſolutionem directè ab ipſis, & indirectè abſolvatur ab aliis, quæ tunc non tenetur confiteri, benè verò alias cum poteſt, ut docet Poncius *loco cit.* & extenditur ad habentem cum aliis reſervata, reſpectu quorum Confeſſarius juriſdictione caret, cui celebraturus, tenetur illa, non verò reſervata dicere; concedimus confeſsionem ex jure Divino integram materialiter eſſe debere, verum intelligitur, cum quis rationabili, & juſta cauſa non excuſatur: ut in caſu, in quo à reſervatis nequit præſens Confeſſarius abſolvere: ex Trid. *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. *de pœnitentia*: *extra quem articulum*, ſcilicet mortis, *Sacerdotes cum nihil poſſint in caſibus reſervatis id unum pœnitentibus perſuadere nitantur, ut ad Superiores, & legitimos Judices pro beneficio abſolutionis accedant*. 23

Unde in caſu, tametſi Confeſſarius ſit phyſicè præſens, reſpectu reſervatorum cenſetur moraliter abſens, & copia Confeſſoris, quoad ea, non haberi: Marchant. *tom.* 2. *alleg.*, & ſi celebraturus ſolum reſervatum habeat, tunc neceſſitate urgente poteſt, ſine confeſsione prævia, celebrare contritus, ut alter Marchant. *Hortus Paſtor. num.* 6. 24

Præallegatus Gobat. *loco poſtremo cit.*, Marchant. *tom.* 2. *quæſt.* 9., & Marchant. *Hortus Paſtor. Candelabr. Myſt. cap.* 6. *in fine, ver. Quæſtio poſtrema*, etiam tamquam probabile tradunt, propter preceptum Chriſti de confeſsione mortalium præmittenda celebrationi, eſſe cum non reſervatis mortalibus aperienda reſervata; verum ſi Confeſſarius validè, & legitimè velit abſolvere, tenetur imponere pœnitenti onus comparendi coram reſervante, vel ab eo expreſſam poteſtatem habente, &

pœnitens onus ſuſcipere, ſi legitimè cupiat abſolvi, qui ab obligatione comparendi, & à peccato, quod committeret, ſi culpabiliter omitteret comparere, abſolvi deberet, vel ab ipſo reſervante, vel ab ejus delegato; verum quia hæc ſententia, ut *ibid.* notat Gobat., & ex Marchant. *q.10.conc.1.ver.dixi habetur*, infert onus confitendi bis idem peccatum, ad quod nemo obligandus eſt, ideo eam apud eos in ſua probabilitate relinquo, cum non ſit mei inſtituti, eam hic in examen vocare.

Neceſsitas requiſita, ut quis inconfeſſus, contritus tamen,
25 celebret, dum copiam Confeſſoris non habet per alleg. DD. reſpectivè cenſetur, quando Sacerdoti ex officio celebrare incumbit, ut Parocho diebus Feſtis, & Dominicis, vel præſente defuncto: vel pro Nuptiarum benedictione, maximè ſi alium nequeat de facili ſubſtituere, & ad alteram differre diem; vel, ut morituro Viaticum præbeat, & per alium id præſtare non poſsit.

Senſus illius clauſulæ *quam primum confiteatur*, non eſt,
26 cum Sacerdos ſuo tempore confitebitur, ut plures peſsimè docuerunt, quorum doctrina ab eodem Alex. *eodem anno*, & *die* de quibus ſupra reprobatur, ut ſequitur; *Illa particula quam primum intelligitur cum Sacerdos ſuo tempore confitebitur*; nec poteſt ſignificare, ut alii cenſebant, *quam primum tali volet, iterum celebrare, etiamſi id fuerit poſt duos, vel tres menſes*, quia nullus tam rudis, & obduratæ conſcientiæ poteſt eſſe, qui, præciſis etiam Concilii magiſterio, & præcepto, ignoret, quod ſibi volenti hodie celebrare, non incumbat onus mundandi animam confeſſione, eamque novæ celebrationi præmittere; ſed ſenſus expreſſus eſt, & neceſsitatem infert, ut *quamprimum*, & ſtatim, ac poſt ſacrum factum, habet copiam Confeſſoris: vel illicò ac Confeſſarius ſibi occurrerit: quem etiam inquirere tenetur, adeout ſi unum, vel alterum culpabiliter omittat, à peccato mortali ex non adimpletione præcepti non excuſetur.

Stipendium prohibetur recipi pro fructu ipſi Sacerdoti correſpondente ex declaratione S.C.C. juſſu Alexand. VII. edita, quam ex Fagnano *n.96.* refero, prout infra.

27 *Cùm autbores nonnulli ſcriptis ſuis, etiam typis datis aſſerue-*

ruerint Sacerdoti pro alio Miſſam, recepta eleemoſyna, celebranti, licitum eſſe, aliam eleemoſynam quoque accipere ab altero, cui partem illam fructus, ſeu valoris ejuſdem Sacrificii, ipſimet Celebranti debitam (ſpecialem nuncupatam) applicet: ac proinde hunc caſum ſub decreto S.Cong.Conc. prohibente duplex pro unica Miſſa ſtipendium, ſeu eleemoſynam recipi, non eſſe comprehenſum.

Propterea Sac. Cong. EE. ac RR. DD. S. R. E. Card. Conc. Trid. Interpretum, quæ auctoritate ſibi per Apoſtolicam Sedem ſpecialiter attributa ſedulò curat, ne à Sacerdotibus circa celebrationem ſacroſancti Miſſæ Sacrificii, unde in nos uberrima Divinæ liberalitatis munera derivantur, avaritiæ labes ulla, aut ſuſpicio contrahatur, antedictam aſſertionem maturè examinavit; eademque prorſus reprobata ſub die 25. Januarii 1659. cenſuit, nulli Sacerdoti licitum eſſe, præfata ratione, ſive prætextu aliam eleemoſynam accipere, præter illam, quam accepit ab eo, pro quo Miſſam offerre tenetur; ac proinde caſum hunc eſſe comprehenſum in decretis aliàs per eandem Sac. Congr. *editis, quibus prohibetur, ne duplex ſtipendium pro unica recipiatur.*

Quam S. Congr. *Sententiam ad* SS. DD. Alex. Papam VII. *relatam, Sanctitas Sua ſub die 29. ejuſdem menſis approbavit; & decretum publicari, atque ad Epiſcopos, & Generales Regularium Ordinum tranſmitti juſſit, ut ipſi doctrinam hujuſmodi per ſuos Pœnitentiarios, & Confeſſarios, ac Lectores reſpectivè inſinuari, doceri, atque in tractatibus moralibus, per eoſdem imprimendos evulgari, paſtorali vigilantia curent: publicatum die 27. Octobris 1659.*

Quod etiam cum aliis propoſitonibus notatur damnatum ab eodem Alex. *in Decreto S. Inquiſitionis ſuo die 24. Sept. 1665.* inter quas octava erat.

Duplicatum ſtipendium poteſt Sacerdos pro eadem Miſſa licite accipere, applicando petenti partem, etiam ſpecialiſſimam, fructus ipſimet celebranti correſpondentem, idque poſt Decretum Urbani VIII.

Et nona: *Poſt Decretum Urbani poteſt Sacerdos, cui Miſſa celebrandæ traduntur, per alium ſatisfacere, collato illi minori*

ſtipen-

ſtipendio, alia parte ſtipendii, ſibi retenta.

Et decima: *Non eſt contra juſtitiam pro pluribus Sacrificiis ſtipendium accipere, & Sacrificium unum offerre; neque etiam eſt contra fidelitatem, etiamſi promittam promiſſione, etiam juramento firmata, danti ſtipendium, quod pro nullo alio offeram.*

28 Alii apud eundem Fagnanum *num.* 97. docuerunt poſſe Sacerdotem pro unica Miſſa, duplex ſtipendium accipere, & eadem duplici obligationi ſatisfacere; uni fructum medium (de quo poteſt diſponere) qua ſatisfactorum: & eundem alteri, qua impetratorium applicando; quorum ſententiam ipſe de mandato ejuſdem Alex. ad S. Cong. Conc. dedulit, & dubium propoſuit.

An Sacerdos, *qui unum ſtipendium accepit pro celebratione Miſſæ V. G. pro defuncto, & ſic cum obligatione applicandi fructum ſatisfactorium, & aliud ſtipendium pro celebratione Miſſæ V. G. pro infirmo, & ſic cum obligatione applicandi fructum impetratorium, poſſit, unica Miſſa, utriq; obligationi ſatisfacere, applicando defuncto ſatisfactorium, & infirmo impetratorium? Anne hoc caſu locum habeat Decretum ſecundum S. Congr. Conc. de celebratione Miſſarum.*

Die XIII. Decembris 1659. S. Cong. E. E. ac R. R. D. D. S. R. E. Card. Concil. Trid. Interpretum reſpondit. quo ad primam partem non poſſe ſatisfacere; quo vero ad ſecundam habere locum.

29 Ex quibus optimè ſequitur, nil veri continere ſententiam quorumdam Regularium dicentium, unica Miſſa, poſſe Sacerdotem, ſatisfacere duplici obligationi, quam habet celebrandi, & pro eo, à quo ſtipendium recepit, & pro Religioſo defuncto, primo applicando fructum, qui ex dictis medius appellatur, & alteri portionem illius ipſi Sacerdoti debitam, nam obſtat directè decretum enuntiatum *num.* 27. & Sententia ſanior, & communior per edocta à Cabaſut. *lib. cap. num. cit.* tradit, valorem ex opere operato Sacerdoti correſpondentem, alteri, nec à Prælato, nevè ab ipſo celebrante applicari poſſe; cum enim ſit, apud ipſum, beneficium perſo-

ſonale, in alterum nequit transferri, à ſimili de Privilegio
perſonali, quod perſonam ſequitur, & cum perſona extin- 30
guitur, juxta *Reg.* 7. *Jur. in* 6. & ad quam excluſivè quo ad
cæteros reſtringitur. Præſertim quoque, quia obligatio ad
obediendum Prælato præcipienti celebrationem pro anima
Fratris defuncti, eſt certa, cui ſane incerta applicatione va- 31
loris, & fructus, ſatis non fit.

Nec, & adverſo dicatur probabilitatem alterius ſenten-
tiæ juſtificare applicationem: cum ſit falſum poſt allegatam
declarationem S. Cong. eam adhuc eſſe probabilem; nam 32
probabilitas cujuſcumque opinionis per DD. ruit, dum à
Sede Apoſtolica, ut improbabilis reicitur; & quando etiam
eſſet probabilis, quod non concedimus, adhuc non eſſet no-
ſtra probabilior, ſed vel minus, vel æquè probabilis, ſemper
autem minus tuta, adeoque ad praxim non deducenda, quia
juxta doctrinam communiter receptam & ex obſervatis à Pon-
cio Cur. Theol. *diſp.* 24. *quæ.* 3. *Conc.* 4. *num.* 12. Licitum
non eſt ſequi opinionem partis minus tutæ, ſive æque, ſive
minus probabilis, quando ex ejus ſequela, poſito, quod pars 33
minus tuta non eſſet à parte rei vera, notabile, & irrecupe-
rabile detrimentum tertio adveniret; quod ſane in caſu ſen-
tentiæ, quam impugnamus, ſequeretur; quandoquidem
Fratris anima in purgatorio exiſtens, poſito, quod à parte
rei verum non eſſet, quod valor Sacerdoti particulariter cor-
reſondens, alteri applicabilis foret, fructu ſatisfactorio pri-
varetur, quod indubie magni ponderis nocumentum infert.

An autem poſſit Religioſus valide offerre Sacrificium
contra intentionem Prælati jubentis, ut pro aliqua determi- 34
nata perſona celebret, & Sacrificium applicet?

Dicendum duo hic eſſe diſtinguenda: vel obligatio ap-
plicandi Sacrificium à ſtipendio non præſcindit, & eſt radica-
ta inobligatione juſtitiæ, ſive fidelitatis, vel promiſſionis; vel
ab omni ſtipendio & obligatione enunciata abſtrahit, & ſo-
lum procedit ex obligatione, quam Prælatus Regularis ex vi
voti obedientiæ poteſt ſuis ſubditis imponere; In primo ſenſu,
negatur: ſicut enim quicumq; Sacerdos, cui traditur ſtipen-

dium

Digitized by Google

35 dium, ut Miſſam V. G. applicet pro Petro, ex vi pacti, pro eo
applicare tenetur: ſic Superior, obligata, ex juſtitia eleemo-
ſynarum, vel fundationis, Religione, ad applicandas tales
36 Miſſas, tenetur per ſe, & ſuos ſubditos eas legere: Facit quod
ſuperior, & ſubditi unum corpus Religionis efficiunt; quæ,
ut ſupponitur, ſe ad illas Miſſas, per ſuos Religioſos celebran-
das, obligavit; ad quæ juſtitiæ onera implicite ſe ipſos ipſi-
37 met aſtringunt, dum illius Religionis Regulam profitentur.

Quod etiam valet, & ex identitate rationis concludit de oneribus Miſſarum quotidianis, ſeu Manualibus, dummodo Prælatus poſſit nomine Monaſterii acceptare, quia non niſi quam per ſe, ſuoſque ſubditos celebrandas acceptat; qui, etiam una cum Superiore, paciſcuntur cum dantibus ſtipendia de ſatisfaciendo, & ita verum cenſetur, ut per edocta à Marchant. *tom. 2. tribunal, quæ. 2. reſ. 8. dubio 4. Reſpondeo ſecundo*, applicatio à Superiore facta, etiam in foro Dei præ-
38 ponatur illi Sacerdotis ſubditi, eamque invalidet.

In quo ſenſu certe Poncius curſ. *Theol. diſp. 44. conc. 5.* ſcripſit applicationem Superioris valere, & non poſſe ſubditum Miſſam applicare contra intentionem Prælati jubentis, ex quo valde veriſimile ſit, quod eo ipſo, quo ſubditus obedientiam vovit Superiori, ſuam voluntatem illius alligaverit, quantum ad omnia, quæ rationabiliter poſſent habere dependentiam à voluntate Superioris, & pro quibus poſſit ſubdito præcipere; & quod Chriſtus non dederit Sacerdoti ſubdito authoritatem offerendi Sacrificium pro hoc, vel illo determinate, in caſu, in quo poſſet à Prælato præcepi, ut Sacrificium juxta ſuam intentionem applicet, ſed cum dependentia à Superioris volunte, potentis id ſubdito præcipere;
39 Et ſit certum, quod inferior, ut membrum corporis teneatur
ad contractus, quos licite, & valide facit Superior de operibus
communibus, ex quibus, ſive ex quorum ſtipendio corpus
ſuſtinetur Marchan.

Alioquin onera, quæ habent Monaſteria, & in dies ſuſcipiunt de Miſſis celebrandis (quarum ſtipendia Religioſę cedunt ſuſtentationi) ſubjacerent dubitationi, an perſolvan-
tur,

tur, & de eo prudenter poſſent fideles ſuſpicari.

Super quo videtur dubitari non poſſe poſt decreta de celebrat. Miſſarum, ut ſupra, & præſertim §. 36. *Cumq; hujuſmodi*, & §. 34. *curent*, ubi totum, ut certum ſupponitur.

In ſecundo vero: quamquam Religioſus celebrans contra intentionem Prælati, & contra votum obedientiæ, peccet mortaliter, ut tradunt DD., & probat Peyrin *tom. pr. de ſubdito* 40
quæ. pr. cap. 6. §. unico: attamen applicatio ſubditi prævalet, & in eo, qui obicem non ponit, fructum habet, cui ipſe applicat; ex eo, quod applicatio Miſſæ Sacerdotis ſubditi abſo- 41
lute, & ſimpliciter non dependeat ab obedientia Prælati, aut voluntate ſuperioris, quia ſubditus in iis, quæ ſunt ſimpliciter Sacerdotis, ſive quatenus eſt Sacerdos, & Miniſter Chriſti, non eſt ſubditus per Marchant, ſed liber, & alterius fori; & à ſimili patet: præcipiat V. G. Guardianus Sacerdoti ſubdito, ne celebret: mandet, ut non abſolvat; operari nequit, quin vere celebret, ſi celebrat, & vere abſolvat, modo juriſdictionem habeat in pœnitentem; Ratio eſt, quia authoritas, 42
& poteſtas conſecrandi, & abſolvendi (licet, quo ad hoc, requiratur quoque poteſtas juriſdictionis) eſt ordinis, quæ à Chriſto Sacerdoti in ordinatione datur, & Sacerdos conſe- 43
crando, & abſolvendo, ut Miniſter Chriſti procedit, in quo intentio debet eſſe perſonalis, & propria; ſic cum poteſtas applicandi Sacrificium in collatione ordinis recipiatur, & à Chriſto Sacerdoti conferatur, non poteſt ab ullo Chriſto inferiori limitari, ut non valeat applicatio à Sacerdote facta: intellige ſemper cum modificatione juxta primum ſenſum.

Quæritur: An ſpecificanda ſit perſona, vel perſonæ, quibus Miſſa applicanda eſt?

Reſp. Sufficere juxta Scotum ſic applicare. *Dignare Domine acceptare hoc ſacrificium pro illo, vel illis, quibus teneor* 44
offerre ex juſtitia, fidelitate, vel obedientia; hæc ultima applicatio utilis eſt pro Religioſis, aliiſque, qui ad intentionem, vel applicationem ſuorum Superiorum celebrant March. *cit.*

Parochi tenentur ſacrificium pro ſuis ovibus applicare, vel qoutidie, vel ad minus diebus feſtis juxta Decretum Sac.

quibus non aſſervatur Sanĉtiſſ. Sacramentum, celebrari Miſſam feria V. in Cæna Domini, & in ſepulchro idem Auguſtiſſ. Sacramentum aſſervari? Et Sac. eadem Cong. reſpondit. Non licere. Die 24. *Junii* 1659.

J. Epiſcop. Sabinen. Card. Sacchettus.

Franc. M. Phæbeus Sac. Rit. Cong. Secr.

Quoad ſepulchra in Oratoriis, ſeu Congregationibus Regularibus extant literæ ejuſdem Sac. Cong. ſub die 8. *Junii* 1669. ut in Arch. S. Cong. Rit.

Privilegia Sacrificandi, ſeù celebrandi in Altari portatili, Viatico, ſeu mobili (quod ad hunc eſſectum transfertur in itinere de uno ad alium locum) Ordinibus Prædicatorum, & Minorum olim conceſſa, eſſe revocata à *Trident. ſeſſ.* 22. *in Decreto de Obſervandis, & Evitandis in celebratione Miſſæ*; Tradit *Miranda Manual. Prælat. quæſt.* 40. *art.* 9. *concluſ.* 4. Confectius *Summar. privileg. Ord. Mendic. tit.* 19. *cap.* 2. *Piaſec. prax. Epiſc. parte* 2. *cap.* 3. *art.* 3. *Fagnan. cap. in his de privileg.* Et facit expreſsè Textus Concilii: Nevè patiantur (*ſcilicet Epiſcopi*) privatis in domibus, atque omnino extra Eccleſiam, & ad Divinum tantum cultum dedicata Oratoria, ab iiſdem Ordinariis deſignanda, & vſitanda, Sanctum hoc Sacrificium à ſecularibus, & Regularibus quibuſcumque peragi; *Et inferiùs:* ipſi pro data ſibi à Sacroſancta Synodo poteſtate, ac etiam, ut delegati Sedis Apoſtolicæ, prohibeant, mandent, corrigant, ſtatuant, atque ad ea inviolatè ſervanda cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque pœnis, quæ illorum arbitrio conſtituuntur, Fidelem Populum compellant: non obſtantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac conſuetudinibus quibuſcumque. Quibus certè ſuſtulit privilegia celebrandi extra Eccleſiam; adeoque in Altari portatili. 48

Etiam ſi ſint clauſa in corpore Juris, prout continetur illud præfatis Ordinibus ab Honorio III. *cap. in his de privil. lib.* 5. *tit.* 33. datum, ex adnotatis à *Fagnan. num.* 12. cum quotieſcumque Trident. privilegia revocat, derogatio ad inſerta, etiam in corpore Juris, ampliatur: tametſi illa non no-

 mi-

minet; Etenim cum Concilium generaliter derogat privilegiis hujuſmodi inſertionis expreſſionem tacet: ſic *ſeſſ. 5. cap. 2., & cap. 15. ſeſſ. 23.* ſuſtulit indulta Regularium, inſerta in *Clement. Dudum de Sepul.*, & exigit ad concionandum neceſſariam benedictionem, ſeu licentiam Epiſcopi; Ejuſdemq; approbationem, ut ſecularium confeſſiones excipiant.

Et habetur expreſsè ex narrativis *Conſt. Gregorii XIII. Bullar. Cherub. tom. 2.*: indulgentis PP. Jeſuitis uſum Altaris portatilis in locis Miſſionum, ubi: *Uſum Altaris Viatici Societati Veſtræ à fel. record. Paulo Papa III. conceſſum, deinde à* Concilio Trident. *univerſè ſublatum (Nota)* Vobis &c. Et inde ſubſiſtere non videtur dictum *Roderici tom. primo qq. Regul. q. 43. art. 5.* aſſerentis, poſſe Regulares celebrare *in Altari portatili*, ſi Epiſcopi non contradixerint: Etenim aſſerit Concilium privilegia eis data non abrogare; ſed ſolum Epiſcopis præcipere, ut non obſtantibus privilegiis, non patiantur Regulares id exequi; Nam ex allegato Gregorio conſtat, id eſſe falſum; adeoque præcipere Epiſcopis, ut id non permittant, quia privilegia ſunt revocata.

49 Nec in Clauſtro Monaſterii poſſunt in Altari portatili celebrare; nec ad id Epiſcopi licentiam tribuere; Etenim *Concil. §. Neve patiantur*: Primò prohibet, ne Epiſcopi permittant, ut Miſſa celebretur in privatis domibus; Secundò, ne id fieri permittant in locis, quæ ſunt omnino extra Oratoria ad Divinum tantum cultum dedicata; Tertiò præcipit, ut Oratoria priùs deſignentur, & viſitentur ab Ordinario. Et licet Clauſtrum non ſit domus privata, quia tamen verè non eſt in Eccleſia, & Altare portatile Oratorium ad Divinum cultum dedicatum appellari non poſſit, cadit ſub prohibitione de non celebrando in locis extra Eccleſiam, & extra Oratoria ad Divinum cultum dedicata.

50 Verum, cum in Clauſtro, non ſuper Altari portatili, ſed fixo, in Oratorio Divino cultui dedicato, celebrare voluerint, id eis poterit ab Ordinariis concedi, dummodo locum priùs viſitarint, ac ad id aptum, & decentem eſſe noverint, quod certè eſt ad formam Concilii. Quidquid alii ſentiant.

CA-

CAPUT XIII.

Officialis quoad Clauſuram Monialium.

SUMMARIUM.

1 *Moniales omnes in concernentibus Clauſuram ſubduntur Ordinariis.*
2 *Conſt. Alex. VII.* Felici.
3 Superior. *Regular. cauſa ſolum viſitationis localis permittitur ingreſſus in Clauſuram.*
4 Semel *tantum in anno,*
5 *Per ſe ipſos debent viſitare, & unica die viſitationem abſolvere.*
6 *Generalis poteſt ſecum aſſumere duos ſocios; cæteri ipſo inferiores unicum.*
7 *Locus Monialium durante viſitatione, eſt Chorus.*
8 *Viſitatio perſonalis fit ad crates.*
9 *Numerantur caſus, in quibus poſſit Confeſſarius ingredi Clauſuram.*
10 *Regulares non pernoctant apud Monaſt. Monial.*
11 *Quid agendum, dum Monaſteria ſunt extra mœnia.*
12 *Decretum irritans tollit omnem conſuetudinem &c.*
13 *Epiſcopi, irrequiſitis etiam Superioribus Regularibus, viſitant Monaſteria Monialium iſtis ſubjecta.*
14 *Et poſſunt excommunicationem ſibi reſervatam imponere circa aperitionem oſtii Clauſuræ &c.*
15 *Vicarius Generalis habens ab Epiſcopo mandatum poteſt viſitare Clauſuram Monialium Regularibus &c.*
16 *Reprobatur Roderico.*
17 *Decreta S. C. C. ſuper viſitatione facienda ab Ordinariis in Monaſteriis Regularium &c.*
18 *Epiſcopus viſitaturus non tenetur præfinire diem, & horam viſitationis.*
19 *Non poteſt viſitare SS. Sacramentum &c. Confeſſionalia &c. niſi &c.*
20 *Non poteſt fores Eccleſiæ frangere, niſi &c.*
21 *Moniales non tenentur erigere Baldachinum, ſed ſufficit ſtratum præparare.*

22 *Epi-*

22 *Epiſcopus viſitaturus non poteſt quoſcumque ſecum aſſumere.*
23 *Moniales non tenentur excipere Epiſcopum cum Cruce, & Cantico* Benedictus.
24 *Nec ei debēt porrigere Crucem deoſculandam.*
25 *Poteſt Epiſcopus ſermonem ad Moniales habere.*
26 *Non poteſt cellas Monialium viſitare in non pertinentibus ad clauſuram.*
27 *Licentiam ingrediēdi clauſuram ſubſcribit Superior Regularis &c.*
28 *Licentiæ non concedendæ, niſi in caſibus neceſſariis.*
29 *Conſtit. Gregor. XIII.* ubi gratiæ.
30 *Ingrediens ad malum finem ligatur excommunicatione Papæ reſervata.*
31 *Etiam Prælati extra caſus neceſſitatis non poſſunt clauſuram ingredi.*
32 *Conſt. Greg. XIII.* Dubiis *ea de re edita.*
33 *Pœnæ in tranſgreſſores.*
34 *Moniales egredientes è Monaſterio extra caſus exceptos ligantur excommunicat. majori, latæ ſententiæ, Papæ reſervata ex Conſt. B. Pii V.* Decori &c.
35 *Extenditur etiam ad concedentes licentias, comitantes &c.*
36 *Additur privatio officiorum, dignitatum &c.*
37 *Mulieres nequeunt uti facultatibus acceptis à S. Sede, quo ad ingreſſum in clauſuram Monialium, niſi habito Monialium conſenſu ex Conſt. Urb. VIII.* Sacroſanctum.
38 *Confeſſarii Monialium non poſſunt ingredi quoties volunt, & ibi plura vide.*
39 *Nec ad celebrandam Miſſam.*
40 *Reprobantur Lantuſca, & Miranda.*
41 *Ætas matura requiſita in ſocio: quæ ſit?*
42 *Energumena non exorcizatur intra ſepta Monaſterii.*
43 *Quid ſit clauſura?*
44 *Quomodo in violat. clauſuræ, detur parvitas materiæ?*
45 *Tectum ſub clauſura comprehenditur, contra Dianam, Tamburin., & Pelizar.*

Quo-

QUo ad Clauſuram omnes Moniales indifferenter ſubjiciuntur Epiſcopo, etiam illæ, quæ à Regularibus reguntur, prout *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul., & Monial. cap. 5.*
ſtatuit: Bonifacii VIII. Conſt. quæ incipit: Periculoſo reno- 1
vans Sancta Synodus univerſis Epiſcopis ſub obteſtatione Di- „
vini Judicii, & interminatione maledictionis æternæ, præcipit, „
ut in omnibus Monaſteriis, ſibi ſubjectis, ordinaria, in aliis „
verò Sedis Apoſtolicæ authoritate, Clauſuram Sanctimonia- „
lium, ubi violata fuerit, diligenter reſtitui: & ubi inviolata eſt, „
conſervari maximè procurent. „ „

Verùm juriſdictio circa Clauſuram Monaſteriorum Regularibus ſubjectorum competit Epiſcopo cumulativè cum Superiore Regulari, non autem privativè: adeo ut, & ii circa eam poſſit, quæ opportuna judicaverit ſtatuere ex S. C. C. 1608. *ut in lib.* 11. *Dec. fol.* 31. & ex mox citanda Conſt. Alex. VII. in terminis à S. Sede eidem præfixis, & non aliter; quia eſt certum, quoad eam ejuſdem juriſdictionem per decreta Apoſtolica eſſe reſtrictam, & limitatam, modumque Superiori in locali Monaſteriorum, & Monialium perſonali viſitatione obſervandum, & alia præſcribi, prout Conſt. fel. rec. Alex. VII. ſtatuit, ut infra.

§. 1. *Felici &c.* „ Preſentibus perpetuo valituris ſanci- 2
mus, ut impoſterum infra fines Italiæ, & Inſularum adjacen- „
tium Generalibus, Provincialibus, Abbatibus, & quibuſcun- „
que aliis Superioribus Regularibus, quibus alioqui cura, & „
regimen Monaſteriorum Sanctimonialium quovis modo in- „
cumbit, intra ſepta eorumdem Monaſteriorum, nullatenus „
ingredi liceat, niſi ex cauſa viſitationis localis, & hoc ſemel 3
tantùm in Anno; itaut in eo Anno, in quo unus ex memo- „
ratis Superioribus viſitaverit, alius Superior à viſitatione hu- „
juſmodi ſe omnino abſtineat. 4

§. 2. Quod ſi ob Clauſuram, quæ à Sacra Trid. Synodo, „
etiam in Monaſteriis exemptis, curæ, & vigilantiæ Epiſcopi „
in primis committitur, aut ob aliam urgentem, ac neceſſa- „
riam cauſam oportuerit Superiorem Regularem eodem Anno „
pluries ingredi ſepta Monaſterii, tunc non aliter ingrediatur, „

quàm

Digitized by Google

quàm cum præſentia Epiſcopi Diœceſani, vel alterius perſonæ Eccleſiaſticæ ſecularis, boni exempli, ac maturæ ætatis, ab ipſo Epiſcopo ad hoc ſpecialiter deputatæ.

§. 3. Viſitet autem Superior Regul. interiorem Clauſuram per ſe ipſum, non autem per alium, etiam ſi fuerit legitimè impeditus: quo caſu differatur viſitatio in aliud tempus, quo ceſſaverit impedimentum: & viſitationem celeriter, & unica die, debita tamen cum diligentia, abſolvat; nec ante ortum Solis, eam incipiat, nec poſt occaſum protrahat.

§. 4. Neque ipſe Viſitator, neque ejus Socii ullam ſumant in Monaſterio refectionem.

§. 5. Porrò ſi viſitet Generalis, poſſit ſecum habere duos Socios ſui Ordinis: ſi alius à Generali, unum tantùm, excluſis omnibus aliis, etiam ratione officii.

§. 6. Qui quidem Socii aſſumantur exemplares, & maturæ ætatis, & in actu viſitationis à Viſitatore nunquam ſeparentur, ſed eum aſpicere, & ab ipſo aſpici ſemper poſſint.

§. 7. Ac præterea Viſitatori aſſiſtant quatuor Moniales ex ſenioribus Monaſterii, quæ ſimiliter, viſitatione durante, nunquam ſeparentur à Viſitatore, & Sociis. Reliquæ verò Moniales, & quæcumque aliæ Mulieres, & Puellæ ſeculares in Monaſterio degentes, niſi legitimo detineantur impedimento, conveniant omnes in Choro, antequam Viſitator ingrediatur interiorem Clauſuram, & in eo permaneant durante Viſitatione, & quouſque idem Viſitator cum Sociis è Monaſterio exierit. Ideoque curet Viſitator, ut tempeſtivè admoneatur Abbatiſſa, ſeu Monaſterii Præfecta de præſtituta die, & hora Viſitationis.

§. 8. Viſitatio verò perſonalis fiat ad crates, & omninò extra Clauſuram Monaſterii, & per ipſummet Superiorem dumtaxat, ut ſupra dictum eſt de Viſitatione interioris Clauſuræ.

§. 9. Ad hec Confeſſor Sanctimonialium, tam ordinarius, quam extraordinarius minimè ingrediatur ſepta Monaſterii, niſi ad Sacramenta Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremæ-Unctionis miniſtranda Monialibus, vel aliis perſonis infirmis ibi degen-

degentibus; necnon ad commendandam Animam Agonizan- „
tium; nec unquam ingrediatur, niſi cum Socio, qui ſit pro- „
batæ vitæ, & maturæ ætatis, ſemperque maneat in ea parte „
Monaſterii, qua Confeſſorem videre, & ab ipſo videri ſemper „
poſſit. „

§.10. Inſuper diſtrictè præcipimus memoratis Superio- „
ribus Regularibus, ut infra terminum duorum menſium, à „
publicatione præſentis Conſt. computandorum, revocent ad „
Clauſtra Confeſſores, eorumque Socios, Concionatores, & „
alios quoſcumque Regulares apud Monaſteria Sanctimonia- 10
lium, vel aſſiduè, vel ad tempus, quocumque titulo, perno- „
ctare ſolitos; nevè permittant eoſdem, ſeu alios Regulares, „
intra, ſeu propè ſepta Monaſteriorum hujuſmodi habitare, „
vel commorari; quin etiam infra eumdem terminum, quaſ- „
cumque cellas, manſiones, ſeu cubicula propè Monaſteria „
prædicta, ad uſum memoratorum Regularium exiſtentia, ſi „
Clauſuræ Monaſteriorum earumdem Monialium contiguè „
ſint, eidem Clauſuræ includi, vel dirui omninò faciant: ſi verò „
ſint extra ſepta, vendi, pretiumque in Monaſterii utilitatem „
converti; nec impoſterum alia ſimilia aptari, ædificari, aut „
emi permittant. Quod ſi infra dictum terminum Superiores „
Regulares præmiſſa cum affectu non adimpleverint, teneatur „
Ordinarius loci, tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus illa ad- „
implere, & omninò exequi, etiam invocato, ſi opus fuerit „
Brachii ſecularis auxilio. „

§.11. Veruntamen ſi Monaſterium Sanctimonialium ſit „
extra mœnia Urbis, vel Oppidi, & Monaſterium Regularium 11
virorum, quibus Moniales ſunt ſubiectæ, ſit intra dicta mœ- „
nia, vel è converſo, habeantur, vel conducantur, ſi commo- „
dè fieri poſſit, manſiones ad uſum Confeſſoris, quæ non ſint „
conjunctæ, ſeu contiguæ ipſi Monaſterio Monialium, ſed ab „
eo penitùs disjunctæ, non ſolum per parietes, ſed etiam per „
tecta; ſin autem utrumque Monaſterium ſit intra mœnia, & „
unum ab altero, Epiſcopi judicio, multum diſtans, tunc ha- „
beantur, vel conducentur hujuſmodi manſiones, ut ſuprà „
diſtinctæ, & ſeparatæ à Monaſterio Monialium, diſtantia ab „

„ ipſo Epiſcopo recognoſcenda, & approbanda; ita tamen, ut
„ in manſionibus Confeſſoris, ſive intra, ſive extra mœnia con-
„ ſtitutis, excepto ipſo Confeſſore cum ſuo Socio, alii Regulares,
„ etiam ſi Superiores ſint, minimè pernoctent.

„ §.12. Si quis verò prædictorum Regularium aliquid con-
„ tra præſentium tenorem facere, vel moliri præſumpſerit, aut
„ adimplere neglexerit, ipſo facto pœnam excommunicationis,
„ & privationis omnium officiorum, quæ obtinet, ac perpetuæ
„ inhabilitatis ad illa, vel alia impoſterum obtinenda, vociſque
„ activæ, & paſſivæ, abſque alia declaratione incurrat. Et nihi-
„ lominus nullis privilegiis, & exemptionibus tueri ſe poſsit,
„ quominus ab Epiſcopo loci, tanquam ad hoc Sedis Apoſtolicę
„ Delegato, quoties, & quando opus fuerit, corrigi, & puniri
„ valeat.

„ §.13. Decernentes &c. Sicque, & non aliter &c. Sublata
„ eis &c. Irritum, & inane &c. Non obſtantibus &c. Dat. in
„ Arce Gandulphi tertio decimo Kal. Novembris 1664.

Pignatell. *tom.1.conſul.162.*, *Bullar. Cherub. tom.5.*

Per quas amplas, & adeo prægnantes clauſulas nulli du-
bitandum, quin omnia, & ſingula caſſentur, revocanturque
in contrarium privilegia, ipſæque, utpotè antiquatæ, relin-
12 quantur conſuetudines; juxta efficaciam *Decreti irritantis*,
cujus eſt omnem conſuetudinem, futuram quoque, tollere
per Panimolla *deciſ.1. adnot.2. num.*33., Sperellum *deciſ.*161.
num 13. & *deciſ.* 179. *num.* 35. & vires clauſulæ *ſublata*, quæ
tali operatur virtute, ut os claudat parti, & ab Judice faculta-
tem aliter judicandi adimat, ex Barboſa de *Diction. diction.*102.
*num.*2., & communi DD.

Epiſcopi, quibus Trid. *alleg. cap.* & *ſeſſ.* negocium Clau-
ſuræ committit, poſſunt, etiam inconſultis, & irrequiſitis Re-
gularium Superioribus, Monaſteria Monialium, quæ iſtis ſub-
13 duntur, quoad Clauſuram viſitare, ex S.C.C. *in una Colibrien.*
die 26.*Maii* 1640. apud Barboſ. *ad ſeſſ.*25. *cap.*5. *de Regul. n.*13.
ut infra: „ Sac.Congr.Conc.cenſuit Epiſcopum Colimbrien-
„ ſem, uti Sedis Apoſtolicæ Delegatum, potuiſſe, quoad Clau-
„ ſuram Monaſteriorum Monialium Conventus de Cellas Or-
dinis

Digitized by Google

dinis Ciſtercienſis, Regularibus ejuſdem Ordinis ſubjectum, „
viſitare, etiam aſſumpto ſecum Vicario Generali, & Confeſ- „
ſario earumdem Monialium; Monialeſque ipſas in iis, quæ, „
ad eamdem clauſuram pertinent, examini ſubiicere, ſemotis, „
etiam ſuſpicione violatæ clauſuræ, ac quacumque Superio- „
rum Regularium negligentia, ipſiſque inconſultis, & irrequi- „
ſitis, ac inſuper eidem Epiſcopo licuiſſe Rectorem Collegii dicti „
Ordinis, ex ſupradicta cauſa inobedientem, declarare in pœ- „
nam excommunicationis, ac alias comminatas incurriſſe. „

I. Card. Pamphilius.

Et priùs *ſub* 24. *Septembris* 1622. *cenſuit licere Epiſcopo viſitare Monaſteria Monialium Regularibus ſubjectarum, & ſingulas Moniales abſque interventu Regularium alloqui in concernentibus Clauſuram: lib.*12. *Decr. fol.*111. Et aliàs in una *Recinen.*1638. *lib.*11. *Decr. fol.*31. *ad ſeptimam cenſuit. Poſſe Epiſcopum ingredi Clauſuram ſaltem duobus honeſtis, & gravibus viris comitatum*. Et in una *Viterbien. die* 26. *Junii* 1627. apud Nicol. *lucubrat. lib.*3. *tit.*1. *num.*3., & Panimol. *deciſ.*84. *adn.*3. *num.*56., ubi quærebatur: *An Epiſcopus ad Clauſuram cuſtodiendam, etiam in Monaſteriis Regularibus ſubjectis, poſſit excommunicationis latæ ſententiæ pœnam ſibi reſervatæ, imponere* 14
circa aperitionem oſtii Clauſuræ extra caſus indigentiæ; necnon circa acceſſus, & colloquia cum Monialibus, dictaque excommunicatio liget nedum Regulares accedentes, verum etiam Moniales, facta de illis mentione, adeout Superior Regularis ab hujuſmodi excommunicatione abſolvere nequeat?

Sac. Cong. Card. Conc. Tridentini Interpretum, Reſpondit: Epiſcopum poſſe.

F. Card. Veroſpius.

Vide *cap. off. quoad allocut. cum Monial. num.*22. *& ſequent.*

Et nedum per ſe ipſum, ſed etiam per ſuum Vicarium, poteſt, imo debet, in reſpicientibus Clauſuram, eadem viſitare, ut notat Sperel. *deciſ.*99. præſertim cum ad id habet Vicarius ſpeciale mandatum; ubi *n.*27. teſtatur ſe ſuper hoc favorabilem obtinuiſſe à S. C. C. reſolutionem tenoris, qui ſequitur: „ S. C. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum

Digitized by Google

„ ad utrumque dubium reſpondit, non ſolùm Epiſcopo, ſed
„ etiam Generali ejus Vicario, ad hoc ſpeciale mandatum haben-
„ ti, licere pro Clauſuræ viſitatione ingredi ſepta Monaſteriorũ
15 Monialium Regularibus ſubjectorum, tametſi nulla rationabi-
„ lis violatæ Clauſuræ ſuſpicio irrepſerit, & acriter reprehendit
„ Rodericum, quod hac de re tam audacter loqutus fuerit. „

In eo reprobatur Roderic. quod dixerit *tom. 1. qq. qu.*47.
„ *ar.*10., „ Tridentinum eo *decr. 5. ſeſs.* 25. non cõcedere Epiſcopis
„ licentiam ingrediendi Monaſteria Monialium, ſubjecta etiam
„ Regularibus, ut videant, ſi Clauſura eſt inviolata, ſed tantùm
„ concedere, ut poſtquam ſciverint eſſe violatam, procurent
„ juxta terminos Juris ipſam reſtitui, & reſtaurari, monendo
16 Prælatos dictorum Monaſteriorum, ut clauſura reſtauretur:
„ quod, ſi admoniti intra ſex menſes, hoc emendare neglexerint,
„ tum iidem Epiſcopi, etiam, ut Legati Sedis Apoſtolicæ, eo-
„ rum defectum auctoritate Apoſtolica poſſunt ſupplere. „ Hæc
ille ibidem, ſed nimis laxo calamo, ideo à Congregatione re-
prehenditur.

Tale mandatum eſt in Vicario neceſſarium, ut licentias ingrediendi Monaſteria concedere valeat, prout in una *Mediolanen. lib.* 2. *Dec. fol.* 174. eadem S. C. firmavit.

Cæterum in viſitatione Monialium Regularibus ſubjectarum, ſunt ab Ordinariis obſervandæ Reſponſiones Sacræ Cong. Conc. ad dubia, eidem ſuper ea re propoſita à P. Franciſco de Monelia Min. de Obſ. Procuratore Generali.

17 I. An Epiſcopus viſitaturus Clauſuram Monialium Re-
„ gularibus ſubjectarum teneatur ante acceſſum, ejuſdem Mo-
„ nialibus præfinire diem, & horam viſitationis?

„ II. An in Eccleſiis earumdem Monialium, non curatis,
„ viſitare poſſit Sanctiſſimum Sacramentum, Oleum Infirmo-
„ rum, confeſſionalia, Sepulturas, ac Reliquias inibi exiſten-
„ tes, & quatenus affirmativè?

„ III. An in caſu reſiſtentiæ Monialium poſſit Fores Ec-
„ cleſiæ frangere, Tabernaculum violenter aperire, Eccleſiam
„ interdicere, & Euchariſtiæ Sacramentum ad aliam Eccleſiam
„ trasferre?

IV. An

Digitized by Google

IV. An Epiſcopo Monaſteriorum Clauſuram viſitare »
volenti, dictæ Moniales teneantur erigere in Eccleſia exterio- »
ri, vel interiori Sedem cum Baldachino, vel ſolummodò ſuf- »
ficiat illi ſtratum præparare in utraque Eccleſia? »

V. An Epiſcopus dictam Clauſuram viſitaturus, præter- »
quam Conviſitatores, poſſit pro ſuo libito ſecum ducere intus »
Monaſterium alias perſonas, ſive Eccleſiaſticas, ſive Seculares, »
indeterminatè, vel incertè, & præfixo numero? »

VI. An Epiſcopum dictorum Monaſteriorum Clauſu- »
ram viſitaturum, teneātur Moniales omnes excipere perſona- »
liter cum Cruce, & Cantico Benedictus? »

VII. An dictæ Moniales teneantur in ipſo Clauſuræ in- »
greſſu adornare ſtratum, ibique genuflectenti Epiſcopo, Mo- »
nialis aliqua porrigere debeat Crucem deoſculandam? »

VIII. An Epiſcopus Clauſuram ingreſſus poſſit pro ſuo »
libito convocare dictas Moniales omnes in Choro interiori, »
aut in alio loco, & ad eas ſermonem habere? »

IX. An abſolutè, & indifferenter viſitare poſſit Cellas di- »
ctarum Monialium, etiam quoad non pertinentia ad Clauſu- »
ram. »

Ad quæ die 19. Januarii 1686. Sacra Cong. S. R. E. Card. »
Conc. Trid. Interpretum reſpondit. »

Ad I. Negativè. 18

Ad II. Cenſuit dandum eſſe Decretum in Florentina Ju- »
ris viſitandi tenoris infraſcripti. „ An Archiepiſcopus, ſeu, »
de ejus mandato, Vicarius generalis, poſſit viſitare Sanctiſſi- »
mum Sacramentum, Olea Sacra, Confeſſionalia, & Sepultu- 19
ras in Eccleſiis Monialium Regularibus ſubjectarum? „ die »
29. Julii 1684. S. C. C. Reſp. negativè, niſi in his, quæ concer- »
nunt obſervantiam Clauſuræ, & quatenus non adſit legitima „
conſuetudo in contrarium.

Ad III. Negativè, niſi in caſibus ſpectantibus ad Clau- 20
ſuram.

Ad IV. Sufficere præparationem ſtrati. 21

Ad V. Servandas eſſe Conſtitut. Apoſtolicas „ Greg.
XIII. Dubiis, quæ emergunt. „ Nos omnem exitationis ma- „
teriam

„ teriam tollere, & viam ſcandali præcidere, ac Sanctimonia-
„ lium quieti conſulere volentes, harum tenore auctoritae Apo-
„ ſtolica declaramus, Prælatos omnes, tam Seculares, quàm Re-
22 gulares, quibus cura, & regimen Monaſteriorum Monialium
„ quovis modo incumbit, facultate ſibi ex officio attributa in-
„ grediendi Monaſteria prædicta, ita demum uti poſſe, ſi id fa-
„ ciant in caſibus neceſſariis, & à paucis, iiſque ſenioribus, ac
„ Religioſis perſonis, comitati.

23 Ad VI. Negativè.

24 Ad VII. Itidem negativè.

25 Ad VIII. Poſſe.

26 Ad IX. Negativè.

Pro facultate concedendi licentias ingrediēdi Clauſuram
Monialium Trid. utitur disjunctiva vel: *Ingredi autem intra
ſepta Monaſterii nemini liceat, cujuſcumque generis ſexus, vel
ætatis fuerit, ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia, in ſcriptis ob-
tenta, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda.* Ex
quibus inferri poteſt ad licitum ingreſſum ſufficere obtinuiſſe
illam, vel ab Epiſcopo, vel à Superiore Regulari, qui ſem-
per dum etiam ipſe debeat concedere, ſubſcribit poſt Epiſ-
copum ex Sac. Congr. Conc. in una *Vincentina* 16. *Februarii*
27 1627. Floſc. Nicol. *v. Moniales num.* 29. & nil poteſt addere,
vel mutare *ibid.* & *cap. off. quoad allocut. cum Monialib. num.* 21.
& alia ibi vide *num.* 18. ſatis neceſſaria.

Licentiæ autem hujuſmodi nonniſi ex cauſis neceſſariis
28 ſunt concedendæ, ex Trident. *alleg. cap.* 5. quinimo obtinentes
licentiam ingrediendi ex cauſa, ſi ingrediatur pro libito, &
ſine cauſa neceſſaria, ipſaque abutatur, incurrunt ipſo facto
excommunicationem Papæ reſervatam, ex Conſt. Greg. XIII.
qua revocantur quoque omnes licentiæ ingrediendi Monaſte-
ria. ut ſequitur.

Ubi gratiæ, & infrà §. 1. Authoritate præſentium revo-
„ camus, & abolemus omnes, & quaſcunque licentias, ac fa-
29 cultates ingrediendi Monaſteria, domos, & loca Monialium,
„ ac etiam virorum quorumvis Ordinum quibuſvis, etiam Co-
„ mitiſſis, Marchioniſſis, Duciſſis, & aliis, cujuſcunque ſtatus, &
„ con-

conditionis mulieribus, ac etiam omnes; & quaſcunque licen- »
tias ingrediendi Monaſteria, Domos, & loca ipſarum San- »
ctimonialium, quibuſcunque viris, etiam ejuſdem ſtatus, & »
dignitatis, tam à Prædeceſſoribus noſtris, quam etiam à nobis, »
& Sedis Apoſtolicæ Legatis, aut aliis ex quibuſvis quantum- »
cunque urgentibus cauſis, ſub quibuſcunque tenoribus, ac »
etiam derogatoriarum derogatoriis, revocatorum reſtituto- »
riis, aliiſque efficacioribus clauſulis, irritantibuſque, & aliis »
Decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia. deque »
Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, atque ad Imperatoris, Re- »
gum, Reginàrum, aliorumue Principum contemplationem, »
vel ſupplicationem conceſſas, confirmatas, ac etiam renovatis »
vicibus renovatas; caſſamuſque; & annulamus literas deſu- »
per confectas, & proceſſus habitos per eaſdem. Inhibentes »
eiſdem, qui illas obtinuerunt ſub excommunicationis pœna »
ipſo facto incurrenda, ſuper quà à nemine niſi à Romano »
Pontifice (præterquam in mortis articulo) abſolutionis bene- »
ficium poſſit impertiri, ne ipſarum licentiarum prætextu »
Monaſteria hujuſmodi quovis modo ingredi audeant. »

§.2. Abbatiſſis vero, necnon Abbatibus, Conuentibus, & »
aliis Monaſteriorum utriuſque ſexus Superioribus, & perſo- »
nis, quocunque nomine vocentur, diſtricte præcipimus, ſub »
eadem excommunicationis pœna, necnon privationis dignita- »
tum, beneficiorum, & officiorum ſuorum, ac inhabilitatis ad »
illa, & alia impoſterum obtinenda, ne in Monaſteria, Domos, »
& loca ſua quemquam hujuſmodi prætextu licentiarum, & »
facultatum ingredi faciant, vel permittant. »

§.3. Quin etiam, ſub pœnis ipſo facto incurrendis, pro- »
hibemus, atque interdicimus omnibus, & quibuſcunque per- »
ſonis Secularibus, & Eccleſiaſticis, ac etiam Ordinum quorum- »
cunque, etiam Mendicantium Regularibus, ne prætextu li- »
centiarum ab Epiſcopis, vel Superioribus, quibus illas conce- »
dendi in caſibus neceſſariis tantum, ex Decreto Concil. Trid. »
tribuitur, ne Monaſteria ipſa Monialium pro libitu, ſed ne- »
ceſſitatibus urgentibus duntaxat ingredi, nevè Moniales ſub »
eiſdem pœnis illas aliter admittere præſumant. Non obſtanti- »

bus

Digitized by Google

„ bus &c. Datum Romæ Anno Incarnationis 1575. Idibus Ju-
„ nii.

Bullar. Cherub. *tom.* 2. quas revocavit quoque Paulus V. *Conſt. Monialium ſub die* 10. *Julii* 1602.

Ad quæ notat Fagnanus *cap. Nuper de ſent. excommunic. num.* 17., quod ingredientes ſepta Monaſteriorum, & non ſub prætextu licentiarum, ſed propria auctoritate, non incurrunt ex vi Gregorianæ excommunicationem Sedi Apoſtolicæ reſervatam, & ita eſſe ab eodem Gregor. declaratum teſtatur *n.* 36.

Verum, ſi ingreſſus propria auctoritate factus ſit ad ma-
30 lum finem, concludit cenſuram Sanctæ Sedi reſervatam ad tenorem Decreti Sac. Cong. Epiſcopor. allegati *cap. off. quo ad abſolut. ab excomm. & caſ. Bullæ Cœnæ num.* 4. Si vero non ad malum finem habet locum pœna excommunicationis lata à Trid. eodem *cap.* 5. quam Textus eſſet reſervatam non exprimit.

Etiam Prælatis, cæteriſque Monaſteriorum Monialium curam habentibus, & quibus ex officio jus ingrediendi com-
31 petit, idem Gregorius ingreſſum extra caſus neceſſarios prohibuit, ut infra.

„ Dubiis, emergunt, *& infrà*. Harum tenore authoritate
„ Apoſtolica declaramus, Prælatos omnes, tam ſeculares, quam
„ Regulares, quibus cura, & regimen Monaſteriorum Monia-
„ lium quovis modo incumbit, facultate ſibi ex officio attribu-
„ ta ingrediendi Monaſteria prædicta, ita demum ubi poſſe, ſi
„ id faciant in caſibus neceſſariis, & à paucis, iiſque Senioribus,
„ ac Religioſis perſonis comitati. Quo circa univerſos, & ſin-
„ gulos Epiſcopali, ſeu majori, ac etiam Cardinalatus dignitate
„ præditos, nec non quorumvis Ordinum Abbates, Priores,
„ Miniſtros, ac alios quoſcunque Superiores Regulares ſerio
„ monemus, ut facultate hujuſmodi, qui eam habent, præter-
„ quam in caſibus, ut præfertur, neceſſariis, neutiquam utantur.
„ Quòd ſi contrafecerint, eade authoritate Apoſtolica ſta-
„ tuimus, atque decernimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint,
„ eos pro prima vice, qua contrafecerint, ab ingreſſu Eccleſiæ in-
„ terdictos, pro ſecunda à munere Pontificali, & à Divinis ſu-
„ ſpenſos, ac deinceps ipſo facto abſque alia declaratione ex-
com-

Digitized by Google

communicatos exiſtere ; Regulares verò omni officio, ac „
Miniſterio privatos, excommunicationi ſimiliter ſubjacere. „
Non obſtantibus &c. Datum Romæ, Anno 1582. 23. *Decembris Bullar. Cherub. tom.* 2. & licet ex verbis Conſt. conſtet cenſuram non eſſe à Pontifice Sanctæ Sede reſervatam, prout quoque ibidem *num.* 39. à Fagnano notatur, nihilominus, ſi ingreſſus fuerit ad finem malum locum habet diſpoſitio enunciati Decreti S. Cong. Epiſc. per notata *n.* 31. Reſervatur etiam Sedi Apoſtolicæ excommunicatio, quam Moniales, exeuntes è Monaſteriis extra caſus permiſſos, & alii omnes concedentes licentiam comitantes, & recipientes incurrunt, per diſpoſita à B. Pio V. ut infrà.

Decori, & honeſtati, & infrà.

Unde nos malo huic prò noſtro Paſtorali officii debito „
ſalubriter ocurrere volentes, inhærentes, etiam Decreto S. 34
Cong. Trident., de Clauſura Monialium diſponenti, ac aliis „
noſtris literis ſuper hujuſmodi clauſura editis adjicientes, „
volumus, ſancimus, & ordinamus, nulli Abbatiſſarum, Prio- „
riſſarum, aliarumvè Monialium, etiam Carthuſ. Ciſtercien „
S. Benedicti, & Mendicantium, & quorumcumque aliorum „
Ordinum, etiam Militarium, ac ſtatuum, graduum condi- „
tionum, dignitatum, ac præeminentiarum exiſtentium, etiam „
è Regia, vel illuſtri proſapia ortarum, de cætero, etiam infirmi- „
tatis, ſeu aliorum Monaſteriorum, etiam eis ſubjectorum, „
aut domorum, parentum, aliorumvè conſangnineorum vi- „
ſitandorum, alia ve occaſione, & prætextu, niſi ex cauſa ma- „
gni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ, quæ tamen „
infirmitas, præter alios Ordinum Superiores, quibus cura Mo- „
naſteriorum incumberet, etiam per Epiſcopum, ſeu alium „
loci Ordinarium, etiamſi prædicta Monaſteria ab Epiſcopo- „
rum, & Ordinariorum juriſdictione exempta eſſe reperiantur, „
cognita, & expreſsè in ſcriptis approbata ſit, à Monaſteriis „
præfatis exire, ſed nec in prædictis caſibus extra illa, niſi ad „
neceſſarium tempus ſtare, licere. „

Aliter autem, quam ut præfertur egredientes, ſeu li- „

35 centiam exeundi quomodocumque concedentes, nec non co-
„ mitantes, ac illarum receptatrices perſonas, ſive Laicas, aut
„ ſeculares, vel Eccleſiaſticas, conſanguineas, vel non, excom-
„ municationis majoris latæ ſententiæ vinculo ſtatim eo ipſo
„ abſque alia declaratione ſubjacere, à qua preterquam *à Rom.*
„ *Pont.* niſi in mortis articulo abſolvi nequeant. Et inſuper
„ tam egreſſas, quam præſidentes, & alios Superiores prædictos,
36 eis licentiam hujuſmodi concedentes, dignitatibus, officiis,
„ & adminiſtrationibus, per eos tunc obtentis privamus, & il-
„ las, & illos, ad obtenta, & alia impoſterum obtinenda inha-
„ biles, nec non licentias, & facultates, ſeu indulta, & privilegia
„ exeundi à Monaſteriis, & extra illa ſtandi, à nobis, ſeu alio
„ Rom. Pont. Prædeceſſore noſtro &c. vel aliàs quomodolibet
„ conceſſa, quæ prorſus abolemus, & literas deſuper confectas,
„ & conficiendas, nullas, & invalidas, nulliuſque roboris, &
„ momenti fore, nec illas habentibus, & habituris, ſuffragari
„ poſſe; & ita per quoſcumque Judices &c. Non obſtantibus &c.
„ Dat. Rom. *Kal. Februar.* 1569. *Bullar. Cherub. tom.* 2.

Dum aliquibus Mulieribus Summus Pontifex licentiam conceſſerit ingrediendi Monaſteria Monialium, ingredi non poterunt, niſi priùs habito, & expectato conſenſu Monialium, capitulariter præſtito per ſuffragia ſecreta, juxta Conſt. Urbani VIII. tenoris ſequentis.

„ Sacroſanctum Apoſtolatus Miniſterium, quod ineffabi-
37 lis Divinæ Sapientiæ providentia humilitati noſtræ, nullo li-
„ cet meritorum ſuffragio, credidit, jugiter poſtulat, ut inter
„ multiplices paſtoralis officii curas, illam ſedulo amplectamur,
„ qua Sancti-Monialium quieti opportune conſulitur. Cum
„ itaque plures licentiæ Monaſteria Monialium ingrediendi,
„ diverſis mulieribus ſecularibus, ſub certis modo, & forma tunc
„ expreſſis, à Nobis, & à diverſis Romanis Pontificibus præde-
„ ceſſoribus noſtris conceſſæ fuerint, eædemque Mulieres in
„ vim licentiarum prædictarum Monaſteria hujuſmodi, non
„ niſi de expreſſo earumdem Monialium, & illorum Superio-
„ rum conſenſu, ingredi poſſint, ſeu debeant. Nos omnem du-
„ bitandi materiã, quæ, ſuper modo conſenſum hujuſmodi pre-
ſtan-

Digitized by Google

ſtandi, forſan oriri poſſet, e medio tollere volentes, Motu proprio, & ex certa Scientia noſtra, harum ſerie decernimus, atque declaramus, conſenſum dictarum Monialium, de cætero per eaſdem Moniales capitulariter, & per Secreta ſuffragia præſtandum eſſe, & præſtari debere, aliàs licentiæ hujuſmodi mulieribus, quibus conceſſæ fuerunt, nullatenus ſuffragentur; & quæ Sancti Monialium Monaſteria vigore licentiarum, prædictarum, abſque conſenſu capitulariter, ut præfertur, præſtito, ingredi præſumpſerint, Sententias, cenſuras, & pœnas contra Clauſuras Monaſteriorum Monialium violantes inflictas, ſe noverint incurſuras; *Sicque, & non aliter &c. ſublata &c. irritum &c. non obſtantibus &c. Dat. Tuſculi die* 27. *Octobris* 1624. Tamburin. *diſp.* 24. *quæſit.* 9.

Confeſſarios Monialium Clauſuram quoties ſibi placuerit, prohibetur ingredi, ſed ſolum in caſibus, ſibi à lege permiſſis juxta diſpoſita in §. 9. Conſt. Alex. prout ſupra. In qua ſpecificantur caſus; adjecta dictione *niſi*, quæ cæterorum caſuum excluſiva videtur per Sperellum *deciſ.* 66. *num.* 32.; & ex Barboſ. *dict.* 148. *num.* 7. & 8. ponitur taxativè, & privativè; & ideo videtur interdictus ingreſſus ad effectum quoque peragendi exequias, ſuper cadaver demortuæ Monialis, præſertim, ſi extra Cænobium tumulandum ſit, quia tunc abeſt moralis neceſſitas pro ingreſſu, ut notavit Tamburin. *de jure Abbatiſſ. diſp.* 24. *quæſit.* 5. & in caſu, quo ſepeliendum ſit in Eccleſia, vel Cæmeterio interiori, ait reſpiciendam eſſe conſuetudinem, & Superioris conceſſionem. Quam Minoribus dedit Greg. IX. apud *Confect. de privileg. Mend. Conſt. Veſtris.* ubi declarans caſus, in quibus licitum iiſdem ſit ingredi Monaſteria Monialium S. Claræ. *comprehendit illum quoque de ſepeliendis corporibus decedentium ſororum.* De cujus vigore poſt Alexandrinam, enunciatis derogatoriis munitam, poterit quiſque judicare; & animadvertere S. Cong. *ſub die* 13. *Septembris* apud Gavantum *Man. Epiſ. verb. Monial. Clauſura, num.* 40. & Tamburinum *alleg. num.* 2. decreviſſe, Confeſſario, prætextu ſepeliendæ Monialis, aut officium fu- 38

nerale peragendi, Clauſuram ingredi non licere.

Neque ei ingredi permittitur ad celebrandam Miſſam;
39 quæ intra Clauſuram, non obſtante quacumque contraria conſuetudine, celebrari non poteſt, ut *in una Bononien.* 2. *Januarii* 1601. Nicol. *Floſ. v. clauſura num.* 38. ideo caute le-
40 gendus Lant. *verb. clauſ. Mon. num.* 8. & Miranda *de Monialibus q.* 2. *art.* 18. ubi, quamvis concluſione prima optime dixerit à Concilio *cap.* 5. *ſeſſ. alleg.* per ea verba: *niſi in caſibus neceſſariis, etiam vigore cujuſcumque facultatis, & indulti*: & per alia, *niſi pro neceſſitatibus urgentibus*, adjecta in allegat. Conſt. Greg. *Ubi Gratiæ*, revocari privilegium datum à Leone X., prout habetur in compendio privileg. *ver. ingredi Monaſteria num.* 34., *quod quando Moniales Sanctæ Claræ infirmantur taliter, quod non poſſint ad Cratem venire ad audiendam Miſſam, poſſit illo tempore Sacerdos Confeſſor earum, vel Prælatus Superior introire clauſuram, infirmariam, & Monaſterium ad celebrandum, ne tales Moniales remaneant ſine Miſſa*; *&c.* Concluſione tamen ſecunda non loquitur conſequenter, dum affirmat, & ut probabile firmat poſſe Monialium Vicarios clauſuram ingredi in Feſtivitatibus, inquibus Moniales juxta propriam cujuſque Regulam communicare tenentur, & ibi celebrare; nam hoc etiam cum diſpoſitivis Alexandrinæ pugnat, quæ, tametſi concedat Confeſſarium poſſe clauſuram Monaſterii ingredi ad Miniſtranda *Sacramenta pœnitentiæ*, *Eucbariſtiæ*, *& Extremæ Unctionis perſonis infirmis*, *ibi degentibus*, ampliari non debet ad ingreſſum pro celebratione; dictio enim *niſi*, & ceteræ derogatoriæ Conſt. ac S. Cong. decretum allegat. ex Nicolio, reſiſtunt; ipſeque Trident. & textus Gregorianæ optimum exhibent argumentum ad reprobandam ſententiam Mirandæ, extendentis ingreſſum ad caſum non neceſſarium.

Nevè ad Sabbatho Sancto, vel alio tempore benedicenda Monaſterium, & Monialium Cellas, prout S. Cong. Conc. 13. *Septemb.* 1583. *atque* Lantuſ. *ver. clauſ. n* 3. & Gavant. S. C. *Epiſ.* 4. *Septembris* 1696. *num.* 37.

Ne-

Neque ad illius infirmæ excipiendam confeſſionem, eiquè miniſtrandam Euchariſtiam; ſi per ſe, vel aliarum auxilio, poteſt ad confeſſionarium, & Feneſtellam accedere S. C. Epiſ. 13. *Septembris* 1583. ex Gavant. *num.* 39. & Nicolio *Floſ. verb. clauſ. num.* 33.

Qui ſemper ſecum aſſumere debet Socium maturæ ætatis juxta diſpoſitionem Alexand., ſeu quadraginta Annorum quia hujuſmodi præſumitur ætas matura in ſenſu Conſt. prout aliàs, licet ad alium effectum, declaravit S. Cong. ſuper ſtatu Regul. reſpondendo dubiis ſibi porrectis occaſione decreti *Ut in parvis v. c. off. quoad viſitationem* &c. quo ad Socios Confeſſariorum Monialium exiſtentium ſub obedientia Min. de Obſervantia id in terminis expreſsè præſcribi legitur per Satuta Sambucana *cap.* 11. ꝯ. 7. *num.* 2. 41

Monialis energumena extra ſepta Monaſterii non debet exorcizari; ſed in Eccleſia exteriori, per diſpoſita à S. C. apud Lezana *Sum. tom.* 3. *v.* Clauſura *n.* 13. Tambur. *diſp.* 24. *quæſit.* 4. ut infrà: *Monialis nulla energumena intra Monaſterii ſepta à quocumque Presbytero ſecul., vel Reg. etiam Confeſſario, exorcizetur, ſed ad Eccleſiam exteriorem ejuſdem Monaſterii, obtenta prius à S. Cong. licentia, ea de cauſa deducatur, vel transferatur.* 42

Nomine Clauſuræ venit illud ſpatium, quod intra januam Monaſterii ſemper clauſum continetur, ut notavit Bonanina *qe. pr. punct. pr. n. pr. de Clauſura* apud Tamburin. *diſp.* 18. *quæſit. pr. n.* 5. & eſt locus Monaſterii ad quem, eſt ſecularibus prohibitus ingreſſus, & extra quem Moniales non poſſunt egredi, quin leges Clauſuræ tranſgrediantur, juxta diſpoſitionem Greg. XIII. *Deo Sacris*, apud Bullar. Cherub. *tom.* 2. his verbis: *Declaramus præterea nullis Monialibus, etiam Tertiariis, licere habere oſtium, per quod ex Monaſterio introiri poſſit ipſam Monialium Eccleſiam exteriorem, in quam ſecularibus ad Miſſas, & Divina Officia patere ſolet acceſſus, ſed omnino muro obſtruendum, neque itidem licere Monialibus, etiam Tertiariis, egredi à janua Monaſterii, quæ eſt pro Clauſura ipſius Monaſterii, etiam ad claudendam aliam ulteriorem* 43

ja-

Digitized by Google

januam, qua parte ſolet aditus ſecularibus venientibus, vel ad Rotam, vel ad crates, ſeu loca colloquiis deſtinata, quæ vulgò Parlatoria vocantur, vel ad pulſandum ipſam januam Clauſuræ; quæ loca, cum ſaltem pro cauſis prædictis, patere ſoleant ſecularibus, extra Clauſuram cenſeri debent, etiam quo tempore clauſa ſunt.

Unde ſequitur toties Clauſuram violari, quoties ex Monialibus aliqua toto corpore ſe ponit extra Clauſuræ ter-
44 minum, quia de ipſa verificatur, quod ſit egreſſa contra diſpoſitionem Gregorii, qui utitur verbis: *Nullis liceat egredi*, etiam ſi egradiatur ad breve tempus, quod per Trid. *ſeſſ. 25. de Reg. & Mon. cap. 5.* expreſsè interdicitur.

In quo parvitas materiæ, quæ excuſet à peccato violatæ Clauſuræ, conſideratur per Donatum *Prax. Reguſ. tom. 4. tr. 4. quæſt. 25.* ex parte actus Monialis, perfecti, vel imperfecti; & quia reſpectu perſonæ non eſt actus completus, & perfectus, ſed incompletus, extenſio brachii, vel pedis extra Clauſuram; ideo eo caſu Clauſura non violtur; ſicut violatur, cum Monialis toto corpore extra terminum illius ſe ponit, licet in Rota, ſi per eam ad partem exteriorem, ad quam eſt ſecularibus liber acceſſus, ſe transferat, quamquam ex ipſa non deſcendat.

Credit Diana apud Nicol. *Floſ. v. Moniales num. 35.* & poſt Tamburin. *diſp. 19. quæſit. 4. ad 4.* Pelizar. *de Monialibus cap. 15. ſect. 2. de clauſura Monial. quoad earum egreſ. quær. 37. num. 74.* tectum ſub Clauſura non contineri, & proinde ſcripſerunt Monialem aſcendentem ſuper tegulas tecti, Clauſu-
45 ram non frangere, nec de ea verificari, quod ſit egreſſa Clauſuram Monaſterii, modò ſe contineat in illa parte tecti, quæ Monaſterium reſpicit, & ad illud pertinet, contra quos ipſe dat. Decreta S. Cong. *in una Comen. 18. Septembris* 1609 & *in Licien. 16. ejuſdem Menſis*, quæ mandavit abſolvi quaſdam Moniales, quæ bona fide aſcenderant ſupra tectum ad ſeccanda frumenta, & paſtas ab ipſis elaboratas, videndumvè feſtum, cum ſpeciali prohibitione illuc ultra ex quacumque cauſa,

&

Digitized by Google

& occaſione aſcendendi. Et ideo tectum ad Clauſuram, vel Clauſuræ terminum pertineri ſuſtinemus.

CAPUT XIV.

Officialis quo ad Conciones.

SUMMARIUM.

1 *Approbatio, & licentia Superioris eſt neceſſaria in Regularibus ad concionandum.*

2 *Peti debet benedictio ab Ordinario.*

3 *Si Epiſcopus contradicat, nec in propriis Eccleſiis prædicare poſſunt.*

4 *Omnes unius Conventus ſuſpendere nequit.*

5 *Neceſſitas benedictionis pertendæ, quos caſus, & loca comprehendat?*

6 *Cum Epiſcopus prædicat, Regulares tacent, ſi ipſe velit.*

7 *Poſſunt prohiberi, ne prædicent, cum prædicatur in Parochiali.*

8 *Ad prædicandum in Eccleſiis, non ſuorum Ordinum, egent etiam licentia Epiſcopi.*

9 *Poteſt Epiſcopus examinare Regulares prædicaturos in Eccleſiis alienis.*

10 *Ex privilegio Provinciales Minorum poſſunt concionatores approbare.*

11 *Stipendia concionatoribus debentur, & à quibus?*

12 *Regulares non ſibi, ſed Monaſterio, ea acquirunt.*

13 *Fratres de corpore Obſervantiæ pecunias concionum recipere nequeunt.*

14 *Collatio ſtipendii pro concionibus non eſt ſimoniaca*

15 *Finis concionatorum qualis?*

16 *Diſpoſita ab Alexan. VII. pro concionatoribus Monialium, præſertim Urbis.*

NUlli Regularium concionari, etiam in ſui Ordinis Eccleſiis, conceditur, quin prius per ejuſdem Superiores, 1
prævio morum, & ſcientiæ examine, ad exequendum munus approbetur, & licentiam obtineat, prout in terminis decrevit Tri-

Trid. *ſeſſ.5. cap.2. de reform.* „ Regulares verò cujuſcumque
„ Ordinis, niſi à ſuis Superioribus de vita, moribus, & ſcientia
„ examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam
„ in Eccleſiis ſuorum Ordinum, prædicare non poſſint. „

At, id non ſufficere, ſed ulterius Ordinarii benedictio-
2 nem eſſe petendam, ſubdit, „ Cum qua licentia perſonaliter
„ ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere
„ teneantur, antequam prædicare incipiant. „ Quod ſub an-
no 1622. 9. *Februarii Conſt. Inſcrutabili Bull. Cherub. tom.* 3.
Gregorius XV., & deinde Clemen. X. 10. *Kal. Julii* 1670. *Conſt.*
Superna magni, confirmarunt, quas damus *cap. off. quoad pri-*
vilegia.

Neque eſt neceſſe, quod petens eam obtineat, ut per hæc
ipſe Clemens decrevit: „ Regulares, qui in Eccleſiis ſui Ordi-
„ nis prædicare voluerint, teneri ab Epiſcopo Diœceſano bene-
„ dictionem petere, prædicare tamen poſſe, quamvis illam non
„ obtinuerint. „

„ Intelligitur tamen, ſi Epiſcopus non prohibuerit; quia in
caſu Pontifex ibidem (ſed prius Trid. *ſeſſ.24. cap.4.*) clare ex-
primit non licere; „ quod, ſi Epiſcopus benedictonem, nedum
3 non conceſſerit, ſed etiam contradixerit, nec in prædictis qui-
„ dem Eccleſiis licere Regularibus prædicare. Et ſtatim ſubdit-
„ Epiſcopum tamen abſque juſta, & rationabili cauſa contradi-
cere non debere. „ Quam non teneri Regularibus ſignificare,
cum aliis teſtatur Antonellus *de regim. Eccleſ. lib.7. cap.13. ſub*
num.6. Et videtur eſſe juxta tenorem Conſtitutionis, in qua
„ §. *& eos*, ſtatuitur Epiſcopum non teneri ſignificare Regulari-
„ bus cauſas, ob quas, Confeſſarios à ſe ſimpliciter approbatos ad
„ Confeſſiones ſecularium, ab iiſdem audiendis ſuſpendat.

„ Non poſſe tamen Epiſcopum generatim prohibere Regu-
„ laribus, quin in Eccleſiis ſuorum Ordinum prædicent: Idem
4 Clemens ſubjungit. Propterea ad tempus poteſt in eiſdem of-
ficium prædicationis, per aliquos Religioſos exercendum, in-
terdicere, at non pro ſemper, & cum ſingulorum excluſione.

Neceſſitatem benedictionis petendæ ibidem extendit Pon-
tifex, etiam ad alios caſus, & loca his verbis: „ Et hujuſmo-

di

Digitized by Google

di benedictionem teneri, etiam Regulares, poſſe, ſi in quibuſ-
cumque Oratoriis ſui Ordinis ſermonem coram populo, vel in „
Eccleſiis, aut ad crates Monaſteriorum ſanctimonialium eo- 5
rum juriſdictioni ſubiectarum, licet clauſis januis, & nullus „
ſecularis ibi interſit, habere voluerint. „ „

Unde apparet Pontificem loqui, tam de prædicatione, quæ habeat tractum ſucceſſivum, in qua ſcilicet poſſit aſſignari principium, medium, & finis; ut poteſt in ea ad longum tempus, Quadrageſimæ, ſcilicet, Adventus, & per annum; quam de illa, quæ unico abſolvitur actu; ut evenit in Sanctorum feſtis, in quibus ab uno, vel altro habetur ſermo ad populum. Ut in una Vercellen. reſoluit S.Cong. Conc. 31. *Martii* 1643. Pignatel. *tom.* 1. *conſult.* 268.

Verùm non eſt neceſſe, quod pro ſingulis concionibus Quadrageſimæ, & ad aliud longum tempus continuatis, ſingulis diebus petatur benedictio, ſed ſat eſt petere in principio, & obtinere. Quod certè eſt juxta mentem Trid. *ſeſs.* 5. *cap.* 2. in illis *antequam prædicare incipiant*.

Hora, qua, vel ipſe Epiſcopus prædicare, vel ab alio ſolemniter; & non privatè, concionem audire velit, debent Regulares à concionibus in Eccleſiis propriis ceſſare; ſi ipſe ſic
diſpoſuerit; clare habetur in Clementina *Dudum de ſepul. lib.* 3. 6
tit. 7. *§. nos autem &c.* „ Ordinamus, ut dictorum Ordinum
(Prædicatorum, ſcilicet, & Minorum) Fratres in Eccleſiis, & „
locis eorum, ac in plateis communibus, liberè valeant Clero, „
& Populo prædicare, ac proponere Verbum Dei: hora illa „
dumtaxat excepta, in qua locorum Prælati prædicare volue „
rint, vel coram ſe facere ſolemniter prædicari. „ „

Imo prohibere poteſt, nè in ſuis prædicent tempore, quo in Eccleſia Parochiali prædicatur: & hunc eſſe ſenſum Trid.
ſeſs. 24. *cap.* 4. conſtat ex textu: „ Moneat Epiſcopus populum diligenter teneri unumquemque Parochiæ ſuæ intereſſe, „
ubi commodè id fieri poteſt, ad audiendum Verbum Dei; 7
nullus autem Secularis, ſive Regularis (eo tempore) etiam in „
Eccleſiis ſuorum Ordinum, contradicente Epiſcopo, prædi- „
care præſumat. „ „

,, In Eccleſiis verò (ſequitur Trid. *cap.2. cit.*) quæ ſuorum
8 Ordinum non ſunt, ultra licentiam ſuorum Superiorum,
,, etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur; ſine qua in ipſis
,, Eccleſiis non ſuorum Ordinum, nullo modo prædicare poſ-
,, ſint; ipſam autem licentiam gratis Epiſcopi concedant. ,,
Quod confirmat Greg. XV. Conſt. *Inſcrutabili*.

Non ſolùm pro Eccleſiis non ſuis egent licentia, ſed etiam ſi in plateis, aliiſque locis prædicare velint, ut habetur in Trid. *ſeſſ.5. cap.2. & ſeſſ.24. cap.4.* ubi utitur adverbio *etiam*, quod ampliat præfata decreta ad ſenſum, ut nulli Regularium liceat prædicare in aliquo loco, quicumque ſit, ſine benedictione, vel licentia Epiſcopi, aut Epiſcopo contradicente; *etiamſi* in Eccleſiis proprii Ordinis eſſet concionaturus. Donat. *Prax. Reg. tom.3. tract.6. queſt.19.*

Et quia non ſumus in iis, quæ ſpectent ad Ordinem, ſed ad juriſdictionem, nomine Epiſcopi venit quilibet Ordinarius loci, quamquam Epiſcopus non ſit.

Ab Epiſcopo facultatem concedente, item examinari poſſunt, ut Clem. X. ibidem: ,, Poſſe autem Epiſcopum licen-
,, tiam conceſſurum Regularibus, in Eccleſiis, quæ ſuorum Or-
9 dinum non ſunt, prædicare volentibus, illos, quamvis ab Uni-
,, verſitatibus, aut Magiſtratibus laicis nominatos, etiamſi Epi-
,, ſcopi anteceſſores per tempus immemorabile hanc licentiam
,, abſque examine concedere conſueverint, quoad doctrinam
,, examinare: ſi ita ipſius arbitrio, quod moderatum, & diſcre-
,, tum eſſe debet, viſum fuerit. Et licentiam prædicandi ſemel
,, iiſdem conceſſam ob rationabiles cauſas, licet occultas, præ-
,, dicationem tamen concernentes, ſuſpendere. ,,

In Ordine Fratrum Minorum ex vi Regulæ ſolus Gene-
10 ralis poteſt Prædicatores approbare, ex privilegio tamen Clementis IV. Conſt. *Virtute conſpicuos §.6. Bullar.* Cherub. *tom.1.* conceditur Provincialibus, & Definitoribus in Capitulis Provincialibus congregatis; ſub quibus veniunt etiam Congregationes intermediæ, vim Capituli habentes Marchant. *in cap. 9. Regulæ S. Franciſci tit. unico qu.1. concl.2.*

Quantum ad alimenta, & ſtipendia Concionatoribus de-

bita

bita *Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 4. per hæc modum præſcribit: „ In Ec-
cleſia ſua mandat, ut ipſe (Epiſcopus) per ſe; in aliis autem „
Eccleſiis per Parochos (ſcilicet prædicent) ſive iis impeditis, 11
per alios ab Epiſcopo, impenſis eorum, qui eas præſtare, vel „
tenentur, vel ſolent, deputandos. „ „

Tenentur autem, qui Prædicatores nominant, & eligunt,
aliique, qui quamquam eundem non eligant, conſueverunt
tamen eidem ſtipendia præſtare: Si conſuetudo non adſit:
obligari Parochum de redditibus Beneficii firmat Sperellus *de-
ciſ.* 70. *num.* 15.; & ſi non ſufficiant, congendus eſt Populus in
ſubſidium, niſi aliunde certi reperiantur redditus, ad id relicti.
videatur Panimoll. *deciſ.* 91. *adnot.* 2.

Sibi tamen Concionatores, ſi ſint Regulares, tale ſti-
pendium non acquirunt, ſed immediatè Monaſterio Donat. 12
Prax. Regul. tom 1. *part.* 2. *tract.* 11. *quæſt.* 3. *num.* 1. & in termi-
nis *cap. exiit. in ſexto lib.* 5. *de verborum ſignificatione tit.* 12.
*§. Ne talium: Monachus res ſibi oblatas, conceſſas, vel donatas
Monaſterio acquirit.* Et Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regul. & Mo-
nial. cap.* 2. „ Nemini igitur Regularium, ait, tam virorum,
quàm mulierum liceat bona immobilia, vel mobilia, cujuſ- „
cumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acqui- „
ta, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus poſſide- „
re, vel tenere, ſed ſtatim ea Superiori tradantur, & Conven- „
tui incorporentur. „ idem legitur *in decret. pro reform. Regul.* „
Clement. VIII. §. 3.

Pro illis de corpore Obſervantiæ, ſive ſint Obſervantes,
ſive Reformati, Diſcalceati, & Recollecti (quibus ex Regula,
& Conſtit. Nicolai III. Clem. V. & Innoc. XI. eſt prohibita
quælibet civilis receptio, & contrectatio pecuniæ) Capit.
Generale *Tolet.* 1633. *tit. de Prædicatoribus*, cujus ſtatuta olim
confirmata fuere ab Urbano VIII. *Orb. Seraph. tom.* 4. *tit. de
Prædicatoribus*, ſic ſtatuit: „ Prædicatores quicunque eleemo-
ſinas Prædicationis prætextu oblatas penitùs non recipiant; „
nec de illis ſub quovis pretextu, vel quæſito colore, diſpone- „
re, aut quomodolibet tractare præſumant, & audeant, ſed, ſi 13
abſoluta Prædicatione, vel ante, contigerit fieri, à quovis ge- „
nere Perſonarum, Prædicatoribus ipſis eleemoſynarum obla- „

Digitized by Google

„ tionem, reſpondeant; Syndicis Conuentuum dumtaxat li-
„ berè, & integrè tranſmittendam, & conſignandam fore. Ad-
„ dit contra traſgreſſores pœnas. Quod ſi conſtiterit quem-
„ piam Predicatorum per ſe, aut per alios pecuniam recipere,
„ vel recepiſſe, proprietatis pœna omnino puniatur, & actibus le-
„ gitimis per ſexennium privetur: quam pœnam, etiam Guar-
„ diani ſubeant, ſi eorum culpa, vel negligentia contrafieri con-
„ tigerit. „ Quod totum in forma ſpecifica *Conſt. Exponi nobis ſub die* 16.*Octobris* 1685. confirmavit Innocentius XI. *Directorium Trium Ordinum Conſt.*6. eamdem per extenſum referens. Et Urbanus VIII. *Conſt. Militantis die prima Junii* 1640. pro reſtituendo, & conſervando diſciplinæ Regularis candore in Ordine memorato, hæc cæteris addit: „ Omnibus, & ſingulis
„ prædicti Ord. Concionatoribus, ultra pœnas in proprietarios
„ per ejuſdem Ord. ſtatuta fulminatas, in virtute ſanctæ Obe-
„ dientiæ, & ſub privatione Officiorum, quæ obtinent, ac per-
„ petua inhabilitate ad quæcumque officia, gradus, & dignita-
„ tes impoſterùm ipſo facto incurrendis, præcipimus, & man-
„ damus, ut de prædictis eleemoſynis per ſe nullo modo diſpo-
„ nant, nec eas ab offerentium manibus in ſuas recipiant, vel in
„ Procuratoris, vel alterius deponi faciant, ſed eaſdem integras
„ Superiori Provinciali ſignificent, qui de illis juxta Regulæ pre-
„ ſcriptum diſponat. „

Neque excuſatur quis ab onere præſtandi Concionatori, præter alimenta, ſtipendium, ex capite, quod talis conſuetudo, vel pactio de mercede ſit nutritiva peccati, utpotè ſimoniaca; quia eſſet verum, quando daretur pro ipſa concione, ut actio ſpiritualis eſt: pro qua certe merces minimè datur;
114 ſed confertur dumtaxat pro ſervitio, laboribus extrinſecis per accidens adjunctis, prævijs, vel comitantibus ipſam actionem ſacram; ut eſt, ſe conferre de loco ad locum, locare ſuam libertatem, ac ea ſe privare, ſe obligando ad prædicandum in tali loco, & pro tanto tempore, Quadrageſimæ, Adventus, vel alio: ad quæ gratis præſtanda quis non obligatur; quæ omnia ſunt quid temporale, & pretio extimabile, adeoque digna mercede; quæ ſine labe ſimoniaca conferri poteſt, ut cum aliis

tenet

Digitized by Google

tenet Engel. *Collect. Univ. Jur. Can. lib. 5. tit. 3. §. 3. num. 15.*, Sperellus *deciſ. alleg. à num.* 13.

Ex quo plures volunt poſſe Concionatorem, quin ſimoniacus cenſeatur, quærere Concionem, in qua pinguiores colligantur eleemoſynæ; qui, licèt in caſu ex dictis, à ſimonia, non tamen ab avaritia ſpirituali, excuſatur, cùm potius quærenda ſint loca ad Deo fructificandum aptiora, quàm ad ſibi 15
temporalia lucranda Sperell. *num.* 14.

Pro Concionatoribus in Eccleſiis Monialium præſertim 16
Urbis Alex. VII. *Conſt. Sacroſancti ſub die* 20. *Februarii* 1657. §. 4. decrevit, ut infra: „ Confeſſores, quoque, & Concionatores nihil omnino, quovis prætextu, à Monialibus accipere „ poſſint ſub eiſdem pœnis (ibidem ſuperius enumeratis) præ- „ ter duos julios monetæ prædictæ in pecunia enumerata, ſi per „ Inſtitutum regulare licuerit, pro quotidianis eorum alimentis „ ad tempus ſervitii præſtiti, & non ultra, Procuratori Conven- „ tus reſpectivè ſolvendos; ſin minus equivalentem vini, fru- „ mentique portionem Syndicis conſignandam. „ „

CAPUT XV.

Officialis quo ad Confeſſarios Monialium.

SUMMARIUM.

1 *Moniales quolibet menſe Confeſſionem faciant.*

2 *Confeſſarii, etiam exemptarum ab Ordinario approbandi.*

3 *Non ſufficit eſſe approbatos ad confeſſiones Seculariũ.*

4 *Approbatus pro uno Monaſterio, non cenſetur pro alio.*

5 *Approbatio Confeſſariis extraordinariis neceſſaria & quoties?*

6 *Colloquia prohibita cum Monialibus, & pœnæ.*

7 *Modus obſervandus ab Ordinariis in approbatione Confeſſorum Monialium.*

8 *Triennium præſcribitur Confeſſariis ordinariis.*

9 *Quadrageſimus annus eſt in eis neceſſarius.*

10 *Con-*

Digitized by Google

10 *Confeſſarii tempore Jubilei debent approbari ab Ordinario.*
11 *Nomine Prælati intelliguntur, etiam Epiſcopi.*
12 *Epiſcopi pro ſuis Monaſteriis poſſunt deputare Regulares Confeſſores.*

DE rigore præcepti obligantis ſub mortali, (niſi per propria Monaſteriorum ſtatuta, aliter ſit proviſum,) non tenentur Moniales, niſi ad annuam confeſſionem, ſicut cæteri Fideles; nihilominus Sac. Conc. Trid. ſaltem quolibet menſe, ſemel confiteri deſiderat, & ideo *ſeſſ. 25. de Regul. & Monial.*
1 *cap.* 10. ſic diſponit: „ Attendant diligenter Epiſcopi, & cæteri
„ Superiores Monaſteriorum Sanctimonialium, ut in Conſtitu-
„ tionibus earum, admoneantur Sanctimoniales, ut, ſaltem ſe-
„ mel ſingulis menſibus, confeſſionem peccatorum faciant. „
2 Quarum Confeſſarii debent eſſe ab Ordinario loci approbati, etiam pro illis, quæ Regularium gubernio ſubſunt: prout ex Conſtit. *Inſcrutabili* Gregorii XV. „ Confeſſores verò,
„ ſive Regulares, ſive Seculares quomodocumque exempti, tam
„ Ordinarii, quàm extraordinarii ad confeſſiones Monialium,
„ etiam Regularibus ſubjectarum, audiendas, nullatenus depu-
„ tari (ſcilicet per Regulares) valeant, niſi prius ab Epiſcopo
„ Diœceſano idonei judicentur, & approbationem, quæ gratis
„ concedatur, obtineant. „ At pro iſtis præſentandi, & proponendi ſunt à propriis Prælatis Epiſcopo, & Ordinario, ut approbentur, & ad munus exequendum judicentur idonei, ac facultatem audiendi confeſſiones recipiant, arg. ex ipſa Conſtitut., & Textu Trident., ac ex Clement. *Dudum de ſepulturis* §. *Statuimus.*, quam, quoad formam præſentandi Ordinariis deputandos in Confeſſarios non eſſe revocatam per Decretum Trid *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. *de reform. num.* 7. tradunt DD. à Barboſa *ibid. alleg.* cum quibus ipſe firmat quoque Epiſcopos non approbare Regulares in Confeſſarios, niſi à Prælatis ſuis, illis, ſaltem interpretativè, præſententur. Videatur Tambur. *de jure Abbatiſſ. diſp.* 16. *quæſit.* 2. *num.* 3.
3 Nec ſufficit eoſdem approbatos eſſe ad Secularium confeſſiones, ſed eſt neceſſaria ſpecifica approbatio pro Monialibus,

bus, in terminis Conſtitutionis *Superna* Clem. X. *alibi citat.* Et generaliter (Religioſos ſcilicet) approbatos ab Epiſcopo » ad perſonarum Secularium confeſſiones audiendas, nequa- » quam cenſeri approbatos ad audiendas confeſſiones Monia- » lium, ſibi ſubjectarum, ſed egere, quo ad hoc ſpeciali Epiſcopi » approbatione. „ »

Qua item eget approbatus pro uno: cum non cenſeatur 4
pro omnibus approbatus, quia ſubdit, „ Atque approbatos pro audiendis confeſſionibus Monialium unius Monaſterii, » minimè poſſe audire confeſsiones Monialium alterius Mona- » ſterii. „ »

Ubi pro Confeſſoribus extraordinariis addit: „ Itidemque Confeſſores extraordinarios ſemel deputatos, atque ap- » probatos ab Epiſcopo ad Monialium confeſſiones pro una vice » audiendas, haud poſſe, expleta deputatione, in vim appro- 5
bationis hujuſmodi illarum confeſſiones audire; ſed toties ab » Epiſcopo eſſe approbandos, quoties caſus deputationis contigerit. „ »

Utrique extra actum confeſsionis ſub non levibus pœnis interdicuntur cum Monialibus colloquia, ab Alex. VII. Conſtitutione *Sacroſancti* 20. *Februarii* 1657., in qua §. 2. ex ver- 6
bis narrativis conſtat, aliàs id per Sanctam Sedem fuiſſe decretum; quod & ipſe §. 3. innovat, & confirmat, (& præſertim pro Monialibus Urbis) & §. 4. addit: „ Præterea interdicimus » omnibus, & ſingulis prædictis ſub eiſdem pariter pœnis, collo- » quia quæcunque cum Sanctimonialibus prædictorum Mona- » ſteriorum (comprehenſis etiam Abbatiſsis, Prioriſsis, & Of- » ficialibus) extra actum Confeſsionum, Concionum, aut Viſi- » tationum hujuſmodi: ſine licentia & S. Cong. in una *Nolana* » 21. *Februar.* 1617. apud Tamburin. *diſp.* 24. *quæſit.* 3. *num.* 5. & comprehendit etiam Socium.

Pœna autem, quam Alex. §. 5. in Tranſgreſſores apponit, eſt illa privationis vocis activæ, & paſsivæ, ac officiorum: reintegratione ſibi, & Succeſſoribus Romanis Pontificibus, reſervata. Alia videas Conſt. *Felici alleg. cap. off. quoad clauſuram.*

Modus in ordinariorum Confeſſorum approbatione ab Epi-

Digitized by Google

Epiſcopis obſervandus ſequenti epiſtola Ordinario Catanen.
7 à Sac. Congreg. Epiſcopor., & Regular. *ſub die* 4. *Maii* 1696.
directa, continetur, ut infra: *Riferito in Sagra Congregatione dall'Eminentiſſimo d'Addà tutto ciò, che V. S. hà rappreſentato in ordine all'approvatione fatta da lei per un ſol anno del Confeſſore ordinario, deputato dal Provinciale della Provincia Oſſervante di Sicilia per le Monache del Monaſtero di S. Chiara d'Adernò di coteſta Dioceſi, ſoggetto all'Ordine de' Minori Oſſervanti di San Franceſco, queſti Eminentiſſimi miei Signori ſono ſtati di ſenſo, ch'Ella, ò ammetta il Confeſſor deputato à compire il Triennio, ò aſſolutamente lo rigetti; e che in auvenire debba così oſſervarſi dal principio dell'approvazione di ſimili Confeſſori. Glie lo ſignifico, & il Sig. Dio la proſperi.*

Triennio dumtaxat à die obtentæ Patentis Confeſſarii ordinarii durant; eoque elapſo, ſub pœna ſuſpenſionis ab audiendis confeſsionibus, non poſſe amplius in eodem Monaſterio per aliud triennium confeſsiones audire, pluries reperitur
8 à Sac. Cong. diſpoſitum *Floſc.* Nicol. *verb. Monialis num.* 43., & *verb. Confeſſarius num.* 36. pro aſſumptis de Ordine Minor. de Obſerv. Conſt. *Sambucanæ cap.* 11. §. 17. *num.* 5. ſic diſponunt: *Confeſſores, & Vicarii Monialium non poſſunt durare ultra triennium in eodem Conventu, nec denuò inſtitui poſſunt, niſi triennio vacaverint*; Et exigunt quadrageſimum ætatis annum *num.* 1.
9 quod extendi etiam debet ad Confeſſores extraordinarios; prout pro Reformatis declaravit Sac. Congreg. Concil. in una *Caſentina ſub die* 26. *Novembris* 1689. *lib.* 39. *Decret. fol.* 340. *à tergo*.

Vigore Jubilei nequeunt Moniales eligere in Confeſſorem Sacerdotem, ad illarum confeſsiones audiendas non approbatum, juxta textum Conſtit. Gregorii, & Clementis, præ-
10 ſertim etiam, quia non approbatus in ſpecie pro Monialibus, idoneus ad illas non judicatur, ſicut approbatus reſtrictè pro viris, non cenſetur idoneus pro fœminis. Quilic. *Confeſſ. manuduct. qu.* 1. *art.* 1. *num.* 12.

At dubium poteſt eſſe de approbato pro uno Monaſterio: an vigore Jubilei poſsit eligi à Monialibus Monaſterii diſtincti?

ꝺi? Et reſolvendum eſt negativè ex verbis Clementis, qui abſolutè, & ſimpliciter ſtatuit, *Approbatos pro audiendis confeſſionibus Monialium unius Monaſterii, minimè poſſe audire confeſſiones Monialium alterius Monaſterii.*

Et in aliis terminis, reperitur diſpoſitum ab Urbano VIII. Conſtitut. *In ſpecula* 19. *Junii* 1630. *Bullar. Cherubini tom.*4. declarante Bullam Cruciatæ, & cætera indulta Regularibus, & Monialibus non ſuffragari, quantum ad illum articulum eligendi Confeſſarium independenter à ſuis Superioribus Prælatis; Nomine autem Prælati in re ad Confeſsionem ſpectante, in caſu veniunt, & ipſimet Epiſcopi; ſine quorum licentia nullus, etiam Confeſſarius, aliàs approbatus, excepto actualiter deputato, poteſt ad Monaſterium Monialium accedere. 11 Quæ ſententia videtur ſecurior, & quo ad praxim communior; adeout, qui ſine hujuſmodi Ordinarii deputatione id exequi non timeret, præter mortale peccatum, ob gravitatem materiæ, poſſet ab eodem, uti Sedis Apoſtolicæ Delegato, tamquam Apoſtolicarum Cõſtitutionum tranſgreſſor, & Epiſcopalis juriſdictionis perturbator, puniri.

Poſſunt Epiſcopi pro ſuis Monaſteriis deputare Confeſſarios Regulares juxta reſcriptum Sac. Cong. Venetiarum Patriarchæ, ut infra.

Molt'Illuſtre, e Reverendiſs. Sig. come fratello. Stante la penuria, ch' è in coteſta Città di Sacerdoti Secolari ad eſercitar 12 *il carico de Confeſſori di Monache, ſottopoſte alla cura, e gouerno di V. S. come per parte di lei, è ſtato rappreſentato alla S. Cong. ſi contentano queſti Illuſtriſs. miei Sig., ch'eſſa, poſſa valerſi à queſt' effetto dell' opere de Regolari, non oſtante li decreti della medeſima S. Cong. che probibiſcono à Veſcovi il ſervirſi di Confeſſori Regolari, per Confeſſori delle Monache, ſoggette all' Ordinario, mentre però ella facci proviſione di Padri qualificati, & eſemplari, di età di* 45. *anni, & atti à dar ſodisfatione, e conſolar le Monache nelli loro biſogni ſpirituali, e pur che i medeſimi Regolari non continuino ſimil carico, oltre il Triennio. Dio la preſervi. Di Roma li* 7. *Giugnio* 1620. *Come fratello affettionatiſs. Il Cardinal Sauli.*

CAPUT XVI.

Officialis quo ad Confraternitates.

SUMMARIUM.

1 *Quid Confraternitas?*
2 *Diſpoſita à Clemente VIII. ſuper Confraternitatum erectionibus.*
3 *Non limitantur erectiones Confraternitatum SS. Sacramenti.*
4 *Confraternitates non poſſunt interdicere actus devotionis; & tranſactiones annullantur &c.*
5 *Poſſunt Epiſcopi viſitare Confraternitates erectas in Eccleſiis Regularium.*
6 *Super quibus?*
7 *Quibus caſibus Altaria ipſarum?*
8 *Confraternitates debēt providere Altaria de neceſſariis.*
9 *Patres Conventuales poſſunt Cōfraternitates Cordigerorum ubiq; locorum erigere.*
10 *Ubi Conventuales non ſunt, Obſervantes.*
11 *Facultas eas erigendi præfatis convenit privativè quoad alios quoſcunque.*
12 *Diſtinctio Confraternitatis Cordigerorũ à Tertio Ordine S. Franciſci.*
13 *Confraternitates Roſarii erigunt Superiores Generales Ordinis Prædicatorum.*
14 *Conſtitutio Innocentii XI. ſuper bujuſmodi erectionibus.*

NOmine Confraternitatum (deſumpta denominatione à Confratribus, hoc eſt, à quaſi Fratribus ſimul in pace,
1 & charitate, ſub certis legibus, reſpicientibus Divinum cultum, unitis) veniunt Collegia Perſonarum liberè ad exercitia pietatis exequenda congregatarum.

Quarum, ut una eſſet apud omnes erectionis, & aggregationis forma, Clemens VIII. ſub die 24. *Decembris* 1604. Conſtitutionem edidit, incip. *Quæcunqe à Sede, Bull. Cherub. tom.*3. in qua plura, quo ad hoc obſervanda, præſcribit, quæ ſummariè hùc transfero.

I. Sta-

Digitized by Google

I. Statuit unicam tantùm Confraternitatem ejuſdem Inſtituti, & generis poſſe in Eccleſiis locorum, & Regularium inſtitui, & aggregari.

II. Quod id fiat de conſenſu Ordinarii, & cum litteris teſtimonialibus ejuſmodi.

III. Quod Inſtituentes, vel Aggregantes Confraternitatem, eidem expreſsè, & in ſpecie communicent Privilegia, Indulgentias &c. Ordini inſtituenti, vel aggreganti nominatim conceſſa, non verò ea, quibus per Privilegium communicationis gaudet.

IV. Quod ſtatuta Confraternitatum examinentur, & approbentur ab Ordinario loci, & corrigi poſsint.

V. Quod in aggregandis, & inſtituendis Confraternitatibus ſervetur formula ab eodem Pontifice approbata.

VI. Quod Gratiæ, & Indulgentiæ Confraternitati communicatæ, prævia cognitione Ordinarii dumtaxat promulgentur.

VII. Quod Confraternitas eleemoſynas, & alia charitatis ſubſidia excipiat juxta formam per Ordinarium præſcribendam.

VIII. Quod dictæ eleemoſynæ pro arbitrio Ordinarii in utilitatem Eccleſiæ, alioſque pios uſus erogentur.

IX. Quod Confeſſarii Confraternitatum ſint ab Ordinario approbati.

X. Quod, ſi ſint Regulares, à propriis etiam Prælatis, approbentur; & abſolvant Confratres juxta Privilegia eiſdem conceſſa, dummodo ſint in uſu, nec Concilio Tridentino, cæteriſque Pontificum Conſtitutionibus adverſentur.

XI. Quod Confratres non poſſint abſolvi à caſibus

1 Contentis in literis Bullæ Cœnæ.

2 Violationis Immunitatis Eccleſiaſticæ.

3 Violationis Clauſvræ Monaſteriorum Monialium: ſi ingreſſus fuerit ſine urgenti cauſa, & abſque Superioris licentia, vel cum iſtius abuſu.

4 Iniectionis manus violentæ in Clericum.

5 Singularis certaminis, ſeu Duelli.

Digitized by Google

6 Et ab aliis Sedi Apoſtolicæ, & Ordinario loci reſpectivè reſervatis, & pro tempore reſervandis.

7 Nec non à quavis excommunicatione ab homine lata.

8 Neque ſuper irregularitatibus valeant diſpenſari.

XII. Quod literæ erectionis, & aggregationis gratis dentur.

XIII. Quod prius erectæ nouas erectionis literas petant juxta formam ab eo approbatam; aliòquin erectiones, & inſtitutiones abolentur, & annullantur.

XIV. Deinde apponit decreta roborantia, decretum irritans, & alias fortes derogatorias, & non obſtantias.

Et quamvis firmet unicam tantùm inſtitui debere; tamen, quantùm ad illam Sanctiſſimi Sacramenti, ſub die 7. *Februarii* 1607., cum approbatione Pauli V., S.Cong. Indulgetiarum declaravit, prout ſequitur: *Ma nell' iſtituire nuove Confratenite vogliono le Signorie Illuſtriſſime, che una ſola ſe ne*
3 *poſſa fare in qualunque Città, Terra, ò luogo, eccettuando però la Compagnia del Santiſſimo Sacramento, quale concedano, anzi deſiderano, che ſia eretta in ogni Chieſa Parochiale, non oſtante, che ci ſi trovi eretta prima qualſivoglia altra Confraternità*. Lauretus de Franchis *Controu. Epiſc. & Regul.* 1. *par. num.* 231. Lantuſc. *verb. Confraternitas num.* 9.

Ex ſuppreſſione Societatis, vel Actuum ſub prætextu ſodalitatis faciendorum, non poteſt Confraternitas anterior in loco erecta, V.G. ſub titulo S.Antonii, deſcendere ad conclu-
4 dendam quoque privativam actuum ex devotione exercendorum in alia ejuſdem loci, & Sancti Eccleſia; quia cum ſint diverſa, & ex diverſis non fiat illatio, ut notavit Sperellus *deciſ.* 138. *num.* 73. de uno ad aliud non tenet diſcurſus; & quævis ea de re inducta tranſactio, utpotè in caſu non tranſigibili, aliavè amicabilis compoſitio aſtipulata, tamquam publicæ Sanctorum venerationis inimica, Fideliumque læſiva pietatis, nulla, itemque reſciſſione digna cenſetur, prout in ſimili fuit pronunciatum in Prætorio A.C. ut infra.

„ Chriſti Nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & „ ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam

tivam Sententiam, quam de Juris Peritorum conſilio in his „
ſcriptis ferimus in Cauſa, & Cauſis, quæ primo, & in prima „
coram Nobis, ſeù alia veriori, verſæ fuerunt, & vertuntur, „
inſtantiis, inter RR. Fratres Minores de Obſervantia Conven- „
tus S.Bernardini Civitatis Alexandriæ Actores ex una, & RR. „
Fratres Minores Conventuales Conventus S. Franciſci ejuſ- „
dem Civitatis, Reos conventos ex altera Partibus, de, & ſuper „
reſciſſione Inſtrumenti Tranſactionis inter eos celebratæ ſub „
anno 1668.in dicta Civitate inter dictos Conventus, & RR.Fra- „
tres, rebuſque aliis, de quibus in actis, ad quæ &c. ſuper inter- „
dictione, ſeù prohibitione quorumcumque actuum prætextu „
Societatis, ac etiam devotionis faciendorum in Novena S.An- „
tonii de Padua per dictos RR.Frates Minores de Obſervantia in „
ipſorum Eccleſia S.Bernardini, & in Eccleſia SS. Annunciatio- „
nis dd. RR.Fratrum Minor. de Obſervantia in Quarterio Bur- „
golii exiſten., dicimus, definimus, decernimus, & definitivè „
ſententiamus dictum Inſtrumentum Tranſactionis ſervan- „
dum eſſe in ea parte tantum, in qua continetur Suppreſſio So- „
cietatis, & exercitium quorumcumque actuum ejuſdem Socie- „
tatis prætextu faciendorum per dictos RR. Fratres Minorum „
de Obſervantia; In reliquis verò reſcindendum eſſe, annul- „
landum, & caſſandum prout Nos per hanc noſtram defini- „
tivam Sententiam annullamus, reſcindimus, & caſſamus, & „
pro annullato, reſciſſo, & caſſato haberi volumus, & manda- „
mus, victoſque victoribus in expenſis condemnamus, qua- „
rum taxationem Nobis, vel cui de jure impoſterum reſerva- „
mus. Et ita dicimus, pronunciamus, definimus, decernimus, „
& definitivè ſententiamus, non ſolum iſto, ſed & alio omni „
meliori modo &c. „

Aldrovandus Locumtenens.

Lata die 19. Februarii 1701. *per acta D. Franciſci Fran-ciſchini Notarii A.C. Defendente Roccho Matthæuccio totius Ciſmontanæ Familiæ Min. de Obſervantia Cauſarum Patrono.*

Diſponit Trid. *ſeſs.*22. *cap.*8. *de reform.* habere Epiſcopos, etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegatos, jus viſitandi Confraternitates Laicorum, dummodo ſub immediata Regum pro-

5 protectione non ſint; & cum exceptio fiirmet Regulam in contrarium, ſequitur eorumdem viſitationi omnes alias, exiſtentes etiam in Eccleſiis Regularium, ſubjici.

Ideo poſſunt, etiam iſtas in iis, quæ ad bonorum, ac redituum adminiſtrationem ſpectant viſitare; eaſque ad reddenda
6 computa compellere; & ab iiſdem documenta exigere, quæ concludenter probent fuiſſe Miſſarum onera, (ſi quæ ſint) & alia pietatis opera, adimpleta. In quo Doctores conveniunt, & plura ſuper hoc edidit Sancta Sedes Decreta.

At dubitatur, an iiſdem liceat Capellas, & Altaria Confraternitatum in iiſdem Regularium Eccleſiis, & Clauſtris exiſtentium, viſitare?

Aliquibus reſolvendum videtur negativè, & inferunt ex ipſomet textu Concilii, tribuentis Ordinariis facultatem viſitandi Confraternitates; quæ ſecundum Doctores à Capellis, & Altaribus diſtinguuntur; & cum in odioſis non fiiat extenſio; limitatur ex conſequenti ad ſolas Confraternitates. Præſertim etiam, quia Altaria, & Capellæ ſunt, ut ſupponitur, in locis exemptis, eaque integraliter conſtituunt; ideò, ſi Eccleſia, & Clauſtra cenſentur exempta, idem dicendum de partibus.

Verùm, etſi hæc probent de Capellis, & Altaribus nudè ſumptis, aliter tamen de eiſdem ex adjunctis circumſtantiis eſt dicendum; Si enim à Fidelium pietate fuerint Confrater-
7 nitatibus relicta Legata ad effectum, ut annui redditus in ornamentum Capellæ, & Altaris, eorumque reparationem, & ſubſiſtentiam per Confratres erogentur, tunc certè iiſdem conceditur ea inviſere. Quod ex Bulla Clem. *cit.* §.8. eſt facilè inferre, & videtur expreſsè decretum à S. C. Epiſ., & Reg. in *Epiſtola ſub die* 14. *Novembris* 1698. directa Epiſcopo Giracen., prout ſequitur. *Queſti Eminentiſſimi miei Sig. m' hanno comandato di ſignificarle, che da queſta S. C. de Veſcovi, e Regolari è ſtato più volte riſoluto, che gli Ordinarii poſſono viſitare le Confraternite de' Laici, erette nelle Chieſe de' Regolari, e d' altre perſone eſenti, non ſolo in quanto à li beni, & entrate loro, con rivedere i conti, mà anche le Cappelle ſteſſe in quanto à quello, che riſguarda l' amminiſtrazione, & altri oblighi perſonali, che ſpet-*

ſpettano alla Compagnia, e Confrati aſcritti à quella, cioè inriconoſcere, ſe l' entrate, & elemoſine, che ſi danno per adornare, e mantenimento della Cappella, e per accreſcere ivi il culto Divino, e devozione del Popolo, ſiano ſpeſe fedelmente, e con effetto s' impiegano ad utilità, & in beneficio della ſteſſa Cappella, e non in altri uſi; non toccando però il reſtante, che ſpetta alla cura, e total amminiſtrazione de' Frati, e Regolari, che ſon padroni di tutto il Corpo della Chieſa, dove ſono dette Cappelle, e Confraternite, come gli Altari, Imagini, & altre coſe materiali affiſſe, & utenſili ſacri applicati à quelle, ſopra de' quali nè i Veſcovi, nè altri Ordinarii hanno da ingerirſi, nè uſar alcuna giuriſdizione, ò ſopraintendenza; à ſegno tale, che non l' è permeſſo uſar alcun atto giuriſdizionale nelle ſudette Chieſe de' Regolari, fuora di quanto s'è detto di ſopra. Onde V. S. dourà governarſi in queſta conformità, che tale è ſempre ſtato il ſenſo della S. Congregazione. Quomodo autem poteſt Ordinarius inſpicere, an fideliter ſint erogatæ eleomoſynæ juxta Teſtatorum voluntatem, niſi ad ipſa loca accedat, id viſurus, & inſpecturus? A quibus ſi præſcindas annexis eiſdem non licere, jam liquet; quod aliis verbis, ſed non ſenſu, ſignificat Lezzan *Sum. queſt. Regul. tom. 2. cap. 15. num. 27.*

Hujuſmodi Laicorum Confraternitates tenentur manutenere, & providire Altaria, in quibus ſunt erectæ, de luminariis, fabrica, & aliis neceſſariis, tam ad Altare ornatum, 8
quam ad Miſſæ Sacrifficii celebrrtionem; quia ex ponderatis à Panimolla *deciſ. 15. num. 9* ex Barboſa *de Offic., & Poteſt. Epiſc. alleg. 64. num. 16.*, & Genuenſi *in praxi*: per Erectiones in dictis Altaribus factas, cenſentur, & reputantur ſe obligaſſe ad manutenendum ea de præfatis inſtructa, perinde, ac ſi eſſent Altarium Patronæ

Confraternitatem Cordigerorum poſſunt ubique in propriis Eccleſiis erigere Patres Conventuales ex conceſſione Sixti V. Conſt. *Ex ſupernæ diſpoſitionis apud Confeſſ. Coll. Privil. Mend. part. prima.* Qui eorundem Archiconfraternitatem in Eccleſia S. P. Franciſci Aſſiſien. ipſe primo inſtituit; cui ex tunc omnes alias Cordigerorum Confraternitates impoſterum erigendas, aggregavit. 9

In

In locis verò, in quibus Fratres Min. de Obſ., & non
ipſi Conventuales, exiſtunt, ab eodem Sixto Conſt. *Divinæ*
10 *charitatis apud eumdem*, eaſdem, in ſuis tantùm Eccleſiis, illis
erigere conceditur; quod etiam deinde acceperunt à Paulo V.
Conſt. *Nuper Archiconfraternitatis* 25. *Septembris* 1607. Lan-
tuſc. *verb. Confraternitas num.* 3. Poſtremo præfata confirma-
vit, nuper conceſſit, & ad partes etiam Indiarum Orientis, &
Occidentis extendit Clem. X. *ſub die* 13. *Julii* 1673. Conſt. *Du-*
dum felicis, in qua circa medium ſic habetur: „ Nos igitur
„ ipſos Franciſcum Mariam Procuratorem Generalem, ac Mi-
„ niſtrum, & Commiſſarium Generales ſpecialibus favoribus &c
„ hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, facultatem erigendi, &
„ inſtituendi Confraternitates Cordigerorum Sancti Franciſci
„ utriuſque ſexus in Eccleſijs Fratrum Minorum ejuſdem San-
„ cti Franciſci de Obſervantia à memorato Paulo prædeceſſore
„ conceſſam, ut præfertur, expeditaſque deſuper ipſius Pauli
„ prædeceſſoris literas prædictas, cum omnibus, & ſingulis in
„ eis contentis, auctoritate Apaſtolica, tenore præſentium
„ perpetuò confirmamus, & approbamus, ac innovamus, illiſ-
„ que inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac eiſ-
„ dem Miniſtro, & Commiſſario Generalibus, eorumve cuilibet,
„ ejuſmodi Confraternitates Cordigerorum S. Franciſci in Ec-
„ cleſiis eorum Ordinis tantùm, ubicunque, etiam in Indiis,
„ tàm Orientalibus, quàm Occidentalibus, conſiſtentibus, in
„ locis tamen, ubi non ſint Eccleſiæ, vel Conventus prædicti Or-
„ dinis Minorum S. Franciſci Conventualium, erigere, & inſti-
„ tuere, illiſque omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum
„ remiſſiones, & pœnitentiarum relaxationes, aliaſque gratias
„ ſpirituales præfatas, ſervata tamen dictarum Conſtitutionum
„ Sixti, & Clementis, ac literarum Pauli prædeceſſorum prædi-
„ ctorum forma, & diſpoſitione, communicare licuiſſe, & de-
„ inceps perpetuis futuris temporibus licere authoritate, & te-
„ nore præſentium, declaramus &c. Regeſtum 22. *Curiæ Ciſ-*
montanæ Ordinis Min. de Obſ. ab anno 1670. *uſque ad* 1674.

Ex quibus diſcurritur facultatem erigendi Cõfraternita-
tem Ordini Minorum competere privativè quo ad alios
quoſ-

quoſcunque, quia idem Sixtus Conſt. *Ex ſuperna* vult Cor- 11
dam, quam Confratres gerunt, debere prius eſſe à Superiori-
bus Ordinis benedictam; imo & cinctam, ac ſuſceptam Conſt.
Supernæ charitatis. Quod per hæc confirmat Paulus V. Conſt.
cit. „ Omnibus utriuſque ſexus Chriſti Fidelibus, qui in me-
moriam ejuſdem Sancti Franciſci Cordam benedictam ab ejuſ- „
dem Ordinis Superioribus ſuſcipientes prædictam Archicon- „
fraternitatem de cætero ingredientur. „ „

Formulam in erectione ſervandam refert Lantuſca *verb.*
Confraternitas. Quæ ad Cofratrum Sepulturam ſpectant *Cap.*
Officialis quoad Sepulturas videri poſſunt.

Cordigerorum Societatem à Tertio ejuſdem S. P. Fran- 12
ciſci Ordine, qui *de pœnitentia* nuncupatur, diſtinguimus; nè
dum, quia eſt ab ipſomet S. P. Franciſco ſub anno 122 . ori-
ginem habiut *Orb. Serph. tom.* 2. *lib.* 12. *cap.* 1. *pag. mihi* 785.
n. 2. illam verò, ejuſdem Seraphici Patris filius, Sixtus V. *ſub*
anno 1585. primò inſtituit, *Confect. loc. cit.*; ſed etiam, quia
Cordigeri fune, dumtaxat à Superioribus benedicta, cingun-
tur, & quibuſdam ſolis ſtatutis ab Ordinario, & non aliqua
Regula ex illis à S. Sede approbatis, reguntur: cum ex oppo-
ſito Tertiarii hujuſmodi Regula gubernentur; & prater Cor-
dam (quam eis expreſsè concedunt ſtatuta *cap.* 3. à Paulo III.
Conſt. Ad fructus 5. *Nonas Julii* 1547. confirmata *Direct. Trium.*
Ord. pag. 28. *n.* 16., & alia deſumpta ex *Speculo Seraphico, ap-*
poſita ad cap. 3. *Regulæ Nicolai IV.* *idem pag.* 61. & approbata
ab *Innoc. XI. Conſt. Eccleſiæ Catholicæ die* 28. *Junii* 1686. *loco*
cit. conſt. 2. *pag.* 151.) utantur etiam habitu diſtincto, vel ſal-
tem amplo ſcapulari juxta locorum conſuetudinem: & pro-
feſſionem emittant *Lezzan. loc. cit. par.* 2. *verb. Tertiarii c.* 14
ad quam ſolummodo debent recipi per habentem à Miniſtro
Gener. facultatem recipiendi ad hunc Tertium ſtatum; ut
idem Paulus *cap.* 2. de quo alibi plura.

Confraternitates Sanctiſſimi Roſarii erigunt, & inſtitu- 13
unt Sacri Ordinis Prædicatorum Magiſtri, vel Vicarii Gene-
rales, & per eos deputati Fratres, etiam in ſecularibus Eccle-
ſiis prout Sixtus V. *Conſtitutione Dum ineffabilia ſub* 30. *Ja-*

nuarii 1586. *Bull. Cherub. tom.* 2. ubi ipſe Pontifex confirmat, & innovat privilegia, & Indulgentias à Prædeceſſoribus, Confraternitatibus Roſarii conceſſa.

Cæterum in erectione, & inſtitutione ſimilium Confraternitatum eſt ſervanda locorum diſtantia per Conſtitutiones
14 Apoſtolicas taxata, & forma Clementis VIII., prout diſponit
„ Innocentius XI. ut infra. „ Exponi nobis nuper fecit dile-
„ ctus filius Antoninus Clochè Magiſter Generalis Ordinis Præ-
„ dicatorum, quod licet multæ in dicti Ordinis, aliiſque Eccle-
„ ſiis, ſeu Oratoriis, exiſtant Confraternitates utriuſque ſexus
„ Chriſti Fidelium, ſub titulo Sanctiſſimi Roſarii, quæ ſuas fun-
„ ctiones ad inſtar ſimilium Confraternitatum obeunt, multa-
„ que pietatis opera exercent, de aliquarum tamen ex illis ca-
„ nonica ab initio Inſtitutione, forma non conſtat &c. Nobis
„ propterea dictus Antoninus humiliter ſupplicari fecit, ut de
„ benignitate Apoſtolica indulgere dignaremur &c. Nos igi-
„ tur &c. ipſum Antoninum ſpeciali favore gratiæ proſeqi vo-
„ lentes, à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis &c. om-
„ nes, & ſingulas Confraternitates prædictas ſub titulo SS. Ro-
„ ſarii, in quibuſvis Locorum pofitas, & exiſtentes, tametſi de
„ earum canonica ab initio Erectione, & Inſtitutione non ap-
„ pareat, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, confirma-
„ mus, & validamus, eaſque in ſtatu valido eſſe, & fore decerni-
„ mus in omnibus &c. ac ſi illas canonice erectas, & inſtitutas
„ fuiſſet &c. omneſque, & ſingulos Juris, & facti defectus,
„ qui propter præmiſſa deſuper intervenerunt, ſupplemus, &
„ ſanamus, & quatenùs opus ſit ipſas Confraternitates omnes,
„ & ſingulas, ſervata tamen cæteroquin Conſtitutionum, & De-
„ cretorum hujus S. Sedis, præſertim circa diſtantiam Locorum
„ in Erectorum Confraternitatum ſimilis Inſtituti ſervandam,
„ emanatorum, forma, & diſpoſitione, de novo erigimus, & in-
„ ſtituimus. Cæterum in Erectione, & Inſtitutione ſimilium
„ Confraternitatum de cætero faciendis formam Clementis Prę-
„ deceſſoris adamuſſim ſervari volumus &c. alioquin Erectio-
„ nes hujuſmodi nullius ſint roboris, & momenti, decernentes
„ eaſdem præſentes literas ſemper firmas fore &c. Non obſtan-

tibus

Digitized by Google

tibus quibuſvis Conſtitutionibus &c. Dat. Romæ apud S. Petrum die 15. Junii 1679. Pontificatus Noſtri anno 3. „ „

CAPUT XVII.

Officialis quoad Conſervatores.

SUMMARIUM.

1 *Conſervatores ſunt Judices à Summo Pontifice delegati.*
2 *Eligendi debent eſſe conſtituti in dignitate Eccleſiaſtica, & Judices Electi.*
3 *Differentia inter Delegatum Pontificis, & alterius.*
4 *Canonici Collegiatæ ſunt ineligibiles.*
5 *Et Regulares.*
6 *Pœna eligentium Conſervatores non ſervata forma Gregorii XV.*
7 *Poſſunt etiam eligi non Judices, & quando?*
8 *In Conſervatoribus eſt neceſſaria doctrina.*
9 *Electionis teſtimonium relinquendum penes acta Curiæ Epiſcopalis.*
10 *Quinquennio durant.*
11 *Juriſdictio Conſervatorum.*
12 *De manifeſtis injuriis judicant, & ab eis defendunt.*
13 *Manifeſta, quæ ſint?*
14 *Quando poſſint Regulares Judicem à Secularibus Magiſtratibus petere?*
15 *Quis Regularium poſſit Conſervatorem eligere &c.*

Conſervatores ſunt particulares Judices à Summo Ponti- 1
fice delegati, ad quos ſpectat eos, quibus ſunt conceſſi, à moleſtiis, & injuriis ſibi illatis tueri, & in propriarum, & jurium poſſeſſione conſervare. Qui, ut notat Pignatel. *tom.* 10. *conſt.* 96. *num.* 8. Regularibus dantur (de quibus loquimur) ad tuendum eorum perſonas, bona, & jura; ſub quibus eorumdem continentur Privilegia, exemptiones, & immunitates; à quo munere *Conſervatores Privilegiorum* ſolent nuncupari.

Horum meminit Trid. *ſeſſ.* 14. *cap.* 5. ; modumque in

 eorum

eorum electione ſervandum, & eligendorum qualitates tradit Gregorius XV. Conſtitut. *Sanctiſſimus in Chriſto Pater Bull. Cherub. tom.*3. Ex qua ad hæc neceſſaria hic adonantur.

I. Statuit, & decrevit, ut. „ Judices Conſervatores hu-
„ juſmodi, ſive principales, ſive ſubrogati eligi, nominari, aut
„ deputari non poſſint, niſi, non ſolùm habeant qualitates re-
„ quiſitas, & deſcriptas in Conſtitutione ſimilis recordationis
„ Bonifacii PP. VIII. *etiam Prædeceſſoris ſui, quæ incipit* Statu-
„ tum (*cap.*11. *in ſexto de reſcriptis lib. primo tit.*3.) itaut, vel
„ dignitate Eccleſiaſtica præditi, vel perſonatum obtinentes, vel
2 Eccleſiarum Cathedralium Canonici exiſtant, ſed etiam in
„ Conciliis Provincialibus, aut Diœceſanis juxta Decretum
„ Concilii prædicti (*ſcilicet Trid. ſeſſ.*25. *de Refor. cap.*10.) Judi-
„ ces electi, ſeù deſignati ſint. „

Unde colligitur notabilis differentia inter Delegatum Pontificis, & alterius; Pontifex enim, ut notat Engel. *Colleg.*
3 *jur. Can. lib.*1. *tit.*29. *num.*11. non ſolet cauſas aliis perſonis delegare, quàm in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, & Eccleſiarum Catedralium Canonicis. Et id per Sperellum *deciſ.*197. *num.*16. ob Apoſtolicæ Sedis, decus, & dignitatem. Propterea Gregorius ea Conſtitutione vult in Conſervatores non poſſe eligi, niſi ex illis aliquem; adeo ut electio ſit ad eos reſtricta, privativè quo ad alios.

4 Etiam ſi eſſent Eccleſiæ Collegiatæ Canonici, & eximii Doctores, quia eiſdem ſemper deficerent qualitates neceſſariæ, juxta Conſtitutionem Bonifacii VIII. *cap. ſtatutum loco ſuperius cit.* ubi decernitur: „ Quod nullis, niſi dignitate præditis, aut
„ perſonatum obtinentibus, ſeù Eccleſiarum Cathedralium Ca-
„ nonicis, cauſæ, authoritate literarum Sedis Apoſtolicæ, vel Le-
„ gatorum ejuſdem, de cœtero committantur. „

Et deducitur non eſſe idoneos ex reſcripto S. Cong. Conc. apud Sperellum *num.*6. *quæ interrogata: an poſſit eligi in Judicem Synodalem Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ, qui ſit Doctor, ſi non extant in Cathedrali Doctores, & ſaltem ita idonei? Cenſuit Canonicum Collegiatę Eccleſiæ eligi non poſſe in Judicem Synodalem.* Conſequenter, nec in Conſervatorem, utpotè denudatum quali-

qualitate per Gregorianam taxata. Et eſſe ineligibilem quemlibet Regularem, quavis dignitate fulgentem, reſolvit in terminis S.C.Epiſc. & Reg. *6. Septembris* 1617. Pignat. *tom. & conſ. cit. num.* 9. Additur, quod Innocentius X. Conſt. *Cum ſicut accepimus allegat. cit. offic. quoad exemptionem num.* 10. confirmavit Conſervatores eſſe eligendos ad præſcriptum Conſtitutionis Gregorii XV. non obſtantibus quibuſvis Privilegiis, utpote reductis ad terminos ipſius Conſtitutionis. 5

II. „ Ut qui ſecus, quam juxta formam ſuperius præſcriptam Conſervatores hujuſmodi cum effectu eligere, nominare, ſeù deputare, aut electis, nominatis, ſeù deputatis auſi fuerint; Regulares quidem voce activa, & paſſiva ſint ipſo jure privati, adeo ut habilitationem à nemine, præterquam à Romano pontifice conſequi valeant; & prædictorum omnium Conventus, Monaſteria, & loca hujuſmodi, eorumque perſonæ, ac bona careant Conſervatore ad annum, ita ut illorum cauſæ interea coram locorum Ordinariis dumtaxat cognoſci, ac definiri debeant. „ 6

Verùm dicendum diſpoſitionem Pontificis valere in caſu, quo in Diæceſi ſint Judices in Provinciali, aut Diæceſana Synodo deſignati; cum, alias in eorum defectu, poſſint non Judices, à Regularibus aſſumi, ut ſæpius cenſuit S,C.C. *Direct. trium Ord.* & Cong. Epiſ. & Reg. *die* 4. *Decembris* 1671. decrevit dandam eſſe infraſcriptam declarationem, alias editam, tenoris qui ſequitur: nimirum „ S.C. &c. cenſuit Epiſcopos quamprimum Diæceſanam Synodum omnino celebrare teneri; & interim in Civitatibus, & Diæceſibus, in quibus nulli Judices extant in Concilio Provinciali, aut Diæceſano deſignati, licere Regularibus, ſervata in reliquis forma Conſtitutionis fel. rec. Gregorii Pap. XV. hac de re editæ, Conſervatores nominare habentes qualitates à jure requiſitas; quorum tamen Conſervatorum facultas eo ipſo expiret, cum primum hujuſmodi Synodus celebrata, in eaque Judices deſignati, exiterint. „ Quam declarationem à Clemente X. Conſt. *Inter opera* 13. *Januarii* 1672. confirmari, ibidem legitur *num.* 49. 7

III. Ut

III. „ Ut in Synodis Provincialibus, aut Diæceſanis
„ quamplures perſonas ex habentibus qualitates in prædicta
„ Conſtitutione ejuſdem Bonifacii Prædeceſſoris, contentas, &
„ alioquin ad id aptas deſignari (ſcilicet Ordinarii) procurent;
„ & ſi aliquem interim ex deſignatis mori contigerit, ſubſtituat
„ Ordinarius loci, cum conſilio Capituli, alium in ejus locum,
„ uſque ad futuram Provincialem, aut Diœceſanam Syno-
„ dum. „ Quod prius, decreverat Trid. *ſeſſ.25. cap.10. de refr.*
Et obſervandum per ea verba *& alioquin ad id aptas*, quæ ex
Trid. cit. deſumuntur, ſignificari in judicibus Synodalibus
8 præter qualitates ex capite *ſtatutum* neceſſarias, requiri etiam
doctrinam, ut ſic cauſæ, ex intentione Tridentini, committan-
tur perſonis idoneis.

IV. „ Ut electionis, ſeu aſſumptionis documentum de-
„ bant penes acta Curiæ Ordinariorum exibere, & dimittere
9 teneantur, adeout, niſi infra præfinitum tempus exhibuerint,
„ ac dimiſerint, coram Ordinario loci debeant Regulares conve-
„ niri. „ Prout Sac. Congr. ab Innocentio X. deputata, *loc. cit.*
videnda. Et intelligendum, ad id, ſub pœna nullitatis actuum,
teneri Conſervatores à Regularibus nominatos, & electos,
antè exercitium ſuæ juriſdictionis; prout eadem Cong. ad
XIII. firmavit, & idem Innocentius approbavit.

V. „ Ut Conſervatores ſemel legitimè deputati, niſi ex
„ legitima cauſa à Sede Apoſtolica, aut locorum Ordinariis,
10 prout iiſdem Regularibus, aut aliis ſupradictis libuerit, ap-
„ probanda, durante quinquennio à die deputationis, amoveri,
„ aut mutari nullatenus poſſint, & valeant. „ Et ultra quin-
quennium non poſſe durare, decrevit Trid. *ſeſſ.14. cap.5. de Re-
form.*

VI. „ Ut coram ipſis Conſervatoribus Regulares, ac Per-
„ ſonæ ſupraſcriptæ conveniri quidem, aut trahi debeant, ſed
„ alios convenire, aut trahere non poſſint; itaut memorati Con-
11 ſervatores, in quibus Regulares, & alii, actores fuerint, pror-
„ ſus nullam juriſdictionem habeant, ſed in iis tantùm, in qui-
„ bus rei extiterint. „

Nec per hoc Conſervatores privantur, quin poſſint etiam
à mani-

Digitized by Google

à manifeſtis injuriis, & violentiis Regulares defendere, dum ſuis juribus uti, & bonis frui, impedirentur: ac contra eos procedere, qui eorum Privilegia infringunt, ut in terminis firmavit S.Cong. Conc. *Dum cenſuit*, illis verbis: „ Minimè ſublatam fuiſſe facultatem, quam habent Conſervatores defendendi Regulares à manifeſtis injuriis, ac violentiis, dummodo obſervent formam præſcriptam in Conſtitutionibus Innocentii IV. & Bonifacii VIII. relatis. „ *cap.1. & finali de Officio Delegati in ſexto. Bull. Cherub. ad calcem* Conſtit. Gregorii XV.

Et tam Innocentius *cap. Statuimus il primo*, quàm Bonifacius *cap. Hanc Conſtitutionem ibid. tit. 14. lib. 1. in ſexto cit.* volunt, Conſervatorum poteſtatem extendi ad defendendos 12
eos, quibus dantur, à manifeſtis injuriis, & violentiis; & Innocentius addit: *nec ad alia, quæ judicialem indaginem exigunt, ſuam extendere poſſunt poteſtatem*. Ubi ex annotatione Gloſſæ in caput *ſtatuimus*, ſi injuria non ſit manifeſta, ſed requirat plenam cauſæ cognitionem, Conſervatores nequeunt procedere; niſi in Privilegiis eorum, quibus ſunt dati, aliud diceretur, nimirum, quod poſſent cognoſcere de injuris, & aliis cauſis, etiam ſi requirerent judicialem indaginem, quod obſervavit Confectius *Summar. Privileg. Mendic. cap. 8. tit. 4.* ex Clementina *ſæpe de verborum ſignificatione lib. 5 tit. 11. cap. 2.*

De manifeſtis ergo ſolummodo poſſunt cognoſcere. Et 13
per manifeſta veniunt ea, quæ notoria ſunt, & ità patentia, ut nulla probabili tergiverſatione celari poſſint. In caſu autem, quo offenſa notoria negetur, & ex negatione res ſub dubio exponatur, tunc poterit Conſervator, ex Gloſſa ibidem, probationes de notorietate facti recipere ad videndum, an ſuæ ſint jurisdictionis; & ubi repererit factum notorium, procedat; aliàs deſiſtat, quia non habet poteſtatem defendendi utcumque injuriam, ſed qualificatam notorietate; & in terminis notorietatis recuſari non poteſt Peyrin. *de Privil. tom. 2. ad Conſt. 5.* Greg. XV. *§. 7. num. 59.* præſertim, ſi pœna fuerit ab jure impoſita. Et in caſu recuſationis quid ſit agendum, tradit Sperellus *deciſ. 93. num. 12.* poſſe nimirum recuſatum compellere recuſantes ad eligendos arbitros, coram quibus cauſa recuſationis

nis probetur, & decidatur .v.C. *Offic. quoad pœnas Eccleſ. num.* 12.

Tandem, reſtricta Conſervatorum juriſdictione ad Civitates, & Diœceſes, in quibus fuerint deputati, & appoſita diſpoſitione quo ad ea, quæ poſſent inter ipſos, & Ordinarios oriri ſuper competentia juriſdictionis; pœniſque Conſervatoribus, qui quovis modo limites ſuæ juriſdictionis exceſſerint,
14 ſtatutis, ſubdit: „ Per hoc tamen non intendit Sanctitas Sua
„ prohibere, quominus Regulares, & alii ſupradicti, in caſibus
„ à jure permiſſis, petant Judicem non ſuſpectum à Principi-
„ bus, ſeu Magiſtratibus ſecularibus; dum tamen hæc tria co-
„ pulativè concurrant: videlicet, ut Regulares, & alii prædi-
„ cti, ſint actores, non autem rei: utque agant contra Laicum,
„ non autem contra Eccleſiaſticum, vel alias à juriſdictione ſe-
„ culari exemptum: atque, ut cauſa, in qua Judex deputatur,
„ fuerit profana, non autem Eccleſiaſtica, & in ea juxta Sacro-
„ rum Canonum diſpoſitionem, Laicus, ut præfertur, eligen-
„ dus Judex competens exiſtat. „

Verum cum Conſt.*Greg.* non ſpecificet perſonam Regu-
15 larem, quæ poſſit, & debeat conſervatorem eligere; ſed loquatur indefinitè *Regulares*, à quibuſdam dubitatur, an eligendi facultas non ſolum ſit in Provinciali, ſed etiam in Superiore Conventuali, & Locali?

Quod ſolvendum cenſeo ad præſcriptum legum, Conſtitutionum, & privilegiorum quibuſcumque Ordinibus reſpectivè conceſſorum. Apud Min. de Obſerv. videtur reſtricta ad Provinciales, privativè quoad Guardianos ex *Conſt. Generalibus Ordinis cap.* 12. §. 21. diſponentibus, ut infrà: *Provinciales itaque infra ſpatium ſex menſium, pro uno quoque loco Conſervatores nominaſſe, & elegiſſe teneantur, ac debeant juxta Apoſtolicas Conſt. id ſane ſtatuimus, & decernimus ſub pæna privationis officii negligentibus ſubeunda.* Et in appoſita ibid. formula literarum electis concedendarum, nullius, quam Provincialis, fit mentio.

Privativa quo ad Guardianos deducitur, ex quo loquantur univerſaliter *pro uno quoque loco*; atque etiam, ex quo tam

ſtrictè

ſtricte id Provincialibus præcipiatur; quod fruſtra, & ſuperflue fieret, ſi aliunde, etiam Guardiani, id poſſent; Imo ex præcepto eis facto optimè probatur, declarari diſpoſitionem Conſtitutionis(quę videtur quoad taxativam particularis perſonæ dubia,) & intelligi de Provinciali excluſive quoad Superiores Locales; alioquin inferendum, in vim præfatæ Conſtitutionis, etiam ſimplicem Fratrem poſſe conſervatorem eligere. Nam ipſa diſtinctionem non ponit inter Superiorem, & ſubditum; & ſic oriri poſſent jurgia, & lites inter Fratres ipſos, & Conſervatores electos; & contingere etiam, quod idem Couventus ſæpè plures haberet Conſervatores.

Nec oppoſitum concludēter probatur ex mari magno Minorum §. *& Nihilominus*, à quo Portell. *dubia Regul. ver. Conſer. num. pr.* citans Roderico *quæſt. Regul. tom. p. qu. 65. art.* 3. fundamentum deſumit, alias, & ſimplex Frater, imo & Fratrum Syndici, id poſſent; & foret Provinciali denegandum, quia ibi non hic, ſed illi nominantur; Neque vis in dictione *requiſitus* ponatur, cum hæc electionem potius ſupponat; ponderetur textus.

De extenſione juriſdictionis Conſervatoris ad Syndicum Apoſtolicum Frat. Minor. de Obſerv. v. *cap. off. quo ad Syndicum*.

CAPUT XVIII.

Officialis quo ad Conventus.

SUMMARIUM.

1 *In fundatione Conventus attenditur Conſtit. Clement. VIII.* Quoniam, *Gregor. XV.* Cum alias, *Urbani VIII.* Romanus Pontifex, *& Innocent. X.* Inſtaurandæ.

2 *In Conventu novo erectionis 12. ad minus Religioſi debent degere, & num. 9.*

3 *Audiendi ſunt, jam introducti Regulares, etiamſi introducendi haberēt congruam dotem.*

4 *Præ-*

4 *Præjudiciū præexiſtētibus ex multis poteſt inferri.*

5 *Etiamſi introducendi eſſent ejuſdem Ordinis.*

6 *Sæpe audiuntur exiſtentes in diſtantia majori quàm quatuor millia paſſuum.*

7 *Quæ Hoſpitia comprehenduntur ſub Conſtitutionum diſpoſitivis?*

8 *Quæ vim quoque habent in translatione Conventus.*

9 *Poteſt aliquando erigi Conventus, licet alii Regulares diſſentiant, & ibi notat.*

10 *Conſenſus debet eſſe Capitularis.*

11 *Conſt. B. Pii V. Regularium revocatoria facultatum ingrediendi Clauſtra Religioſorum, &c.*

12 *Mulieres ligantur cenſura Papæ reſervata.*

13 *Fratribus imponitur pœna privationis &c.*

14 *Alia ejuſdem Conſt. decret. declarans priorem extendi ad fœminas quaſcumque ingredientes, etiam abſque licentia ſub prætextu.*

15 *Tempore proceſſionum poſſunt ingredi Clauſtra.*

16 *Regulares ligantur, etiam excommunicat. Papæ reſervata; & ibi plura.*

17 *Quid ſepta, quid Monaſterium ſignificent?*

18 *Horti &c. quando ſub clauſura contineantur?*

19 *Murus clauſuræ dirutus non facit licitum ingreſſum mulieris in clauſuram?*

20 *Reſolvitur de hortis habentibus quoque ingreſſum per viam publicam.*

21 *Et de Sacriſtiis.*

22 *Et Grangiis, & Infirmariis &c.*

23 *Quid verbo* introducere, *quidue* admittere *importent?*

24 *Etiam conſulentes, mandantes, &c. ingreſſū, comprehenduntur.*

25 *Lex pœnalis extenſionem admittit.*

26 *Aliquando ligatur Religioſus etiamſi fœminam non introducat. nota ibi.*

27 *Vivæ vocis oraculum B. Pii V. factum Card. Cribello ſuper ingreſſu Mulierum tempore proceſſionum.*

28 *Quæ oracula non ſint revocata?*

29 *Dubium de Superiore, extraordinariam proceſſionē inſtituente.*

30 *Seculares non poſſunt pernoctare*

Digitized by Google

noſtare &c. in Convent. Frat. Min. de Obſer.
31 *Limitatio pro Clericis.*
32 *Et pro Syndicis Apoſtolicis.*
33 *In reſtitutione Conventus ſuppreſſi non requiritur conſenſus Cleri, & Regularium: limita, & lege decretum S. Congregationis Epiſc. & Regul.*

QUamquam Monaſterium, Conventus, & Cœnobium, in nomine ſint diverſa, in re tamen ſignificata conveniunt; cum ex eis quodlibet quædam loca, & ædificia ſignificet, in quibus ad Deo ſerviendum Religioſi congregantur, & convivunt.

In his de novo conſtruendis eſt obſervanda Conſtitutio Clement. VIII. *incipit Quoniam ad inſtitutam*, ut in *Bullar. Cherub. tom. 3.*, & Piaſeco *prax. par. 2. cap. 3. art. 6.* declarantis. „ Locorum Ordinarios non poſſe licentiam ad novos Conventus, 1 cujuſcumque, etiam Mendicantium Ordinis, in Civitatibus, & locis eorum ordinariæ juriſdictioni ſubjectis, erigendos impartiri, niſi vocatis, & auditis aliorum in eiſdem Civitatibus, & locis exiſtentium Conventuum Prioribus, ſeu Procuratoribus, & aliis intereſſe habentibus, & cauſa, ſervatis ſervandis, cognita conſtiterit, in eiſdem Civitatibus, & locis novos hujuſmodi erigendos Conventus ſine aliorum detrimento commode ſuſtentari poſſe; & aliam Greg. XV. incip. *Cum alias, eod. tom.* „ Extendentis diſpoſitionem Clementis ad exiſtentes, etiam in diſtantia quatuor milliarum, ad effectum, ut conſenſum præſtent, dum eis conſtiterit ex nova Conventuum erectione non eſſe detrimentum reportaturos; ac alteram Urbani VIII. *ibid. tom. 4. incip. Romanus Pontifex*, in qua præfatæ innovantur cum revocatione quarumcumque licentiarum erigendi Monaſteria, & alia loca Regularia, non ſervata forma Sacror. Canonum, Conc. Trid., & contenta in Conſt. Clement. & Greg.

Præter illum Ordinarii, quem, & Trid. *ſeſſ. 25. cap. 3. de Regul.* exigit in erectionibus Conventuum, cenſetur copulative neceſſarius aſſenſus Summi Pontificis juxta diſpoſita *cap. cum ex eo de exceſſib. Prælator. in 6. lib. 5. tit. 7.*, et in *conſt.*

Inſtauranda Innoc. X. *ut in Bullar. tom.* 4. in qua præmiſſa extinctione, & ſuppreſſione parvorum Conventuum §. *Verum* ſubdit. *Verum quia parum eſt mala præcidere, niſi etiam malorũ cauſa, & radix evellatur*, *Conſt. fel. rec.* Bonifacii VIII., *quæ incip.* Cum ex eo, *necnon* Clementi VIII. *incipien.* Quo-
„ niam ad inſtitutam, aliorumque Romanorum Pontificum,
„ prædeceſſorum noſtrorum, ſuper erectione novorum Con-
„ ventuum editas, earumdem tenorem innovantes, illiſque ad-
„ dentes, hoc perpetuo prohibemus edicto, ne deinceps aliquis
„ Regularium Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium,
„ Congregationis, Societatis, & cujuſvis alterius Inſtituti,
„ etiam Societatis Jeſu, in aliqua Civitate, Caſtro, Villa, ſeu
„ loco, ad habitandum domos, vel loca quæcunque de novo
„ recipere, ſeu Monaſteria, Conventus, vel Collegia incipere,
„ vel fundare præſumant, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpe-
„ ciali, plenam, & expreſſam faciente de prohibitione hujuſmo-
„ di mentionem, in ſcriptis, & gratis concedenda, prævia exa-
„ minatione Congregationis negotiis Epiſcoporum, & Regula-
„ rium præpoſitæ; ſi ſecus egerint, eo ipſo incurrant pœnas
„ privationis, & inhabilitatis, ut ſupra, inflictas; & nihilomi-
„ nus receptiones, fundationes, & erectiones ſint ipſo iure nul-
„ læ, & invalidæ: & domos, ac loca ipſa, & perſonæ in eis degen-
„ tes omnimodæ juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Ordi-
„ narii loci plenè in omnibus ſubjaceant. „

Examen præfatæ Congregationis eo tendit, ut conſtet; ſi alii Regulares ex nova fundatione detrimentum recipiant: aut præjudicium juribus Parochialibus ex eo inferatur: & tandem, ut ſervetur Decretum S. C. Conc. alias auctoritate Urbani VIII. editum, tenoris qui ſequitur: „ Deinceps verò Monaſterium, Conventus, Domus, Congregatio, vel ſo-
„ cietas Religioſorum, ſeù Regularium nullibi recipiatur, niſi
„ præter alia ad id requiſita, in ſingulis hujuſmodi locis duo-
„ decim ſaltem Fratres, aut Monachi, ſeù Religioſi, degere, &
„ ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis, detractis omnibus,
„ ut ſupra detrahendis, competenter ſuſtentari valeant, ad præ-
„ ſcriptum decreti fel. rec. Gregorii XV., hac de re editi; alio-

quin

Digitized by Google

quin Monaſteria, & loca hujuſmodi poſthac recipienda, in „ quibus duodecim Religioſi, ut ſupra, ſuſtentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint, Ordinarii „ loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ juriſdictioni ſubiecta eſſe intelligantur. „ Quod noviſſimè cum aliis relatis „ *cap. Official. quò ad celebrationem Miſſarum* ab eadem emanatis, confirmavit, & approbavit, ac ob omnibus exacte, & perpetuò ſervari voluit, & mandavit Innocentius XII. Conſt. *Nuper prout loc. cit.*

Præfatorum obſervantiam Sacra Cong. Epiſc., & Reg. ad praxim deducit, nec erigendi novi Conventus unquam facultatem concedit, quin priùs Ordinario loci negotium committat, & ſenſum ipſius, tam, quo ad commodam ſuſtentationem Religioſorum de novo introducendorum in numero duodeno, abſque ullo cæterorum præexiſtentium Regularium præjudicio, quam quo ad iſtorum conſenſum, ac jurium Parochialium indemnitatem, audiat.

Audiendi eſſent præexiſtentes Regulares, in caſu etiam, quo alii de novo introducendi, eſſent Clerici Regulares, quia 3 Conſtitutiones comprendunt quodcunque Inſtitutum; imo etiam ſi haberent congruam dotem pro victu, & veſtitu Religioſorum, in numero ab Apoſtolicis Conſtitutionibus prefixo; quià fortè, eo non obſtante, poſſent antiqui, & præſertim Mendicantes (quibus ex Gloſ. *ad alleg. cap. cum ex eo in ver. mendicantes* victum tribuit incerta mendicitas) prejudicium ex eo recipere; ſi nimirum poſt conſummatam Conventus fabricam adminiſtrent Sacramenta, ſtipendia pro celebrandis Miſſis recipiant, Defunctos Sepulturæ tradant, & ſimilia. Ex quibus certè minuitur ad præexiſtentium Regularium Eccleſias fidelium concurſus, & inde, ad minus indirectè ſequitur eleemoſynarum diminutio, & diviſio. Undè quia finis legis, antiquorum nimirum præjudicium, in caſu non abeſſet, etiam tunc, diſpoſitio legis de vocandis intereſſe habentibus ſervanda.

Nec obſtat dicere, quod enumerata ſpectent ad lineam actus facultativi; quatenus eſt in poteſtate cujuſlibet pia opera

ra facere, ſepulturam eligere, & pro Miſſis celebrandis eleemoſynas tradere; ubi, & quibus, velit; quippe ad ſummum concluditur ex nova erectione, in caſu, de quo agitur, non fore alios reportaturos præjudicium, conſideratum in ſenſu ſtricto, ut ſcilicet læſionem juſtitiæ importet: ſecus verò, ſi ſumatur pro quocunque damno, ſive qualibet alimentorum, & eleemoſynarum diminutione.

Propterea Pignatellus *tom.1. conſ.177. num.43.* ponderavit inſpiciendam non eſſe qualitatem Regularium introducendorum, ſed introductorum præjudcium, qualecumque ſit; quod æque bene reſultare poteſt ex eleemoſynarum queſtua-
4 tione, ac ex diminutione concurſus, & emolumentorum, quæ retrahi ſolent ex celebratione Miſſarum, tumulatione Cadaverum, aliiſque pluribus, in quibus Parochi, aliique Regulares præjudicium recipiunt; & obinde eorum conſenſus requiritur; obinde diſpoſitiva Conſtit. comprehendit quotquot volunt fundare, ſive Mendicantes ſint, ſive non; quod expreſsè legitur in illa Innoc.

Et procedit etiam in fundatione novi Conventus ejuſ-
5 dem Religionis, & inſtituti, quia in hoc etiam conſideratur ratio motiva Conſt. Clement, & Greg. quorum fuit per interdictam multiplicationem Religioſorum abſque ſufficientibus redditibus proſpicere, ne introductis præjudicium inferretur; quod certe, etiam in caſu eſſet inevitabile; nam de novo introducti præexiſtentibus, ſive clam, ſive palam eleemoſynas ſurripiunt, damnumque inferre dicuntur, eorumdem diminuendo patrimonium; quod unice fundatur in eleemoſynis fidelium. prout *ibid. num.27.* ſcripſit Pignatellus.

Et facit quod Conſt. non emanarint ad evitandum præciſe præjudicium eleemoſynarum, commodumve burſale, ut loquitur Gloſ. *ad alleg. cap. cum ex eo in verſ. ſcandala*, ſed ad rixas quoque, & ſcandala eradicanda, quæ de facili propter emulationes inter vicinos Conventus enaſcuntur, prout ejuſdem *cap. cum ex eo* narrativa ſignificat.

Poteſt etiam finis legis habere locum, etiamſi Conventus erigendus ſit in loco, pluſquam per quatuor milliaria diſtan-

diſtanti ab eo, in quo alius prius ædificatus reperitur; maxi-
me ſi huic, loca exiſtentia intra limites diſtantiæ, per Grego-
rium neceſſariæ, non ſufficiant ad ſubminiſtranda victualia, 6
quo ad numerum Religioſorum per Apoſtolica Decreta ex-
preſſum. Tunc certè vocandi, & audiendi ſunt, exiſtentes,
etiam extra allegatam diſtantiam. Proinde S. Cong. Epiſc. &
Regul. in terminis erectionis Conventus in Inſula Corſicæ, ob
circumſtantiam inopiæ Regionis, majorem præfata, unius
loci ab altero, per alios Religioſos acquirendo, diſtantiam exi-
git, prout ſequitur: „ S. Cong. &c. Decrevit &c. ac impo- „
ſterum in dictę Corſicæ Inſula pro hujuſmodi fundationibus, „
tàm ab Obſervantibus, quàm à Reformatis, & Capuccinis reſ- „
pectivè ſervandam eſſe dictam diſtantiam duodecim milliario- „
rum, menſuræ illarum partium. „ Quod Clemens X. Conſt. „
Nuper ſub die 20. Maii 1673. confirmavit; & refert *ſub an-
no* 1661. in provinciis Burgen., Granaten, & Aragoniæ ad
quindecim extendiſſe *Reg. 22. Ciſmontanum pag.* 101. *à tergo.*

Item ſub earumdem Conſtitutionum diſpoſitione, du-
bium non debet eſſe, ea loca venire, quæ alias ſolent dici *Ho-
ſpitia*; Verum in nullo, præterquam in nomine, à Monaſte-
riis differunt; cùm, ſicut iſta, Eccleſiam cum Campanis ha-
beant, in eis Religioſi habitent, Miſſarum ſtipendia recipiant,
eleemoſynas oſtiatim quærant, divina celebrent, & Sacra-
menta adminiſtrent. Ideo quò ad iſtorum erectionem ſubin-
trat cauſa finalis, in præfatis literis expreſſa, de evitando ni-
mirum præjudicio præexiſtentium Regularium; conſequen-
ter earumdem literarum diſpoſitio juxta ſatis commune, quod 7
ubi eadem ratio militat legis, ibi ejuſdem legis debet diſpoſitio
militare; adeoque præſcriptarum ſolemnitatum in hujuſmo-
di erectionibus obſervantia, ad quæ extenditur diſpoſitio Vr-
bani per hæc verba, & *alia loca Regularia*: & illa Innoc. per
addita, *ſeu loco ad habitandum domos, vel loca quæcumque*: &
probatur ex decretali ſæpius cit. loquente de domo, ſeu quo-
cumque loco ad habitandum Pignatellus *ibid num.* 32.

Secus dicendum de Hoſpitiis in ſenſu ſtricto, cauſa dum-
taxat intinerantium, & quæſtuantium Religioſorum abſque
alio

alio præjudicio erectis *Engel. Colleg. univerſ. jur. Can. lib.3. tit.36. ſub num.4.* & in quibus non adminiſtrantur Sacramenta, nec ibi continuò ſunt Religioſi permanentes, niſi infirmi, & eis inſervientes; nec habent ſepulturam, niſi expreſsè concedatur Nicol. *Floſc. ver. Hoſpitium num.1.* ubi plura S.C. decreta citat.

Non ſic de translatione, & mutatione Conventus de loco non ſano, ſeù minus commodo, ad ſaniorem, & magis commodum, nèdum, quia ſæpe ex Conventuum vicinitate ſolent jurgia oriri, æmulationes, & rixæ; verùm etiam, quia
8 in translatione Conventus militare poteſt ratio motiva Conſtitutionum, quæ ex dictis eſt providere, ne Regularibus præexiſtentibus præjudicium inferatur. Quod certè inferretur, quippè ad ipſorum Eccleſias Populi minueretur concurſus, & ad eas aliorum frequentius, vel ob amænitatem, & commoditatem loci, aut aeris ſalubritatem, conflueret; ex quo utique major, & minor dependet eleemoſynarum collectio. Et ideo translatio, adeo damnoſa, debet per Sedem Apoſtolicam examinari, de cujus licentia eſt facienda. Et colligi poteſt ex verbis Innocentii *de novo recipere, vel incipere, vel fundare*; ubi ponitur dictio, *vel*, quæ tamquam alternativa cadit inter diverſa, & caſus diſiungit, Pignatel. *tom.10. Conſt.32.n.5.* conſequenter diſpoſitionem Conſtitutionis extendit, tum ad loca, quæ recipiuntur in locis de novo, tùm ad Conventus, qui in locis de novo, ex capite translationis, debent fundari; & Privilegia, quo adhoc alias conceſſa, eſſe extincta affirmat Donatus *Prax. tom.1. par.2. tract.1. queſt.26. num.10.* ut plenius continetur in Conſt. Innoc. propter adiectas derogatorias, ſublata cuique facultate aliter iudicandi, irritumque declarando quidquid contra literarum tenorem exequi contigerit. Ampliatio Conventus in eodem loco facienda ſub diſpoſitione legis non venit per Engel. ibid.

In caſu tamen, quod Ordinariis conſtaret novos Conventus erigendos poſſe commodè, & ſine aliorum præiudicio ſuſtentari, poſſent id S. Cong. ſignificare, & pro obtinendis
9 litteris erectionis adlaborare, quantumvis alii diſſentirent.

Prout

prout poteſt ex Conſt. Greg. haberi, dum ait: „ De cætero Monaſterium, Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas Religioſorum, ſeu Regularium, cujuſcumque, etiam Mendicantium, Ordinis, Societatis, & Inſtituti, quocumque nomine nuncupentur, etiamſi de illis particularis expreſſa, & ſpecifica mentio habenda eſſet, in quacumque Civitate, vel Oppido, ſeù quocumque alio loco, non erigantur, niſi in eo ſaltem 12. Fratres, aut Monachi, ſeù Religioſi inhabitare, ac ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis ſuſtentari valeant, ac Priores, ſeù Procuratores aliorum Monaſteriorum, Coventuum, ſeù Domorum aliorum Religionum, vel Congregationum, aut Societatum, ſeù Inſtitutorum hujuſmodi, non ſolum in prædictis, ſed etiam in aliis per quatuor millia paſſuum circumvicinis locis, ad id vocati, & auditi fuerint, ac tali erectioni conſenſerint, vel *alias* Ordinariis locorum conſtiterit, Religioſos Monaſterii, Conventus, ſeù Domus Regularis, ſic erigendi, ſeù erigendæ abſque detrimento Religioſorum in Monaſteriis, ſeù Domibus antea in Civitatibus, ſeù locis hujuſmodi erectis degentium, ibi in numero duodecim, & congrue manuteneri, & ali poſſe; ſi vero novi Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas hujuſmodi inſtituendæ erunt, nullique alii Regulares inibi reperiantur, Ordinarii locorum nihilominus diligenter inquirant, an locorum Incolæ, & habitatores, quorum & conſenſum requirant, ac adhibeant, hujuſmodi 12. Religioſos in Conventibus, ut præmittitur, inſtituendis, commode alere, & manutenere valeant &c." „ Vbi ponderanda eſt efficacia dictionis *aliàs*, quæ ex Barboſa *diſt.* 9. *num.* 3. ponitur pro alio caſu, vel ex Pignatello *à num.* 20. caſum à primo diverſum ſignificat, inducitque alternativam, adeo ut, quemadmodum, ut Epiſcopus potuiſſet tunc licentiam impertiri erigendi Conventum de novo, ſufficiebat, vel conſenſus aliorum Regularium, vel quod Epiſcopo conſtaret de ſufficienti, & commoda ſuſtentatione, ſic, quia de præſenti eſt in vim Innocentianæ neceſſarium beneplacitum Apoſtolicum, ſat erit, quod ad ipſam informationes de commoda ſuſtentatione, etiam aliorum Regu-

larium non expectato conſenſu, modo de illa ſit certus, tranſmittat, præſertim quia illæ duæ negativæ, *non erigantur, niſi conſtiterit* reſolvuntur in affirmativam, perinde ac ſi diceretur, erigantur, conſtito de commoda ſuſtentatione, ut in terminis de dictione *niſi*, ſubſequente præcedentem negationem, probat Barboſ. *dict.* 184. *num.* 3. operari, ut faciat affirmare ea, quæ ponit.

Nec ſufficit conſenſus Regularium, niſi ab eis præſtetur Capitulariter Congregatis, ut optime deduci poteſt ex integro *tit. de his, quæ fiunt à Prælat &c. lib. 3. tit.* 10. ubi annullantur,
10 & caſſantur, quę à Prælatis fiunt ſine conſenſu Capituli, prout textus ibi videndi. nec relevat, quod Gregoriana videatur contenta, quod detur à Procuratoribus, vel Prioribus, quia uti certum, tenendum non loqui taxative, & excluſive, ſed dumtaxat demonſtrative, quatenus demonſtrat eorumdem eſſe neceſſarium, ab eis dandum, ſervata forma iuris communis alleg. tit.

B. Pius V. revocat omnes facultates ingrediendi Monſteria, & loca virorum Regularium quorumcumque Ordinum, mulieribus datas; ut infra.

„ Regularium perſonarum, quæ, relicto ſæculo, Dei ſe
11 obſequio dedicarunt, prò commiſſo nobis officio quieti conſulere cupientes, ad ea removenda, quæ Religioſum earum propoſitum impedire poſſunt, curam noſtram libenter intendimus, ut nulla re, quæ eas à Divino cultu avocet, præpeditæ, ſecundum Ordinum ſuorum Regularia inſtituta, & Decretum Sacri Trid. Concilii tranquillis mentibus gratum altiſſimo impendere poſſint famulatum. Quia igitur, & Cartuſienſium Ordinis, & aliarum Regularem vitam profeſſorum, quies non parum ſolet, ſicut accepimus, perturbari, propterea quod mulieres modeſtiæ matrimonialis oblitæ, Domos, ac Monaſteria eorum, contra ipſorum inſtituta, prætextu confeſſionalium, aut aliarum literarum Apoſtolicarum ingredi audeant, ipſis etiam Abbatibus, Præpoſitis, Prioribus, & aliis Præſidentibus aliquando recuſantibus, & renitentibus, non ſine magna eorum moleſtia, nec ſine gravi Laicorum etiam offen-

ſione

ſione, ac ſcandalo, ſi quando admitti nimis facile videantur; „
huic rei providere volentes motu proprio, ex certa ſcientia, „
ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas „
facultates, ac licentias ingredi Monaſteria, ac Domos Cartu- „
ſienſium, & aliorum quorumcumque Regularium Ordinum, „
etiam Mendicantium, mulieribus cujuſcunque ſtatus, gra- „
dus, ordinis, conditionis, & quacunque Dignitate, ac Præ- „
eminentia præditis, etiam Comitiſſis, Marchioniſſis, Duciſſis, „
ſub quibuſcunque uerborum tenoribus, & formis, & cum „
quibuſcunque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque „
fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, Nec non irri- „
tantibus decretis, ab Apoſtolica Sede quomodocunque conceſ- „
ſas, quarum tenores perinde, ac ſi de verbo ad verbum præ- „
ſentibus infererentur, haberi volumus pro expreſſis, tenore „
præſentium revocamus, & Caſſas, irritas, & inanes eſſe de- „
cernimus; diſtricte prohibentes, mulieribus quidem prædi- „
ctas facultates, & licentiam prætendentibus, ſub excommu- 12
nicationis latæ ſententiæ pœna, poſtquam harum literarum „
notitiam habuerint, a qua non poſſint, niſi a nobis, aut Ro- „
mano Pontifice, qui pro tempore fuerit, abſolvi, præter- „
quam in mortis articulo, ne dictas Domos, & Monaſteria in- „
gredi audeant; Ipſis vero Monaſteriorum, & Conventuum „
Abbatibus, Præpoſitis, Prioribus, & aliis Præſidentibus, quo- „
cunque nomine vocentur, & eorum Monachis, Canonicis, & „
Fratribus, ſive Mendicantibus, ſive non Mendicantibus, ſub „
privationis Officiorum, quæ in præſentià obtinent, & in- 13
habilitatis impoſterum ad illa, & alia omnia, & ſuſpenſionis à „
Divinis ipſo facto, ſine alia declaratione, incurrendis pœnis, „
ne eas introducere, admittereve præſumant. Non obſtanti- „
bus &c. *Dat. Romæ* 24 *Octobris* 1566. apud *Confeſſ. Collect. Privileg. Mend. part.* 1. Quaranta *Bullar. verb. Monaſteria*, & Conventus &c. *Bullar. Cherub. tom.* 2.

Et quia præſentes reſtringebantur ad prohibendum ingreſſum in virorum clauſtra mulieribus habentibus dumtaxat, ſeù prætendentibus habere indulta ingrediendi; ideo idem Pius propriam mentem declarans, aliam Conſt. edidit, prout ſequitur.

,, Decet Rom. Pont. certiſſimum mentis ſuæ interpretem,
,, ſi quando quippiam dubietatis in litteris, ab eo emanatis oc-
,, currit, ſuæ declarationis oraculo quam primum explanare.
,, Cum aliàs à nobis emanaverint quædam litteræ in ſimili for-
,, ma Brevis ſub die 24. *Octobris* 1566. Pont. noſtri anno pri-
,, mo. In quibus mulieribus quibuſcumque Monaſteriorum
,, Regularium ingreſſus; cum derogatoriis Clauſ. & irritanti-
,, bus decretis prohibetur, & aliàs, prout in illis plenius con-
,, tinetur. Ideos intuitu, & in favorrm Congregationis Mon-
,, tis Virginis. aliquas dubitationes, quæ circa dictarum lit-
,, terarum, & mentis noſtræ intelligentiam oriri poſſent, eluci-
,, dare, ſubmovere volentes ſupplicationibus dictæ Congrega-
,, gationis, nobis ſuper hoc humiliter prorrectis inclinati,
,, Apoſt. auth. tenore præſentium dicimus, & declaramus fuiſ-
,, ſe, & eſſe mentem, & intentionem noſtram, quod dictæ lit-
,, teræ non ſolum comprehenderent, & comprehendant Mu-
,, lieres habentes, & prætendentes, facultatem, & indulta in-
,, grediendi Monaſteria, ſed etiam omnes, & quaſcumque Mu-
,, lieres alias, tam in genere, quam in ſpecie, ſignificantes, nihil-
,, ominus, prout ſignificamus, quod propter hoc, & prædi-
,, ctas noſtras litteras non intelleximus, nec intelligimus, quod
,, mulieribus præcluderetur, nec percludatur aditus, ad Mona-
,, ſteria, & loca Regularia dictæ Congregationis, ac eorum
,, Clauſtra, quando in eis Miſſæ, & alia Divina officia celebran-
,, tur, ac cum proceſſiones fiunt, & quando Chriſtifidelium
,, cadavera ibi ſepeliuntur, ac etiam pro eis ſuffragia fiunt, ſed
,, libere perpetuò concedimus eiſdem omnib. mulieribus fa-
,, cultatem, ut ad illa loca dictæ Congreg. in quibus dicta Pia
,, Opera exercentur, cum aliis Catholicis perſonis accedere li-
,, bere, & licite poſſint, & valeant, & ſimiliter, quod quando Di-
,, vinum Verbum in Clauſtris Monaſteriorum, & Regularium
,, locorum Congregationis hujuſmodi proponitur, vel per ali-
,, am quamcumque cauſam, tantus concurſus populi fuerit,
,, quod commode ingredi non poſſint, & egredi per portam
,, Eccleſiæ, perpetuò concedimus, ut dictæ Mulieres, una cum
,, aliis ſecularibus perſonis, poſſint ingredi per portam Clau-

ſtris

ſtri Monſteriorum locorum Regularium Congregationis hu- „
juſmodi (dummodo recto tramite accedant ad portam , qua „
exitur è Monaſterio) ſicque volumus pariter, & indulge- „
mus. Decerentes &c. ſublata &c. irritum &c. non obſtanti- „
bus &c. Romæ 16. Julii 1570. *Conſect. cit. Bullar. Cherub. tom.* 2.

Mulieres ingredientes ſub prætextu licentiarum excommunicantur, excommunicatione Papæ reſervata; Regulares vero ipſas præſumentes introducere, vel admittere officiis privantur, inhabiles, ad illa, & alia obtinenda declarantur, & à Divinis, ipſo facto, ſine alia declaratione ſuſpenduntur. Textus expreſſus in Conſt. *Regularium*; quibus reſpective pœnis, in vim declarationis *Decet*, ligantur mulieres quoque ſine licentiarum prætextu ingredientes, & Religioſi eas, quæcumque ſint, intra Monaſterii ſepta, & clauſuræ limites abſolute, & abſque ullo licentiarum colore admittentes. Prout colligere quiſque poteſt ex verbis illis, *& aliàs, prout in illis plenius continetur &c.*

Non legitur Regulares admittentes fœminas quaſcumque, in vim allegat. Conſt. B. Pii innodari, pœna excommunicationis; quam tamen per expreſſa in Conſt. Greg. *Ubi gratiæ*, alleg. *c. off. quo ad clauſuram num.* 29. admittentes eas, ſub licentiarum prætextu incurrunt. Et abſolute quiſque cenſuratur cenſura Sedi Apoſtolicæ reſervata, ſi aliquam ex illis admittat, recipiatuè, ad formam decreti S. Cong. Epiſ. & Regul. apud Lant. *verb. clauſura Conventum num. pr.* Cujus tenor fuit à Card. Matthæio Ord. Min. Protect. tranſmiſſus Com. Generali Min. de Obſerv. & ei ſignificavit, „ che i 16
SS. Card. della Congreg. de' Veſcovi, e Regolari hanno de- „
ciſo, e determinato, che dove e il Guardiano, con la Fa- „
miglia, etiamdio, che il luogo non ſia affatto compito, nè cir- „
condato da muri, foſſi, ò ſiepe, ò che ſii aperto, ivi ſia Clau- „
ſura, ſi come hà deciſo la fel. mem. di Papa Pio V., & entran- „
dovi le Donne ſiano ſcommunicate, e li Frati, così Prelati, „
come ſudditi, introducendole, incorrano nella ſteſſa ſcom- „
munica, riſervata al Papa, reſtando ipſo facto privi dell' „
of-

„ officio loro, & inhabili *in futurum*.
„ Il medeſimo ſi dice delle ſelue, che non ſono circondate,
„ ut ſupra, etiam che ſiano grandiſſime: in quella parte però
„ s' intende clauſura, ove li Frati ſogliono ordinariamente
„ ſpaſſeggare, dicendo le loro devotioni; ma dove foſſe ſelua
„ grande, che ſerve per legname, e li Frati ordinariamente
„ non vi ſogliono converſare, ne pratticare, ò che ſia luogo
„ aperto, ivi non s' intende Clauſura.
„ Ma nelli luoghi dove non ſono più che tre, o quattro
„ Frati alla cura della Fabrica, ivi non le clauſura, tanto nelle
„ ſelue, quanto negl' horti; nulla dimeno ſe li Frati introdu-
„ ranno le donne nelle ſtanze, dove habitano, dormeno, man-
„ giano, ò cucinano, ſiano pænitentiati, e privi, come di ſo-
„ pra. E' verò, che dov' è conſvetudine, che le donne ſervo-
„ no per manipolo, portando calce, pietre, e ſimili, ſe bene
„ ci foſſe il Guardiano con la ſua Famiglia, e le donne foſſero
„ entrate, per l' eſpeditione della Fabrica, così nell' horto, ſelue
„ e parte del Monaſtero, ove ſi Fabrica, come ove ſtà ſerrato,
„ purche non vadino in parte, dove habitano, dormono, e
„ mangiano detti Frati, non incorrono in ſcommunica.
„ E noſtro Signore la proſperi. Roma 4. Ottobre 1588.

Come Fratello
Il Card. Mattei Protettore.

Septa Conventus, à quibus mulieres arceantur, & quæ ex obſervatis à Gloſ. *in Clementina*, *Nè in agro v. ſepta de ſtatu*
17 *Monachorum lib.* 3. *tit.* 10. à ſepio ſepis dicuntur, ſignificant clauſuram Monaſterii; partes autem Monaſterii explicat Nicol. III. *cap. exiit de verbor. ſignificat. in* 6. *lib.* 5. *tit.* 12. §. *Denique diſponens*: *& Nomine Monaſterii volumus clauſtrum* (porticum nimirum, aut ambulacrum) *domos* (cellas videlicet) *& officinas interiores intelligi*, ut Cænaculum, ſeu Refectorium, coquinam, infirmariam, manſiones familiarium, & animalium ex Panimolla *deciſ.* 88. *num.* 25. Neque debent excludi viridaria, horti, prata, & ſylvæ, quæ uſui Monaſterii, & recreationi Religioſorum deſerviunt; & quatenus non veniant, nomine Monaſterii, ut cenſet Sorbo *v. ingre-*
di

ſi *Monaſteria verſ. ſecundo quia*, ſunt ipſius loca, ſub ea-
dem clauſura materiali, & intra ejuſdem limites ex diſpo-
ſitione Superioris, cujus eſt ipſam determinare, contenta. 18
Et ex conſequenti ad ipſa mulieribus ingreſſus interdictus,
in vim Pianæ *Conſt.Decet*,& Gregorianæ *Ubi Gratia*, quæ pro-
hibitionem extendunt, etiam ad Monaſteriorum *loca*; cu-
jus generis debent omnia illa reputari, quæ cum eis ſunt
conjuncta ex reſolutione S. Cong. *in una Arben de anno* 1606.
3. *Jun. Floſ. Nicol. ver. Clauſtrum num.* 4., & extra quæ nul-
li Religioſo, non petita à Superiore licentia, fas eſt exire.
Et procedit etiam, ſi murus Clauſuræ materiali, ſit ex acci-
denti dirutus, quia ſemper remanent fundamenta, quæ ſunt 19
limites clauſuræ, jam poſitæ, quàm ex Ameno *num.* 18. non
poteſt Superior Localis variare, & loca Monaſterii reputan-
tur, ut prius.

Sed quid de Hortis, ad quæ patet aditus per viam pu- 20
blicam? Dicendum, quod ſi in hujuſmodi hortos poteſt Re-
ligioſus intrare, nulla petita à Superiore licentia, ſunt pars
clauſuræ, & fœminæ ingredi nequeunt. Si verò ad illos non
poteſt accedere, niſi priùs obtenta à Superiore benedictione,
& Socio aſſignato: Dicendum non eſſe vetitum fœminis ad
illos ire, tametſi ad eos poſſet accedi à Conventu per alium
aditum ab eò, qui eſt per viam publicam; Ratio eſt, quia ta-
les horti reputantur à Clauſura ſeparati, quod probat pra-
xis, & uſus apud Regulares idem, qui licentia Superioris non
egent, ut per loca clauſuræ ambulent, & ideò, quia extra
clauſuram, nulla prohibitio ab eis fœminas arcet, & ſi in-
trent nulla ligantur cenſura per reſoluta à S. Cong. *in Ar-
ben* 3. *Junii* 1606. Nicol. *floſc.* ut ſupra.

Quo ad Sacriſtias diſtinguitur per DD Ameno ibid *n.*
20. Sorb. *v. ingredi Monaſteria Frat.*, & *Monialium*, Bo-
naccin. *tom. pr. de clauſura quæ.* 5. *puncto primo ſub num.
pr.* Donatus *tom. pr. tract.* 4. *quæ.* 12. *p.* 2. Si ad Sacriſtiam
aditus non patet, niſi per januam, quæ ſit in Clauſtro,
mulieres eas ingredi non poſſunt; ſi verò habet ingreſſum, à
ſola Eccleſia, eis non prohibetur; quia ſic cenſetur pars Eccle-
ſiæ,

ſiæ, & ejuſdem, & non Conventus officina. Dubium poteſt eſſe de illa, ad quam duplici porta, altera in Clauſtro, alia in Eccleſia exiſtente, patet aditus. Sed ſub clauſura contineri docuit Bonaccin. & Ameno poſt Sorbo ponderans PP. Pium, & Gregorium prætactas ſuperius Conſt. edidiſſe, ad conſulendum Religioſorum quieti, eoſque liberandos à moleſtiis, & periculis converſationi mulierum connexis; quæ omnia, imo & caſus, & præcipia, cum de facili poſſint haberi per ingreſſum mulierum in eam, ab ea prorſus ſunt removendæ. Et hæc eſſe debet Superiorum Regula, niſi velint errare, ut loquitur Sorbo.

Neque poſſunt ingredi Grancias, Infirmarias, & Hoſpi-
22 tia, quamquam à Conventibus diſtantia; dummodo in eis ſit Eccleſia cum Campanis, & Divina celebrentur Officia; ſecus ſi ſint loca purè ſecularia, & ad Divinum cultum non deſtinata; *Donat. ibid. tract. 3. q. 8.* quæ non gaudere privilegio Conventus firmavit *Inn. X. Conſt. Cum ſicut Bullar. Cherub. tom. 4. ad 15.*

Notandum illa verba adjecta Conſt. Regularium: *Nè eas*
23 *introducere, admittereve præſumant*, idem non importare; *introducere* enim omnem actionem comprehendit, quæ activè influit in ingreſſum mulierum in Conventum, ut invitare, conſulere, approbare, hortari, monſtrare iter, auferre impedimenta, januam aperire, & alia hujuſmodi, ut fœminæ intrent; *admittere* verò importat eas recipere, concedere, & auctoritative permittere, ut intrent; quod nullus poteſt exequi, niſi, qui tenetur ex officio prohibere; ut ſunt, Superior, ad quem ſpectat, ut in ſuo Conventu Conſt. Apoſtolicis obedientia non denegetur; & Janitor, ſeu Sacriſta, qui januas Conventus, & Eccleſiæ debent reſpectivè cuſtodire. hi omnes delinquunt omittendo, quod exequi debent; ſi non claudant oſtium, non reſiſtant, nè intrent, & non expellant, dum intraverint intimando illis cenſuras, repræſentando offenſam Dei, & Conſt. Apoſtolicarum contemptum.

Credunt aliqui Conſt. utpote pœnales, & loquentes in pre-
42 ciſis terminis, *introducere, admittereve*, non extendi ad man-

dan-

Digitized by Google

dantes, conſulentes, aut adjuvantes, juxta ſenſum *Regul. 15. juris in 6. odia reſtringi, & favores convenit ampliari*: in quo poſt Sorbo *verſ. eſt etiam notandum*, eos reprobat Ameno *num.* 24. affirmatque cum Genuenſi, *prax. cap. 17. à num. pr.* nec diſſentit Sperellus *deciſ.* 48. *num.* 61. quod diſpoſitio pœnalis extenditur ex identitate, & majoritate rationis, quando, ſi 25
non fieret extenſio, ſequeretur abſurdum, lex redderetur eluſoria, & multa ſequerentur ſcandala; quæ omnia concurrerent, ſi ad conſulentes &c. non extenderentur; ut quiſque rudis quoque intellectus poteſt deducere; nec videtur id poſt literas Greg. *ubi Gratiæ*, & verba adjecta: *ingredi faciant, vel permittant*: ac decretum alleg. *num.* 16. poſſe in dubium vocari.

Sed quid ſi Religioſus, qui nec introduxit, nec admiſit, nevè influxum, etiam moralem, habuit in ingreſſu Mulieris, eam jam introductam ex urbanitate ſalutat, & ex decentia ſtatus illius per Conventum comitatur? dicendum cum A- 26
meno *num.* 31. delinquere crimine admittentium, aut introducentium, modo operetur aliquid, ob quod fœmina diutius detineatur in Conventu; quibus addendum cenſerem, niſi eam quoque ad egreſſum ſtimulet, aut conſulat.

Quas pœnas non incurrunt fœminæ ingredientes Clauſtra, nevè Regulares eas permittentes ingredi tempore proceſſionum, cum id eis non ſit interdictum, ut ſequentibus patet.

Nos Alexander miſeratione Divina tituli Sancti Joannis „
ante portam Latinam presbyter Cardinalis Cribellus nun- „
cupatus, omnibus, & ſigulis præſentes noſtras literas inſpe- „
cturis, lecturis, & audituris fidem facimus indubiam, & in 27
verbo veritatis atteſtamur, qualiter Sanctiſſimus in Chriſto „
Pater, & Dominus noſter D. Pius Divina providentia Pa- „
pa V. vivæ vocis oraculo nobis facto, dixit, & declaravit, fuiſ- „
ſe, & eſſe mentem, & intentionem ſuam, quod ejus literæ „
in forma brevis, ſub die 24. *Octob.* 1566. Pont. ſui A. pr. editæ, „
quibus, Mulieribus quibuſcunque Monaſt. Regularium in- „
greſſus cum derogatoriis clauſulis, & irritantibus decretis „

» prohibebatur, non ſolum comprehendant, & comprehenderent Mulieres habentes, & habere prætendentes facultatem, & indulta ingrediendi hujuſmodi Monaſteria, ſed etiam omnes, & quaſcunque Mulieres alias tam in genere, quam in ſpecie. Significans nihilominus idem Sanctiſſimus D. N. eodem vivæ vocis oraculo nobis facto, quod propter hoc, & per dictas ſuas literas non intelligit, quod Mulieribus præcludatur aditus accedendi ad Monaſteria, & loca Regularia, ac eorum Clauſtra, quando in eis Miſſæ, & Divina officia celebrantur, ac quando proceſſiones fiunt, & quando Chriſtifidelium Cadavera ibi ſepeliuntur, ac etiam pro eis ſuffragia fiunt, ſed libere conceſſit, & concedit eiſdem omnibus mulieribus facultatem, ut ad illa loca, in quibus dicta pia opera exercentur, cum aliis C tholicis perſonis accedere libere, & licitè poſſint, & valeant, & ſimiliter quod, quando Divinum Verbum in Eccleſia Monaſteriorum, & Regularium locorum hujuſmodi proponitur, vel propter aliam quamcunque cauſam, eſt tantus concurſus populi, quod commodè ingredi non poſſint, & egredi per principalem portam Eccleſiæ, conceſſit, & concedit eodem vivæ vocis oraculo, ut dictæ Mulieres, una cum aliis ſecularibus perſonis poſſint ingredi, & egredi per portam Clauſtri Monaſteriorum, & Regularium locorum hujuſmodi, dummodo recto tramite accedant ad portam, qua exitur à Monaſterio, non obſtantibus privilegiis, & literis Apoſtolicis, ac quibuſcumque in contrarium facientibus. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes noſtras literas exinde fieri fecimus, illaſque manu propria ſubſcripſimus, ſigillique noſtri, quo in talibus utimur impreſſione, communivimus.

» Datum Romæ in Palatio Apoſtolico in edibus noſtræ ſolitæ Reſidentiæ ſub Anno à Nativitate Domini 1568. Indictione 11. die vero 28. menſis *Januarii*, Pontificatus prælibati Sanctiſſimi D. N. Pii V. Anno 3.

Alex. Card. Cribellus.

Nec dicendum Oracula fuiſſe per Sedem Apoſtolicam revocata; quia Gregorius XV. *Conſt. Roman. Pontifex* 2. *Julii* 1622.,

1622., à ſua revocatione excepit ea, facta S.R.E. Cardinalibus; & quamquam Urbanus VIII. Conſt. *Alias*, *Bull. Cherub. tom.* 4. extendat præfatam Gregorii ad ea, etiam ipſis Cardinalibus facta, idem tamen Conſt. *Alias felicis ibidem* declarat: Oracula Officialibus Papæ facta adhuc vivere, prout ſequitur „ Motu proprio, certaque ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis, plenitudine, Officiales, ſeu Miniſtros prædictos, quibus alias ante emanatas prædictas Conſtitutiones, ex officiorum ſuorum auctoritate, & prærogativa de Oraculo, per eos à Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus, habito, fides habere ſolebat: quo ad ea, quæ, ut præfertur, ad cujuslibet eorum officium, ſeu munus, quo funguntur, pertinent, in literis, etiam noſtris prædictis, ſuper revocatione Oraculorũ hujuſmodi emanatis, minimè comprehenſos fuiſſe, nec eſſe, nec comprehendi debere declaramus, & decernimus; & ad abundantiorem cautelam eoſdem officiales, ſeu Miniſtros adverſus eaſdem Conſtitutiones, quatenus opus ſit, reſtituimus, & plenariè reintegramus in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi, quo ad illos, prædictæ Conſtitutiones non emanaſſent. „

Cardinalis autem Alexander Cribellus erat tunc Officialis Domini Papæ; quod, quando aliunde non conſtaret, ſatis liquet ex clauſulis illis: *Datum Romæ in Palatio Apoſtolico in Ædibus noſtræ ſolitæ Reſidentiæ ſub Anno à Nativitate Domini* 1568., *indictione* 11. *die verò* 28. *menſis* Januarii, *Pontificatus prælibati SS. D. N. Pii V. Anno* 3.

An autem peccet Superior, qui rogatus à Muliere nobili, proceſſionem extraordinariam inſtituit, ut ipſa poſſit ingredi Clauſtrum, ad ſatisfaciendum ſuæ curioſitati? reprobato Ameno *n.* 13. dicendum cum Sorbo, *cit. verb. circa quem*, *Rodrico*, *Joa. Cruce*, *& Villolobos.* ex Donato citatis ab Ameno *num.* 12. peccare mortaliter, pœniſque taxatis ligari; non modo, quia ratio eum movens, ad inſtituendam proceſſionem levis ponderetur; verum etiam, quia prudenter præſumitur B. Pium noluiſſe ſuam conceſſionem, ad ſimiles proceſſiones ampliare. 29

Hh 2 Unde

Unde inferendum decretum relatum à Lantuſca verb. *Clauſtrum num.* 2. exigens expreſſam licentiam Sedis Apoſtolicæ, quòd fœminæ licitè poſſint comitari proceſſiones per clauſtra Regularium, poſſe tamquam ſubreptitium, nullius valoris cenſeri; quia petitio exhibita ab Epiſcopo Oriolen. Sacræ Congregationi Rituum nullum verbum facit, aut de declaratione Pii V. *Conſt. Decet.*, aut de nova conceſſione facta Mulieribus vivæ vocis Oraculo per præfatum Eminentiſſimum Cribellum relato. Additur praxis communis, & præſertim Urbis, cui nullum adverſari conſtat *Donat. tom.* 1. *part.* 2. *tract.* 4. *quæſt.* 19. Quamvis privilegium, quo ad ingreſſum Mulierum in clauſtra Regularium, non videatur ubique in uſu, niſi pro tempore, quo proceſſiones fiunt.

Secularibus non eſt ad eorum clauſtra aditus abſolutè interdictus: verùm quibuſdam eos recipere, & admittere in certis circumſtantiis, prohibetur, prout ſub die 1. *Decembris* 1679. *S. Cong. Ep. & Reg.* illis Minorum de Obſervantia injunxit; cujus diſpoſitio reperitur confirmata à ſan. mem. Innoc. XI. *die* 20. *Septembris* 1685. *Direꝉtor. trium. Ord. Conſt.* 8. pro ut ſequitur. „ Emanavit alias, & infra, decretum teno-
„ ris, qui ſequitur: Videlicet, S. Cong. &c. Religioſæ quieti,
„ & tranquillitati Fratrum Min. S. Franciſci de Obſerv. benignè
„ conſulens, injungendum cenſuit, prout præſentis decreti te-
„ nore injungit omnibus, & ſingulis dicti Ordinis Superioribus
„ Provincialibus, Localibus, eorumque ſubditis, ſub pœna pri-
„ vationis officiorum Ordinis, immediatè incurrenda, nè ullo
„ unquam tempore, quovis prætextu, vel quæſito colore, per-
„ mittant, aut conſentiant ſeculares quoſcumque ingredi ſepta
„ ſuorum Conventuum, deferendo per ſilvas, hortos, & prata
30 ſclopos ad venandum, ſive alia armorum genera, vel illa apud
„ Fratres, tàm Superiores, quàm ſubditos deponere: pariterque
„ ludere quomodolibet per clauſtra, aliaque locâ publicâ, vel
„ privata ipſorum Conventuum; & convivere, ac pernoctare in
„ eis ultra triduum, tantùm piæ hoſpitalitatis titulo; & ſic ſer-
„ vari mandat; non obſtantibus &c. Decernentes eaſdem præ-

ſen-

ſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fo- „
re, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, „
ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inviolabi- „
liter ſervari &c. Non obſtantibus &c. „

Sub qua diſpoſitione legis comprehenduntur, etiam Cle-
rici, niſi ſint bonæ vitæ, ut *ſub die* 10. *Maii* 1680. eadem S.C.
in terminis firmavit, ut infra. „ S.C. &c. Referente Eminen- 31
tiſſimo Caſanate cenſuit ſupraſcriptam prohibitionem exten- „
dendam eſſe, etiam ad Clericos, exceptis tamen Clericis, qui „
exemplarem vitam ducunt. „

Non verò Syndici Apoſtolici Conventuum præfatorum
Fratrum, ex ejuſdem ibidem S. Congregationis reſponſo ad
dubium, eidem ſuper ea re per Patrem Fratrem Joannem
Baptiſtam ab Atina, Procurat. Generalem Ordinis propoſitum
An ſcilicet dicti Syndici comprehenderentur in Decreto emanato 32
die 1. *Decemb.* 1679? quæ reſpondit ut infra. „ S.C. &c. au-
dito Patre Miniſtro Generali Ordinis, & attentis narratis, cen- „
ſuit, ac declaravit præfatos Syndicos Apoſtolicos Conventuū „
ejuſdem Ordinis, non comprehendi in enunciato Decreto. „
Romæ 4: Decembris 1699. „ G. Card. Carpineus. „
Joſeph Emygdius Ferrus Pro-Secretarius.

Intelligas decretum S. Cong. de anno 1685 non compre-
hendere Seculares Confugientes ad præfatorum Conventus
pro Immunitatis beneficio.

Cùm Conventus ſuppreſſi, iterum reſtituuntur Reli-
gioni, cujus prius fuerant, non videtur neceſſarius novus
conſenſus, vel Cleri, vel Religioſorum, ſi qui in eodem loco
ante ſuppreſſionem præexiſtebant, cum in prima eorum fun-
datione illum exibuerint, & non ſimus in caſu acquirendi no-
vum jus, ſed antiquum exercite poſſidendi.

Limitarem, niſi Religioſi præexiſtentes concludenter ex 33
reſtitutione probarent, ſibi præjudicium inferri; adeo ut nec
in proprio, nec in Monaſterio reſtituto poſſet, aut ex redditi-
bus, aut ex eleemoſynis numerus Religioſorum, per Conſti-
tutiones Apoſtolicas requiſitus, commodè ſuſtentari; In ca-
ſu enim ſubſiterent motiva jam factæ ſuppreſſionis.

In

In conceſſione Conventus ſuppreſſi, diverſæ Religioni faciendа, non eſt dubium id exigi: prout infra S. Cong. diſponit. „ Fratres Reformati Ordinis Sancti Franciſci Provin-
„ ciæ Tuſciæ obtinuerunt, ex benignitate Eminentiſſimi Cardi-
„ nalis Commendatarii Abbatiæ Sancti Joannis Baptiſtæ, Con-
„ ventum, & Eccleſiam, aliàs Congregationis Fratrum Jeſuato-
„ torum ſuppreſſæ, intra mœnia Civitatis Florentiæ exiſtentem,
„ cum obligatione tamen adimplendi omnia onera Miſſarum, &
„ Anniverſariorum, eidem Eccleſiæ annexa; In quem Conven-
„ tum iidem Fratres Reformati eorum antiquum Hoſpitium
„ transferre, ſeù potiùs novum Conventum erigere intendebãt:
„ Contradicentibus ad id cæteris Mendicantibus, qui ex hujuſ-
„ modi translatione, ſeù novi Cenventus erectione, non leve
„ ſibi præjudicium inferri præſumebant; quare delata hujuſmo-
„ di controverſia ad Sac. Congregationem negotiis, & conſul-
„ tationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitam.

„ Eadem Congregatio, utriuſque partis rationibus matu-
„ rè examinatis, referente Eminentiſſimo Cardinali Columna,
„ declaravit, atque decrevit, non eſſe locum hujuſmodi transla-
„ tioni, ſeù novi Conventus erection; & dictos Fratres Rofor-
„ matos dimittere debere præfatum Conventum, novitèr ac-
„ quiſitum; & ad eorum antiquum Hoſpitium redire, in eoque
„ permanere, ſervata ejuſdem Hoſpitii forma: Quæ omnia, ut
„ executioni fidelitèr demandentur, cenſvit remittendum, prout
„ præſentis Decreti tenore, remittit Eminentiſs. Archiepiſc.
„ Florentino, ut cum facultatibus ejuſdem Sac. Congreg. di-
„ ctos Fratres Reformatos ad eorum obſeruantiam compellat,
„ contrariis quibuſcunque non obſtantibus, &c. Romæ 26.
„ Martii 1677. Card. Gaſpar Carpineus.

Jo. Bapt. Spinula Archiep. Januen. Secr.

Videas *cap. Offic. quo ad declarat. Regul. S. Franc. num.* 42. reſolutum: an Fratres Minores poſſint in Fundatione Conventus quidpiam exigere. & *cap. Offic. quo ad precedentiam num.* 21. quid dicendum de præcedentia debita Conventibus ſuppreſſis, poſtea reſtitutis. de quorum viſitatione habes plura *cap. Offic. quo ad viſitationem Ordinarii, &c.*

CAPUT

CAPUT XIX.

Officialis quo ad declarationem Regulæ S. Franciſci.

SUMMARIUM.

1 *Commentis ſæpè verborum ſenſus alteratur.*
2 *S. Franciſcus prohibet gloſſas ſuper Regula.*
3 *Conſtitutio Vrbani VIII. revocatoria indultorum contra Regulam, & Decretales Nicol. & Clement.*
4 *Conſtitutio Innoc. XI. ſuper puritate Regulæ.*
5 *Innoc. XII. Conſt. confirmatoriæ literarum Innocentii XI.*
6 *Opinio Ioannis XXII.*
7 *Quid ſit dominium; & à Titulo diſcrimen?*
8 *Ejuſdem diviſio.*
9 *Juris in re, & ad rem differentia.*
10 *Poſſeſſionis, & proprietatis natura.*
11 *Vſus fructus, & uſus juris deſcribitur &c.*
12 *Vſus ſimplex facti reperitur ſine jure in re, vel ad rem.*
13 *Adminiſtratio quid ſignificet?*
14 *Quæ res ſit uſu nō cenſumptibilis?*
15 *Sententia, quod in rebus, quę uſu conſumuntur, non diſtinguitur uſus ſimplex facti à dominio, & jure utendi.*
16 *Alterius ſententiæ fundamenta.*
17 *Debent diſtingui licitè, & jure uti.*
18 *Nullus Religioſus habet dominium pecuniarum.*
19 *Differentia paupertatis Minoriticæ ab ea cæterorum Religioſorum.*
20 *Jus naturale, ſeù poli deſcribitur &c.*
21 *An in re pecuniaria reſpectu Fratris Min. detur parvitas materiæ?*
22 *Quid dicendum in cuſione, & tonſionæ monetæ?*
23 *Crimen ſollicitationis etiã in qualitate conſiſtit.*
24 *Datur quantitas pecuniæ ſufficens ad delictum receptionis.*
25 *A quo puniantur adulterantes monetas.*
26 *Frater Min. non poteſt in rigore emere.*

27 *Ven-*

27 *Venditio rigoroſa quid importet?*
28 *Non poſſunt Fratres alienare Capellas, & ſepulturas.*
29 *Modus congruus in ipſarum conceſſione ſervandus*
30 *An Syndicus id poſſit?*
31 *Quomodo intelligendum: quidquid acquirit Monachus &c.*
32 *Dictio univerſalis omnes comprehendit.*
33 *Frequentia aggravat crimen.*
34 *Frequens à recidivo, & relapſo diſtinguitur.*
35 *Peccat portans camiſeam lineam.*
36 *Actus facultativus nullam obligationem inducit.*
37 *Senſus clauſulæ ſine ſtrepitu judicii.*
38 *Iudicium Ordinarium à Summario diſtinguitur.*
39 *Omiſſio conſilii, & aſſenſus actum irritat.*
40 *Differunt requiſitio conſilii, & conſenſus?*
41 *Conſilium non obligat.*
42 *In Fundatione Conventuum nil Fratres Min. à Fundatoribus exigere poſſunt.*
43 *Eſt neceſſaria proteſtatio ab integro definitorio formanda.*

Quia ſępiſſime per gloſſas, ſeù commenta, aùt doctrinales
interpretationes ſolet legitimus verborum ſenſus, & pu-
1 ra Authoris intentio, vel depravari, aut alterari, &
ad non intentum extorqueri, ideò Regulam Sancti Franciſci,
utpote ab eodem in ſuis tabulis ſtricte interdictum, gloſſare non
2 intendimus, nec referre ſuper ea editas declarationes Nicol. III.,
& Clem. V. ab Ordine receptas, quæ videri reſpective poſſunt,
illa Nicolai *cap. exiit de verbor. ſignif. in 6. lib. 5. tit. 12.*, & altera
Clementis *cap. exivi lib. 5.* Clementin. *de verborum ſignif.
tit. 11.* ſed aliqua iuxta ipſarum tenorem dubia reſolvere;
quibus præmittimus Conſt. Urbani VIII., & Innocentii XI.,
& XII.

Omnia itaque Privilegia, Conceſſiones, & Indulta, ſive per litteras Apoſtolicas, etiam motu proprio, ſive vivę vocis oraculo conceſſa, quæ puritati Regulæ, aut declarationibus Nicolai III., & Clementis V. quomodolibet adverſantur, revocan-

Digitized by Google

vocantur ab Urbano VIII. adeout illis deinceps uti non poſſint, ut infra.

„ Sacroſanctum Apoſtolatus miniſterium humilitati no- 3
ſtræ, nullo licet meritorum ſuffragio, Divina diſpoſitione „
commiſſum, poſtulat, ut inter graviſſimas, mutipliceſque Apo- „
ſtolicæ ſolicitudinis curas, illam peculiari ſtudio complecta- „
mur, per quam perſonæ ſub ſuavi Religionis jugo Salvatoris, „
& Domini noſtri obſequiis famulantes felicioribus in dies pro- „
ficiant incrementis. Cum itaque, ſicut accepimus, dilecti filii „
Fratres Ord. Min. S. Franciſci de Obſerv. aſſiduis Verbi Dei „
Prædicationibus, continuaque Sacramentorum Eccleſiaſtico- „
rum adminiſtratione; necnon aliis ſpiritualibus exercitiis ube- „
res in vinea Domini fructus jugiter afferre noſcantur. „

„ Nos, ut Fratres prædicti in tam laudabilium operum „
exercitio eo alacrius perſeverent, quo amplioribus fuerint ab „
hac Sancta Sede favoribus muniti, providere, necnon felici il- „
lorum ſtatui, quantum nobis ex alto conceditur, conſulere „
volentes, necnon ſtatutis, & per eos in Capitulo Generali „
proxime præterito decretis inhærentes, ac ſupplicationibus „
etiam dilecti filii Bernardini de Senis, ejuſdem Ordinis Miniſtri „
Generalis, nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: quod „
de cetero perpetuis futuris temporibus omnes, & ſinguli ejuſ- „
dem Ordinis profeſſores juxta dicti Ordinis Regulam, necnon „
declarationes à piæ mem. Nicolao III., & Clemente V. Roma- „
nis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, deſuper emanatas, „
cum calepodiis, ſeu ſandaliis apertis dumtaxat incedere tene- „
antur; neque alio pedum operimento, ſive panneo, ſive alte- „
rius cujuſcunque materiæ exiſtat, abſque expreſſa licentia, „
uti poſſint: quodque integrum eorumdem profeſſorum veſti- „
mentum duabus tantum tunicis conſtet, & conſtare debeat, „
una ſ. cum caputio, & alia ſine caputio, ut eadem Regula præ- „
ſcribit; neque ejuſdem Ordinis profeſſores tertia tunica, ſeu „
Camiſia ſtaminea, aut interula, ſive ſudariis, vel alia quacum- „
que re, contra ejuſdem Regulæ tenorem, etiam in vim conceſ- „
ſionis fæl. record. Julii Papæ II. etiam prædeceſſoris noſtri, ſi- „
ve alio quovis prætextu, & ex quacumque cauſa ullo modo „

„ uti valeant, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium
„ perpetuo ſtatuimus, atque declaramus, prædictamque Julii
„ prædeceſſoris,& quaſcunq;alias conceſſiones, ſive indulta, tam
„ per literas Apoſtolicas, & motu proprio, quàm vivæ vocis
„ oraculo, & alias quomodolibet conceſſa, eidem Regulæ quo-
„ modolibet contraria, abrogamus Decernentes &c. non obſtan-
„ tibus &c. *Dat. Romæ* 1. *Octob.* 1625.

Innocentius XI. declarat Omnes, & Singulos Fratres de Corpore Obſervantiæ teneri obſervare Regulam S. Franciſci juxta Declarat. Nicolai III., & Clementis V. contrarias conſuetudines, & Privilegia revocat; plura præcepta ſpecificat, & alia obſervanda in Receptione, & Profeſſione venientium ad Ordinem, & Prælatorum electione; ac uſum Syndici Apoſtolici licitum firmat, & bonorum adminiſtrationem,
4 etiam Monialium, Fratribus prohibet ut infra *Solicitudo Paſtoralis Officis, & infra.*

§. I. „ Cum itaque (ſicut accepimus) in pluribus Ca-
„ pitulis Generalibus Ordinis Frat. S. Franciſci nuncupatorum,
„ & noviſſimè in Valliſoletano, quod anno 1670. celebratum
„ fuit, unanimi omnium Fratrum vocalium conſenſu, declara-
„ tum, & proteſtatum fuerit in nullo Regulæ eorundem Fra-
„ trum Minorum præcepto, eatenùs cum Fratribus Minoribus
„ de Corpore Obſervantiæ, ſive Obſervantes, ſive Refor., ſive
„ Diſcalceati, ſive Recollecti dicantur, diſpenſatum fuiſſe, nec
„ ipſum Obſervantiæ Corpus ullam unquam admiſiſſe, vel ad-
„ mittere diſpenſationem in Regula; ſed potiùs velle pro viri-
„ bus, Divino favente auxilio, illam purè obſervare, juxta Sum-
„ morum Pontificum declarationem à Fratribus Obſervantibus,
„ ſeù de Obſervantia in ſuis Statutis Generalibus recompilatis
„ pro Ciſmontanis anno 1663., & pro Ultramōtanis anno 1621.,
„ ac à Reformatis, Diſcalceatis, & Recollectis in ſuis particula-
„ ribus Conſtitutionibus reſpectivè admiſſas, & receptas. (Di-
„ ctio reſpectivè facit, ut ſingula ſingulis ſint referenda, „ Go-
bat. *tom.2. Oper. Moral. tract.3. cap.6. Append.2. ſub num.32. lit. A.*)

§. II. „ Nos pro majori hujus proteſtationis firmitate,

& ut in ordine præfato ſtatus, & Regula Fratrum Minorum „
purè obſervetur, ſingulisque Fratribus prætextus eam tranſ- „
grediendi præcludatur, eandem proteſtationem, & declaratio- „
nem ſupra expreſſam, harum ſerie, auctoritate Apoſtolica, ap- „
probantes, & confirmantes, motu proprio, ac ex certa ſcien- „
tia, & matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſta- „
tis plenitudine, tenore præſentium declaramus, omnes, & ſin- „
gulos Fratres de Corpore Obſervantiæ dicti Ordinis teneri in „
conſcientia obſervare Regulam Fratrum Minorum S. Franci- „
ſci, & præcepta ejus, à fel. record. Nicol. III., & Clem. V. Ro- „
manis Pontificibus prædeceſſoribus Noſtris, expoſita, & nu- „
merata ad formam Conſt. prædictarum reſpectivè; & ſignan- „
ter, præter præcepta, quæ non ita frequentèr occurrunt, & re- „
citationem Divini Officii, teneri ad jejunia; præcepta in Re- „
gula, niſi excuſet neceſſitas: ad incedendum ſine calceamen- „
tis, hoc eſt abſque aliquo, quod pedem cooperiat, cujuſcumq; „
illud materiæ ſit, niſi adſit vera neceſſitas à Prælato appro- „
banda: ad non equitandum, niſi infirmitas, vel neceſſitas, ju- „
dicio Superiorum probata, excuſet: ad vilitatem Veſtium ju- „
ta prædictas Conſtitutiones reſpectivè: ad non utendum plu- „
ribus veſtimentis, quam illis, quæ Regula præſcribit, nempe „
una tunica cum caputio, & alia ſine caputio, corda, & femo- „
ralibus; nam aliud quodvis veſtimenti genus ultra prædicta „
(excepto mantello ab initio Religionis licito) ut induſia, ſeu „
camiſiæ, ſudariola, tunicellæ, & ſimilia, ſunt contra Regulam, „
niſi adſit vera neceſſitas excuſans à præcepto per Prælatum „
approbata. „

§. III. „ Ac demum teneri ad capitale præceptum Reli- „
gionis Fratrum Minorum de non recipiendis denariis per ſe, „
vel per interpoſitam perſonam. „

§. IV. „ Aliarum enim rerum neceſſariarum poſſunt „
Fratres Minores de Corpore Obſervantiæ hujuſmodi habere „
uſum, licet non dominium; Denariorum autem, nec domi- „
nium, nec uſum: & proinde quævis contrectatio pecuniæ, ſeu „
denariorum, quæ non ſit purè naturalis, ſeu quæ ſit quovis- „
modo politica, cujuſcumque Domini ſint denarii, ſeu pecunia, „

Digitized by Google

„ Fratribus Minoribus Obſervantibus, ſeu de Obſervantia, eſt
„ omnino prohibita.

§. V. „ Ac propterea omnes, & ſingulas diſpenſatio-
„ nes, conceſſiones, & conſuetudines, ſi quæ contra præmiſſa
„ in Corpore Obſervantiæ Ordinis prædicti reperiantur, mo-
„ tu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine pa-
„ ribus, earundem tenore præſentium revocamus, caſſamus,
„ irritamus, annullamus, viribuſque, & effectu penitùs, & omni-
„ nò vacuamus, ac revocatas, caſſatas, irritas, & nullas, viri-
„ buſque, & effectu penitùs, & omnino vacuas eſſe, & perpetuo
„ fore decernimus, & declaramus.

§. VI. „ Declarantes tamen paritèr, quod per præmiſſa
„ non prohibentur in dicto ordine Syndici Apoſtolici; cum eo-
„ rum uſus non ſit diſpenſatio in Regula, ſed modus à Romanis
„ Pontificibus prædeceſſoribus Noſtris proviſus pro puriori il-
„ lius obſervatione: Sive ejuſmodi Syndici aſſumantur ad præ-
„ ſcriptum Conſt. Nicol. III., & Clement. V., prædeceſſorum
„ prædictorum; ſive ſecundum diſpoſitionem Conſtitutionum
„ rec. mem. Martini IV., & Mart. V.; ac Pauli IV., prædeceſ-
„ ſorum paritèr Noſtrorum, prout illorum uſus in ſingulis Fa-
„ miliis, Congregationibus, Reformationibus, aut Provinciis
„ Ordinis prædicti reſpectivè fuerit receptus.

§. VII. „ Ut autem in ingreſſu Religionis unuſquiſque
„ de obligationibus, quas aſſumere vult, plenè informetur, ſta-
„ tuimus, ut nullus recipiatur ad habitum Regularem in eodem
„ Ordine, niſi priùs plenè informatus ſit de prædictis præceptis
„ Regulæ, obligantibus in conſcientia, & prævia hac notitia,
„ velit probationem ſubire; Nec quiſquam admittatur ad pro-
„ feſſionem Regularem, niſi priùs examinatus ſit de intellectu
„ Regulæ, & præceptorum ejus, juxta prædicta; & deinde im-
„ mediate ante illam, coram tota Communitate fiat ei proteſta-
„ tio, quod ad obſervantiam Regulæ, cum omnibus ejus præ-
„ ceptis, tunc numerandis, & exprimendis, obligetur in profeſ-
„ ſione, eamque proteſtationem admittat, & ſub ea profeſſionem
„ faciat.

§. VIII. „ Quia verò efficacius prædicta obſervandi me-

dium

dium eſt exemplum Prælatorum, ſive Superiorum, ideò ſtatuimus pariter neminem eligi poſſe in Prælatum, ſive Superiorem in Ordine prædicto, qui vitam communem Obſervantiæ non ſequatur; hoc eſt, qui frequenter equitet, ſeù infirmitatem, qua ab obligatione pedibus incedendi excuſetur, habeat: qui induſiis, ſeù camiſiis, aut lineis, utatur apud ſe, vel in lecto; qui calceatus incedat: qui jejunia Eccleſiæ, & Regulæ non obſervet: qui aliquando viſus ſit contrectare pecunias, niſi jam per triennium ſaltem emendatus ſit: qui notabiliter defectuoſus ſit in aſſiſtendo communitatibus Chori, Refectorii, & aliis, prout ſibi in Conſtitutionibus præſcribitur. »

§. IX. „ Porrò electio illius, qui in omnibus præmiſſis vitam communem non ſequatur, irritanda ſit à Prælato, ſive Superiore Generali, capta informatione extra judicali pro ſua conſcientia ſine ſtrepitu Judicii, cum conſilio tamen, & aſſenſu trium Fratrum, qui Miniſtri Provinciales, vel ſaltem Definitores Provinciæ, ſint, vel fuerint: ipſorum autem conſcientias, ne aut ille expellatur, qui vitam communem ſequatur, aut ille confirmetur, qui eam non obſervet, oneramus. »

§. X. „ Demum, ut omnis occaſio tranſgrediendi præceptum de non contrectandis denariis, ſeù pecuniis, auferatur, omnibus, & ſingulis dicti Ordinis Prælatis, ſive Superioribus in virtute S. Obedientiæ, ac ſub pœna privationis ſuorum officiorum injungimus, ut nulli Religioſo ejuſdem Ordinis permittant adminiſtrationem fundorum, reddituum, aut quarumcumque aliarum rerum, & bonorum mobilium, vel immobilium, cujuſcumque Domini illa ſint; & ſignanter, ut nulli Religioſorum Ordinis hujuſmodi permittatur adminiſtratio bonorum temporalium alicujus Monaſterii Monialium ſub quovis prætextu, aut nomine, nempe Adminiſtratoris, Syndici, Factoris, Coloni, Superintendentis, Villici, aut alio quovis imaginabili. Decernentes &c. ſublata eis &c. ac iritum, & inane &c. non obſtantibus &c. *Romæ* 20. *Novembris* 1679. »

Innocentius XII. ſolvit dubium ortum ſuper eligibilitate, vel inegibilitate eorum, qui non ſervant rigorem Regulæ, prout

prout ſequitur . „ Aliàs à fel. rec. Deinde inſerit litteras In-
„ noc.XI., & infra ſubdit: Cum autem, ſicut dilectus filius Bona-
„ ventura Poerius Miniſt. Generalis dicti Ordinis Nobis nuper
„ exponi fecit: nonnulli Viſitatores ex utraque familia ejuſdem
„ Ordinis, tam de Obſervantia, quàm Reformati dubium ei pro-
„ poſuerint: An eorum Religioſorum, qui vitam communem,
„ in victu, veſtitu, chori frequentia, iter pedibus agendo, aliiſ-
„ que ſimilibus à Regula præſcriptis rigoribus non obſervant,
„ idque ex infirmitatis, ſive alterius impotentiæ cauſa, quæ eos,
„ juxta Textum Regulæ, & Conſtitutionum dicti Ordinis, ex-
„ cuſat, adeoque à tranſgreſſionis culpa eximit, electio in Præ-
„ latos, ſive Superiores in eodem Ordine valida ſit, eaque, ſi alias
„ canonicè facta reperiatur, & illi officiorum, ad quæ fuerint
„ electi, cetero qui ſint capaces, ab ipſis Viſitatoribus confirma-
„ ri poſſit, & debeat; Ipſe verò Bonaventura Miniſter Genera-
„ lis, tametſi exiſtimet Religioſos, qui propter infirmitatem, aut
„ aliam quamvis neceſsitatem vitam communem, aliaque in
„ præinſertis Innocentii Prædeceſſoris literis præſcripta exacte
„ obſervare nequeunt, ab Officiis, & Gradibus Superioritatis
„ excludi debere, ſeque, ac pro tempore exiſtentem Miniſtrum
„ Generalem Ordinis ſupradicti, eos, etiam aliàs canonicè electos,
„ juxta earundem litterarum formam, excludere poſſe, illos
„ autem, qui culpabiliter dictam vitam communem non obſer-
„ vant, & ex malitia delinquunt, non ſolum ab Officiis, & Gradi-
„ bus hujuſmodi excludi, ſed etiam pœnis circa traſgreſſores
„ ſtatutis puniri debere; nihilominus dubium præfatum decla-
„ rari, ac aliàs deſuper opportunè à nobis provideri plurimum
„ deſideret. Nos ejuſdem Bonaventuræ Miniſtri Generalis votis
„ hac in rè favorabiliter annuere volentes; eumque à quibuſ-
„ vis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque
„ Eccleſiaſticis Sententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab ho-
„ mine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodo-
„ libet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat
„ conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore
„ cenſentes, ſupplicationibus ipſius Bonaventuræ Miniſt. Gene-
„ ralis nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, de

Venera-

Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, & di- „
lectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum ſuper Diſcipli- „
na Regulari ſpecialiter à Nobis Deputatorum, qui rem maturè „
diſcuſſerunt, conſilio, Religioſos omnes præfati Ordinis, qui „
vitam communem Obſervantiæ in præinſertis Innoc. Præde- „
ceſſoris literis præſcriptam verè, & cum effectu ſequi non ſolēt, „
etiamſi id ex infirmitate, ſeù alia quavis neceſſitate, & abſque „
ipſorum culpa accidat, in Prælatos, ſeù Superiores ejuſdem „
Ordinis eligi non poſſe, eorumque electionem, ſi quando fiat, „
tametſi aliàs canonica foret, à Prælato, ſive Superiore Generali „
d. Ordinis, ſervata quoad hoc earumdem literarum forma, ir- „
ritandam eſſe; illos vero &c. ſed inſuper pęnis Conſtitut. ipſius „
Ordinis, ſubjacere, auctoritate Apoſtol. tenore præſentium, „
declaramus, ac etiam ſtatuimus, & ordinamus. Decernentes „
&c. non obſtantibus &c. *Romæ 2. Julii 1695. Bull. Innoc. XII.* „

Ioannes XXII. contra decretalem Nicolai III. tres edidit 6
Conſt. incip. prima, *Ad Conditorem:* ſecunda, *Cum inter non-nullos:* tertia, *Quia quorumdam, inter extravag.* Ioann. XXII. *de verb. ſignific. tit. 14.*, ubi reſpectivè tradit Fratres Minores ſine dominio, & jure utendi, in rebus uſu conſumptibilibus uſum facti non habere, prout præallegat. Nicolaus ꝯ. *Nec quicquam declaraverat.*

Ex quo occaſione paupertatis, quam fratres prædicti profitentur, & quæ ab eis omnium rerum dominium excludit, oritur quæſtio: an in iis, quæ uſu conſumuntur, ſeparari poſſit uſus à dominio? & apud Minores de facto ſeparetur? pro ſolutione prius notentur juris termini.

I. Dominium (non juriſdictionis, quod eſt poteſtas gubernandi ſubditos præcipiendo, prohibendo &c., ſed) proprie- 7
tatis *eſt ius, hoc eſt facultas legitima de re corporali perfectè, & libere, abſque ullius injuria diſponendi, vendendo, donando alienando &c.*, Duo enim operatur dominium. Primum, ut Dominus poſſit de re ſua decernere, ut volverit; alterum, ut poſſit rem ſuam vindicare; & ſi impediatur, valeat in judicio experiri. Diſtinguitur à titulo, tamquam effectus à cauſa: nam titulus ſtat pro cauſa, apud Calvinum *Lexicon Jurid.*, & con-

ſidera-

ſideratur, ut cauſa moralis, & radix dominii ex Bart. à S. Fauſt. *Spec. Confeſ. diſp.* 1. *q.* 4. quod tituli allegatione probatur; dicenti enim alicui ſe eſſe dominum, & poſſidere rem, reſponderi ſolet, oſtende titulum, cauſam nimirum, & fundamentum dominii, & poſſeſſionis; quod ſi fundum à legitimo domino emerit, vel dono receperit, allegat verum titulum, veram nimirum emptionem, aut donationem; & tunc poſſidet cum titulo præſumpto, quando rem emit, vel recipit ab eo, quem bona fide putaverat dominum, licet re vera non eſſet. Hujuſmodi enim emptio quamquam cauſa ſufficiens non ſit ad transferendum dominium, præſumitur tamen talis interim, dum bona fides adeſt.

II. Rerum dominium aliud eſt directum, utile alterum;
8 directum eſt *ſine fructu cum ſpe tamen conſolidationis*, *ut ait*
Azorius *Inſtit. Moral. par.* 3. *lib.* 1. *cap.* 12. *ſecundo quæritur*,
ſeù conjunctionis proprietatis cum uſufructu per Calvinum
Lexicon Juridicum, quod eſt conſolidare, non minus, ac ſi
uſufructuarius proprietatem acquirat; Hujuſmodi habet
dominus rei, in emphitheuſim, vel Fęudum datæ: Utile verò
habet annexum uſumfructum: quale dominium habet, qui
rem in emphitheuſim, aut Fęudum accepit. Ex quo ſequitur,
quod de eo, qui utroque dominio gaudet, plenum rerum do-
minium, & proprietatem habere dicatur.

III. Dominium propriè eſt rerum corporalium apud alleg. Azorium, & Layman *Theolog. mor. lib.* 3. *de juſtitia tract.* 1. *cap.* 5. *ſub num.* 2., hoc eſt fundi, veſtis, auri &c, quæ corporalia dicuntur, quia ſunt ſua natura tangibilia; & impropriè extenditur, etiam ad res incorporales, ſeù jura, ut ad jus hæreditatis, ius eligendi, jus præſentandi, actiones, ſervitutem, obligationes &c.

IV. Differunt pariter jus in re, & jus ad rem; Jus in re
ex Azorio *cit. cap.* 7. *in fine*, *eſt facultas utendi re* (& ſi ſit cum
9 pleno dominio, eam pro libito diſtrahendi) *ut ſua*; ut domo,
cane, veſte &c. quia *ſua* leges, & jura vocant id, quo quis
uti poteſt plenè in ſuum commodum, & diſtrahere, ut libet,
niſi lex, vel pactio reſiſtat. Vel ut ait Du-hamel *Theolog. Cle-*

ric.

rie. tom.2. de juſtitia, & jure diſt. 2. cap.2. num.1. Jus in re eſt
facultas, qua quis habet in re, iam ſua, & quã de facto obtinet.
Jus ad rem, *eſt facultas petendi rem, ut noſtram, vel nobis debi-
tam, aut ex contractu, vel quaſi contractu, aut ex quavis alia
cauſa*; ſic Clericus à Patrono præſentatus ad Beneficium ha-
bet jus ad rem, non in re. Si Cajus vendiderit Domum Titio,
ſed hic nondum tradiderit, nec pignus, aut fidem dederit de
pretio dando, habet Titius jus ad Domum, non jus in Domo.
Hæres inſtitutus, ſed qui nondum hæreditatem adierit, habet
jus ad hæreditatem, non tamen jus in hæreditate; hinc fit, ut
duo poſſint habere jus; unus quidem in re, alter ad rem; Ca-
jus in allato exemplo habet jus in Domo, & Titius ad Domum;
Ex præalleg. Du-hamel jus ad rem eſt facultas, qua quis habet,
ut res aliqua ſit ſua: ad quæ cohærenter Donatus *prax. tom.2.
tract. quæſt.23.* ſcripſit electionem jus ad rem conferre, con-
firmationem vero jus in re tribuere, utiliuſque eſſe jus in re,
quam ad rem habetur, *cap. ex debito inter extravag. com. lib.1.
de electione*.

V. Poſſeſſio ex Marchant. *in cap.4. Regul. S. Franciſci
tit.1. quæſt.1.* dominio addit, ut quis in tali jure, non impedia- 10
tur; inter quam, & dominium plures differentias videas apud
alleg. Calvinum.

VI. Proprietas, ut à dominio, & poſſeſſione diſtingui-
tur, importat independentiam à quovis alio in dominio, & poſ-
ſeſſione rei, cujus quis habet proprietatem, ac parem non
habere.

VII. Duplex conſideratur jus politicum in uſu rei: *uſus
fructus, & uſus juris*.

Vſus fructus eſt facultas utendi re, & fructibus ejus, in 11
utilitatem propriam, & commodum, etiam aliorum, ſalva ta-
men ſubſtantia rei fructvariæ: loquimur enim de uſu fructu
ſeparato à proprietate, & dominio.

Uſus juris eſt facultas, qua quis ad ſolos proprios uſus
utitur, vel poteſt re aliena tantùm uti, ſalva ejus ſubſtan-
tia: ſic is, cui conceſſus eſt uſus, V. G. horti, poteſt ex eo her-
bas, & braſſicas pro ſe, & ſua familia percipere; ſed non poteſt

pro aliis, ſicut poteſt uſufructuarius: & ideo pinguior eſt uſus fructus, quam uſus juris. Item uſus juris civilis duo includit; Primò, poſſe ſe defendere, etiam civiliter, contra quemcumque invaſorem: Secundò, poſſe rem in judicio, & extra repetere.

VIII. Uſus ſimplex rerum, vel facti uſus, eſt uſus, quo
12 alieno quis utitur, Domino permittente, concedente liberaliter, & ex charitate ſic volente; abſque eo quòd habeat jus aliquod civile ad rem, vel in re; ſed tantùm permiſſionem, ſive licentiam.

IX. Adminiſtratio ex Peyrino *de ſubd. qu.2. cap. 2. noto*
13 *ſecundo*, eſt jus gubernandi, & diſtribuendi juxta conditiones certas, & limitatas, non tamen alienandi, nec in quoslibet uſus expendendi.

X. Res uſu non conſumptibiles ſunt, & dicuntur, quarum uſus non eſt conſumptio, & quibus, ſalva ipſarum ſub-
14 ſtantia, utimur, ut ſunt prædia, domus, vaſa &c.; vel non unico uſu conſumuntur, ut veſtes; quæ licet uſu atterantur, ipſarum tamen ſubſtantia unico actu non deſtruitur.

Uſu autem conſumptibiles illæ dicuntur, quæ unico uſu, & actu conſumuntur, ut ſunt cibus, & potus: ac etiam pecunia; quæ unica permutatione conſumi poteſt ſic, ut non ſit ulterius permutantis, nec ejus, qui permutationem conceſſit.

Difficultas procedit de rebus, quæ unico actu conſumuntur, vel quorum uſus eſt abuſus, hoc eſt rei conſumptio, *ut alleg. Conſt.* Joannes notat. *abuti autem* (ait,) *dum tractatur de rebus uſu conſumptibilibus, pro rei conſumptione ſumitur, quod ei opponitur, quod eſt uti; Uti quidem præſupponit, quod cum uſu, ſalva rei ſubſtantia, maneat; ſed abuti exigit, quod cum actu hujuſmodi rei ſubſtantia conſumatur.*

Et non poſſe in his uſum ſimplicē facti à dominio, & jure utendi ſeparari, ſatis doctè probat ibidem: & primo, nam optimè
15 ſequitur, quod ſi Petrus dat uſum panis Fratri Minori; ſit Frater dominus panis; nam ſi uſum habet, poteſt panem manducare; adeòque illum deſtruere, & ſic de illo perfectè diſpone-

ſponere, quod eſt eſſe dominum, ex Peyrino *de ſubd. quæſt. 2. cap. 2. ver. noto.*, & perfectè de illo dominium habere. Quæ illationes, nec tenent, nec fieri poſſunt in re uſu non conſumptibili. Det Franciſco Petrus uſum, vel etiam uſumfructum vineæ, tametſi poſſit Franciſcus fructibus uti, & eiſdem frui; attamen nequit vineam deſtruere, deque illa perfectè diſponere.

Secundo, dum Frater Minor ſimplici, & facti uſu pane utitur, vel habet jus utendi, vel non? ſi primum, uſus facti in re uſu conſumptibili à dominio non diſtinguitur; ſi Secundum; ergo illicitè, & injuſtè Frater pane utitur, quod non eſt dicendum; etenim uſus iſte rei non reputatur juſtus, ſi ſit abſque utendi jure factus, & ab eo, qui jus non habet utendi.

Tertio, ſi Frater abſque jure utendi pane uteretur, non eſſet dabilis ratio, neque aſſignandum diſcrimen, cur ipſe uſu facti licitè pane, & non pecunia uteretur.

Verum ſeparari poſſe, & apud Minores de facto ſeparari, firmat allegat. Nicolaus §. *Nec per hoc, quod proprietatem uſus*, 16 ait, *& rei cujuſque dominium à ſe abdicaſſe* (ſcilicet S. Franciſcus) *videtur, ſimplici uſu omnis rei renunciaſſe convincitur: qui, inquam, uſus, non juris, ſed facti tantummodo nomen habens, quod facti eſt tantùm, in utendo præbet utentibus nihil juris; quinimo neceſſariarum rerum, tam ad vitæ ſuſtentationem, quam ad Officiorum ſui ſtatus executionem (excepto quod de pecunia infrà ſubjungitur) moderatus uſus; ſed ſecundum eorum Regulam, & veritatem omnimodam conceſſus eſt Fratribus, quibus rebus Fratres licitè uti poſſent durante concedentis licentia*. Et deinde Clemens V. §. *Proinde*; tenent Marchant. *cit. q.* 3. Poncius *Curſ. Theol. diſp.* 23 *de virtute Moral quæſt.* 7. *num.* 42. Miranda *man. tom.* 1. *quæſt.* 28. *art.* 10., aliique ex Ordine Franciſcano, ac plures exteri: Thomas Tamburin. *lib.* 8. *explic. Decalogi tract.* 1. *cap.* 1. *n.* 8. citans Sotum, Valentiam, Molinam, Suarez, Leſſium Sanchez, & Layman *loco cit. cap.* 6. *num* 7.

Nec obſtat Joannem XXII. oppoſitum *extravag. ad Conditorem* defendere, & dominio rerum exiſtenti, per Nicolaum, & Clementem, apud Sedem Apoſtolicam, renunciare. Nam alii Pontifices præfatum rerum dominium reſumpſerunt,

 Marti-

Martinus IV. Conſt. *Exultantes* apud *Bull.* Roderici *Bulla* 1., & Paulus IIII. Conſt. *ex Clementi Sedis* apud Coſect. *colleſt. privileg. Mend.*, qui *extravag. alleg.* cum aliis ejuſdem Pontificis, eamdem tangentibus materiam, revocavit, & caſſavit; & poſt ipſum Greg. XIII. Conſt. *Ex benigna Sedis*; & tandem Urbanus VIII. Conſt. *alleg. num.* 3. omnia Regulæ contraria abrogavit; & noviſſimè Innocentius XI., ut ex textu ejuſdem Conſt. *cit. num.* 4. *declaravit omnes, & ſingulos Fratres de corpore Obſervantiæ teneri in conſcientia obſervare regulam Fratrum Minorum S. Franciſci, & præcepa ejus à fel. rec. Nicol. III., & Clem. V. expoſita &c.* Ideo patet horum Decretales privativè quoad prætactas *extravag.* Joannis, eſſe in vigore, & quoad Regulæ obſervantiam attendendas.

Præſertim quia refertur Joannem enunciatam *extravagante* Mortem revocaſſe, aliaſque privatas ejuraſſe opiniones; ut ex Uvadingo *in annal. ad annum* 1333. notavit Sannig. Schola *Can. lib.* 5. *tit.* 40. *cap.* 2. *nota quarto*.

Et ſolum diſputando contrarium ſtatuiſſe tradit Layman *num.* 7. ac ſuper eo nihil definiiſſe obſervat Poncius *ſub n.* 44. ex eo, quod controverſia non eſſet fidei, aut morum, ſed juris ſolum civilis; præterquod, aut uſum juris, & velut dominii, uſum ſimplicem facti reprobare ſtuduit, cum tamen vere ſimplex facti uſus, ſeparatus ab jure, & dominio detur, ut alii Pontifices determinarunt.

Ratio ſeparationis concluditur ex eo, quod qui habet dominium rei, poteſt illam liberè diſtrahere, vendere, deſtruere, alteri donare &c. quæ non conceduntur habenti ejus uſum dumtaxat, quia ſolum poteſt illa re uti dependenter à voluntate Domini, potentis rem repetere, & conceſſionem ſemper revocare, uſque dum res uſu ſit deſtructa; Unde dum panis V. G. eſt in manu Religioſi Franciſcani, illum ad os admoventis, poteſt Pontifex (qui eſt Dominus bonorum Religionis Minorum) ſine injuſtitia contra Religioſum, ab eo illum tollere.

Simile quid eſt in eo, qui invitatur ad convivium; nemo enim cenſet Convivam invitatum ad cœnam, quamvis

Digitized by Google

uſus ciborum ſibi ſic permittatur, ut poſſit licitè comedere, quantum ſibi placuerit, eſſe eorumdē Dominum; nam ſemper apud invitantem dominium reperitur, & ſolum illud amittitur, cum materia manducatione deſtruitur.

Et in Religioſis aliorum Ordinum, qui ob votum paupertatis ex Poncio dicuntur non habere dominium ullius rei in particulari, vel ſaltem pretio æſtimabilis ex Tambur., & tamen pluribus dependenter à voluntate Superioris utuntur. Idem per Marchant videtur dicendum de ſervis, qui ſine ullo jure veſtibus à Domino conceſſis utuntur. ex quibus.

Ad primum in contrarium dicitur Fratrem Minorem ex voluntate Domini poſſe uti pane, conſequenter illum deſtruere, quia hic ex uſu deſtructio legitimè infertur. Verum 17
hæc duo ſunt diſtinguenda *licite*, & *jure uti*; Frater utitur *licitè*, quatenus Dominus, vel Papa ei permittit, & licentiam dat, ut pane utatur; ſicut enim ipſemet Dominus panem per ſe conſumere poteſt, ſic vult per Fratres conſumi, & ſemper poteſt, antequam conſumatur, panem ſine ulla injuſtitia repetere, & conceſſionem revocare; quod eſt eſſe Dominum panis; nullo tamen jure civili utitur, quia eidem juſtitia nihil donat in re, vel ad rem, cum ſuper eo, nec juridicam poſſit prætendere defenſionem, aut repetitionem.

Ad ſecundum ſimili modo reſpondetur; utitur *licitè* ex voluntate Domini permittentis, ſed non *jure*; nam ſuper eo nec jus habet juridicæ defenſionis, aut repetitionis; inter hæc *juſtè*, vel *injuſtè* uti mediat *licitè*, uti: per quæ cætera, quæ poſſent ex adverſo adduci, facile ſolvuntur.

Ad tertium diſcrimen habetur ex ipſomet Regulæ textu: Sanctus Franciſcus ſtrictiſſimè ſuis Fratribus inhibuit denarios, vel pecuniam per ſe, aut interpoſitam perſonam recipere, non vero percipere, quæ ſunt neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem, ut liquet ex verbis *de mercede vero laboris pro ſe, & ſuis Fratribus Corporis neceſſaria recipiant*: hoc eſt laborent, ut manducent, ſive ex laboritio ſibi neceſſaria conquirant, quibus, durante concedentis licentia, ut loquitur Nicolaus 3. *nec per hoc* licitè poſunt uti; ſed quo ad pecunias, nec de dominorum licentia eis uti volvit.

Super

Super quo notabis, quod, licet conſiderata nummorũ, & pecuniarum proprietate, omnes Religioſi ſint æquales, quatenus nullus eorum in particulari poteſt pecuniæ dominium ha-
18 bere *cap. Monaſt. cap. ſuper quodam, cap. cum ad Monaſterium lib.3. tit.35.* Trid. *ſeſs.25. de Regul. cap.2.* tamen pro Fratribus Min. id eſt ſingulare; nam cæteri Religioſi de ſuorum Superiorum licentia uſum denariorum habere poſſunt, & habent, quibus, tam per ſe, quam per alios ſibi neceſſaria provideant; Minoribus vero, ſive per ſe, ſive per interpoſitam perſonam, aut pro aliena, vel neceſſitate propria uſus, & quælibet civilis denariorum contrectatio penitùs eſt per Regulam interdicta.

Et ponderabis paupertatem Fratrum Minorum differre
19 ab illa cæterorum Ordinum; nam cæteri in communi ad minus poſſunt rerum dominium habere, & bona immobilia poſſidere ex Trid. *cit. cap.3.* quamvis non ita abſolutum, quin dependeant à conſenſu Summi Pontificis, quo ad bona immobilia, & mobilia pretioſa alienanda. Fratres autem Minores nec in particulari, neque in communi alicujus rei dominium, & proprietatem obtinent, vel habere poſſunt. quorum paupertas ſic cum Marchant. *tit., & quæſt.1. cit.* poteſt deſcribi: *eſt realis, & voluntaria abdicatio omnis poſſeſſionis, dominii, & omnis juris civilis, & politici, ſive actualis, ſive poſſibilis cujuſcumque rei temporalis, tam quo ad rem ipſam, qam quo ad ejus uſum, tam in particulari, quam in communi propter Deum.*

Per quæ patet, quantum ſit Fratrum Minorum paupertas, quæ ſemper alieno utitur, non ſuo: alieno vivit: alieno veſtitur: in alieno habitat; ipſoſque Fratres in cibum, quem manducant nullum habere jus politicum, vel juridicum, ſed dumtaxat naturale: prout dixit Pater Gilbertus Nicolai apud Marchant. in cap. 4. *Regulæ tit. pr. qu. p. Tantum*, inquit, *habet jus avis in grano, quod comedit, quantum Frater Minor in cibo, quem manducat*; Avis autem jus in grano eſt naturale dumtaxat, & non politicum: ſic illud Fratris Minoris in ſuo cibo.

Hujuſmodi naturale jus, (jus poli à Nicol. III. §. &
20 *quidem ubi* appellatum) quod ex Marchant. à Deo concedi

ditur

ditur omni viventi, ab alleg. Gilberto dicitur jus, *quo quolibet vivens poteſt, & tenetur uti rebus neceſſariis ad conſervationem ſui eſſe, ſeu vitæ*; cui propterea Frater Minor ex
vi Regulæ, & profeſſionis non renunciat, quin in caſu ne- 21
ceſſitatis conſervandæ vitæ poſſit, ſicut quodlibet vivens,
ſuſtentari cibo, & potu, undequaque acceptis.

Quæritur, an reſpectu Fratris Minoris detur in denariis, & pecuniis parvitas materiæ, adeò ut unum, vel alterum Julium contrectare, ſive recipere, & uti, ſit peccatum mortale?

Placet doctrina Paſqualigo ad Lauret. *de Franchis parte pr. q. 12. de Monaſteriis n.* 1297. quæ approbatur ab Ameno de pœnis *tit. 3. pecuniæ contrectatio num. 26., & tit. 6. §. 3. falſificatio Monetæ num. 7.*, quod tunc ſolum parvitas materiæ locum habet, cum crimen contingit ſecundum materiam; itaut ipſa materia ſit objectum delicti, ut evenit in furto, quod pro objecto habet rem alienam; Secùs cum contingit ſecundum quandam habitudinem, vel formam materiæ; aut conſideratur qualitas, & non quantitas, vel materia; quia tunc forma ſecundum ſe totaliter reperitur
in qualibet exigua materia; ideò, quia crimen cuſionis falſæ 22
Monetæ non conſiſtit in materia, ſed in forma materiæ, in eò nimirum, quod materia non idonea illegitimè veſtiatur auctoritate Principis: exponatur civili commercio, & Principis ſigillum vitietur, ideò locum non habet in eò parvitas materiæ. Tam enim ſibi auctoritatem uſurpat, & ſigillum Principis vitiat cudens Julium, quam quadrantem; (licet minus lucrum iſte reportet, minuſque damnum Reipub. inferat, quam alter) cum in quolibet eadem ſit forma, & delictum conſiſtat in vitio formæ. Idem dicendum de tondente privata auctoritate Monetas, etiam minimam; ſiquidem per tonſionem ſit eadem injuria Principi, ac ſi tondeatur Moneta major; nam in utriſque tonſura vitiatur illa forma, quam Princeps ſtatuit in Moneta; & extenditur, etiam ad quempiam privatum detrahentem à Monetis, habentibus plus juſti ponderis, illud, in quo excedunt; quem peccare morta-

tali-

taliter affirmant Layman *Theolog. Moral. lib. 3. tract. 3. parte pr. cap. 5. num. 5.*, & Lezana *Sum. tom. 3. ver. falſarius n. 5.* quia cum injuria Principis uſurpat id, quod eſt publicæ auctoritatis; cui, vel Civitati reſtituere tenetur; & an iſte comprehendatur ſub Conſt. *in ſupr. Paſt.* Urban. VIII. edita contra Monetarios, relata à Paſqualigo *cit. n.* 1246. quoad pœnas in eos Statutas, ſub dubio à Lezana relinquitur. quod ſit aliqua puniendus, eſt certum, quia Conſt. nullam diſtinctionem
23 facit parvæ, aut majoris Monetæ, excedentis, & non excedentis. Sic tam punitur, qui in confeſſione ſolicitat unum, quam multos, quia crimen ſolicitationis in qualitate, irreverentia videlicet, & injuria, quæ irrogatur Sacramento, conſiſtit.

Ex quibus ſatis fit dubio; Etenim non prohibetur Fratribus Minoribus contrectatio auri, vel argenti, aut æris (licet, & iſta recipere nequeant) prout materia, aut metalla ſunt; Sed prohibetur forma, ſive qualitas, hoc eſt materia, auctoritate Principis cuſa, vel quæ hominum acceptatione, pecunia, & denarius reputatur; & ideò concluſivè reſolvitur cum Ameno, quod quæcumque pecunia ſufficiat ad concludendum delictum receptionis, & contrectationis;
24 Maximè quia S. Pater non otiosè apponit in Regula clauſulam *nullo modo*: quæ idem ſonat, ac *nulla ratione, nullo tempore, in nulla quantitate*: & de recipiente in minima verificaretur, quod reciperet, & non eſſet totaliter à pecunia alienus, ſicut ex *Clem.* §. *porrò*, debet Frater Minor.

Quæritur à quo puniendus ſit Frater Minor, ſi pecunias
25 cudat, tondeat, vel adulteret?

Reſponſio patet ex §. 6. *alleg. Conſt.* Urbani; nam ibi Pontifex firmat, & cognitionem cauſarum hujuſmodi, quoad perſonas Eccleſiaſticas præfatas, tam *Seculares, quam Regulares, & in Provinciis nobis, & Sedi Apoſtolicæ ſubjectis ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in eiſdem Provinciis de Latere Legatos, & Pro-Legatos, pro tempore exiſtentes: in aliis vero omnibus, & ſingulis Provinciis Regnis, Civitatibus, Oppidis, Caſtris, & Locis, tam ſub noſtra, & dictæ Sedis, quamcu-*

cujuſvis alterius Principis ditione, in Italia tantùm, comprehenſis, privativè quoad omnes etiam Superiores Religioſorum, ipſiſque Superioribus penitus excluſis, ad Ordinarios locorum ſpectare etiam volumus. Et in fine ℈. 7. Subdit: *inhibentes, ac etiam mandantes, ut quoties ad id fuerint Requiſiti* (Superiores Regulares) *Religioſos ipſos, etiam ſi Superiores alicujus loci Regulares actu fuerint, ipſis Legatis, Pro-Legatis, & Ordinariis, vel aliis quibus iidem Legati, & Ordinarii mandaverint, conſignent, cum ſcripturis, & actis, ſi qua facta fuiſſe reperiantur*.

Quæritur etiam, an Frater Minor poſſit vendere, & emere?

Reſpondetur negativè; nam eſt Fratribus vetitum, nedum contrectare pecuniam, ſed etiam quoſcumque contra- 26 ctus civiles celebrare, juridicas obligationes contrahere, conventione civiliter, vel juridicè obligatoria de pretio rei paciſci: adeoque, & in rigore emere; etenim ea omnia rigoroſa emptio comprehendit. Dicitur in rigore, quatenus lato modo eis emere licet, non ſe obligando civiliter ad pretium pro re empta ſolvendum, nec mandando ſolutionem eorum fieri autoritate, neque rei acquirendo Dominium, aut proprietatem: prout emere dicit de pretio per modum conventionis naturalis convenire, ſolutionem, rei per idoneam perſonam, ſcilicet: Syndicum, vel amicum ſpiritualem, procurare, & rei ſimplicem uſum dumtaxat acquirere, prout textus expreſſus cap. *exiit* ℈. *cæterum*. *Poſſint tamen*, ait Nicol. *ipſi pro ſatisfactione facienda pro eorum neceſſitatibus, quæ pro tempore occurrerent (ceſſantibus eleemoſynis) de quibus ſatisfieri commodè, tunc non poſſet) citra cujuslibet obligationis vinculum, dicere, quod per eleemoſynas, & alios amicos Fratrum ad ſolutionem hujuſmodi faciendam intendant fideliter laborare*.

Sic etiam eis in rigore vendere non licet; nam rigorosè vendens, jus, & Dominium rei in emptorem, median- 27 te obligatione pretii, transfert, pecunias recipit, ſive jus recipiendi acquirit, quæ ipſis Fratribus ſunt prohibita; Undè ſolum poſſunt naturaliter de pretio rei abſque obligatione convenire, & rogare, ut res per perſonam idoneam, Syndi-

cum nimirum, vendatur; Ita Marchant in *cap.* 1. *Regul. tit.* 3. *quæ. pr.*, *&* 2., *& ſtat.* Generalia Ord. *cap.* 4. §. *pr. num.* 5. firmant. *Sine dicto Procuratore, vel ſubſtituto, nihil emi, aut vendi, vel de eleemoſynis prædictis ſub quocumque prætextu diſponi poſſit ſub pœna proprietatis; ſub qua etiam pœna prohibemus, ne Guardianus, niſi in manu Syndici, vel ſubſtituti de ejuſdem licentia, eleemoſynas pecuniarias teneat, vel per manus aliorum expendat.*

Quæritur tandem, an iidem Fratres poſſint alienare, & transferre Dominium alicujus Capelæ, ſeu ſepulturæ?

Reſp. negativè, per diſpoſita in alleg. ſtatutis *cap.* 6. §. 5. *n.* 6.

28 Ratio eſt, quia, ut habet Regula 79. Juris in 6. *Nemo poteſt plus juris transferre in alium, quam ſibi competere dignoſcatur*; Fratres autem prædicti nihil juris habent in Eccleſiis, Capelis, & ſepulturis, ſed Papa, & Sedes Apoſtolica, ut habetur textualiter cap. exiit §. *Præterea loca*, verb. *ac illa liberè*. . .

Et ſi devotæ fidelium voluntati, vel Benefactorum pietati

29 ſatisfacere oporteat, id exequi debet per modos ſtricto Minorum Inſtituto, & puritati Regulæ congruentes. Congruo autem modo Capela, vel ſepultura perſonæ extra Ordinem conceditur, ſi eidem à Fratribus, capitulariter congregatis, non conferatur formale ipſarum Dominium, & in proprietatem: non intercedat mercatus, vel venditio: nec aliqua pro eis deducatur in pactum ſolutio; Sed concedatur dumtaxat illi ſimplex uſus facti fabricandi, ordinandi, illuminandi, & ſe ibi, & ſuos ſepeliendi: nec poſſet tunc dici Capela, & ſepultura alienata, quia nullo modo transfertur Dominium, & ex conſequenti Fratres non incurrent pœnas alienationis ſine conſenſu Sedis Apoſtolicæ, nec perſona poterit cenſeri Domina, ut tradit Ameno de pœnis *tit.* 3. §. 4. *alienatio bonor. n.* 52. Et per modum eleemoſynæ poſſunt Fratres per Syndicum pecunias ab enunciata perſona, occaſione conceſſionis, ſic modificatæ, oblatas acceptare, ſicut eaſdem pro miſſis acceptant. Sannig. Schol. *can. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 3. *cap.* 4. *num.* 2. *vid. c. off. quoad Capelas num.* 16.

An autem Syndicus Apoſt. per ſe ipſum poſſit aliquam Fr.

Ca-

Capelam alienare, & jus ſepulturæ concedere? Tenent *Portel dub. Reg. verb. Capelæ Monaſteriorum* citans Roderico *tom. 4. addit. ad Sum. verb. Procurator con. 6.* & Sannig. *cit.* aſſerentes ad hujuſmodi translationem ſufficere conſenſum Papæ per Procuratorem, ſeù Syndicum cum conſenſu ſolius Provincialis.

Negat Sanctoro *de pœnis cap. 7. diffic. 6.*, quod certum cenſeo, & in praxi tenendum; non ejuſdem fundamento, quod ſcilicet Conſt. Martini IV. *Exultantes Bull. Roderico, & Pauli* 30
item IV. Conſt. Ex Clem. apud Confect. collectio privileg. mend. (in quibus datur Miniſtris facultas eligendi Syndicos, & iſtis alienandi poteſtas,) *ſint ſubreptitiæ, relaxativæ, falſæ, & nullæ, Divinis præceptis contrariæ, & votis factis*, ut loquitur, *repugnantes*; Nam id eſſe falſum, ſatis patet ex Conſt. Innoc. ſuperius allegata confirmantis uſum Syndici, ſive aſſumpti ad præſcriptum Conſt. Nicolai III., & *Clementis V.*, ſive ſecundum diſpoſitionem *Martini IV.*, & *Martini V.*, *ac Pauli IV.*, non eſſe diſpenſationem in Regula, ſed modum à Romanis Pontificibus inductum pro puriori illius obſervatione; Sed ex quo Religionis praxis ſit ipſarum dumtaxat uſum facti concedere, & reſiſtit textus Nicol. §. *præt. loc.* & §. *ad hæc* condentis per perſonam idoneã poſſe bona legata diſtrahi, ſub quibus certæ Eccleſiæ, Capelæ, & ſepulturæ non comprehenduntur. Notetur commune dictum. *Quidquid acquirit Monachus, acquirit Monaſt.* prout *cap. exiit* §. *ad hæc*
cum: intelligi de Monaſteriis capacibus Dominii, & quæ in 31
communi bona poſſident; non verò de illis Frat. Min. de Obſervantia, & Capuccin., quibus nil, ſed quodlibet Sedi Apoſtolicæ acquritur, quæ cunctarum rerum eiſdem legatarum, allatarum, & donatarum, Dominium in ſe recipit, ut pleniùs allegatæ referunt Conſtitutiones.

Eſt per Inno. XI. in Ordine Minor. de corpore Obſerv. illorum Superioris irritanda electio, qui vitam communem non *ſequatur &c.* prout expreſſe §. 8. ejuſdem Conſt. Et ponderanda eſt *ex* §. 9. *Clauſula in præmiſſis omnibus*: hoc eſt, 32
in aliquo ex præmiſſis, quemlibet, quæ in eligibilem probat,

quamquam unus ex enunciatis dumtaxat foret tranſgreſſor; quæ indubie mens Pontificis reputatur; imo, et ſi id ex infirmitate, ſeù alia quavis neceſſitate, & abſque ejus culpa contingeret; ut alter Ion. loquitur, adeò ut ſemper ſit irritanda electio, tametſi aliàs Canonicè facta reperiatur.

Verum abſolutè non concluditur ineligibilitas ex equitatione, ſed ex ea cum frequentia: ex frequentia enim crimen
33 aggravatur, ut docent Sperellus *deciſ.* 37. *num.* 49. Ameno *cit. tit.* 4. §. 4. *adulterium num.* 53. tanto enim ſunt graviora peccata, quantò diutiùs infelicem animam detinent alligatam *cap. cum tanto de Conſuetudine lib. pr. tit.* 4.

At dubitatur quot actibus frequentia probetur? Duos
34 ſufficere tradit Gloſſ. *in verb. frequentare ad cap. Monaſteria de vita, & honeſtate Clericorum lib.* 3. *tit. pr.*, *& ad cap. ita nos* 25. *q. pr.*, & infertur, *ex* 40. *Regula juris in* 6. ubi *pluralis locutio, duorum numero eſt contenta*. Verum ſatis non eſſe, videtur certum ex diſtinctione, quæ reperitur inter Relapſum, Recidivum, & Frequentem; ſiquidem *Recidivus* in crimine per Ameno *cit. num.* 53. ille cenſetur, qui ſemel de delicto punitus, ejuſdem ſpeciei novum committit, Et *relapſus cap. Accuſatus de hæreticis in* 6. *lib.* 5. *tit.* 2. dicitur: *qui hæreſim in judicio abjuravit, & poſtea, committit, in ipſa cenſeri debet quadam juriſfictione relapſus*, *Frequens* vero, qui pluries crimen committit, de quo nunquam punitus ſit, unde frequentia pluralitatem exigit, ſed ad duo ex vi Conſt. non reſtringitur, alioquin in ea non ſumeretur, ut contradiſtinctè à relapſo; ideo numerus actuum, & ipſorum qualitas arbitrio Judicis relinquitur,

Sic pariter ineligibilis eſt, qui *utitur lineis apud ſe, vel in lecto*, hoc eſt, qui vel illa ad carnem defert, vel tenet in lecto, & quoad id de facto conſvetudinem habet; quam per Ameno *tit.* 2. *num.* 181. *uſus* in caſu ſignificat; & ſuper numero actvum ad eam inducendam ſufficientium Judex pronunciat ex Engel. *Colleg. Univer. juris Can. lib.* 1. *tit.* 4. *num.* 8. Non peccare ſubdit Ameno *cit.* qui, fatigatus ex itinere, concione habita, exercitio, laboreve violento, ſudans lineo ſudario ſe abſter-

ſtergit; ipſumque deinde, ſudore perſeverante, ad illum excipiendum ſubtus habitum ad quatuor, vel ſex horas, & ſine ſecularium ſcandalo defert; ne dum, quia id ex legitima cauſa, & ex necesſitate faciat; ſed etiam, quia illud ea occaſione, & ad modicum horarum tempus portare, non poſſit dici lineorum uſus. Cæterum mortaliter, & non tantum venialiter, ut Ioannes de Graſſis aſſervit, Fratrem Min. peccare, qui ſine diſpenſatione lineam camiſiam, etiam truncatis manicis, ad carnem geſtat, eſt certum, Marcant. *in cap.2. Regulæ tit.3.q.5.* 35
& taliter diſpenſati à Prælaturis arcentur, etiam ex diſpoſitione Conſt. Gen. *cap.2. §.9. num.15. Miniſter vero eum, qui cum tali licentia utitur camiſia, adnotet in eorum numero, qui vitam communem ſervare non poſſunt, ut liquido conſtet conformiter ad ſtatuta, quod non poſint eligi in Officium alicujus Prælaturæ.*

Ad concludendam ineligibilitatem ex contrectatione pecuniæ ſat eſt, ut quis ſemel viſus ſit eaſdem contrectare; Verùm eligi non prohibetur, ſi per triennium ad minus ſe correxiſſe conſtet; ex quo habetur, quam ſtrictius ipſis Fratribus prohibeatur pecunia.

Electionem irritare, eamque ad præſcriptum Conſt. caſſare non eſt de ſpectantibus ad actus facultativos; nam actus meræ facultatis cenſentur per Engel. *cit. num.9.* qui nullam juris obligationem, aut neceſſitatem habent, & pro cujuslibet arbitrio fieri, vel omitti poſſunt; id autem arbitrio, & libertati Generalis non committitur, ſed potius neceſsitas imponitur, ut per expreſſa ibidem, & ſignificant clauſulæ, *irritanda ſit; ipſorum autem conſcientias, ne aut ille expellatur, qui vitam communem ſequatur, aut ille confirmetur, qui eam non obſervet, oneramus.* 36

Debet Generalis ſuper eo pronunciare *capta informatione extrajudiciali pro ſua conſcientia, ſine ſtrepitu judicii*; ut expreſſè textus: quorum ſenſus datur Clement. *ſæpe contingit. de Verb. ſignifi. lib.5. tit.11.* ut ſequitur. *Saucimus, ut Judex, cui taliter cauſam committimus, neceſſariò libellum non exigat, litis conteſtationem non poſtulet, tempore, etiam feriarum, ob neceſſitates hominum indultarum à jure, procedere valeant: amputet* 37

di-

dilationum materiam: litem, quantum poterit, faciat breviorem:
exceptiones, appellationes, dilatorias, & fruſtratorias repellendo:
partium Advocatorum, & Procuratorum contentiones, & jurgia, teſtiumque ſuperfluam multitudinem, refrænando; non ſic tamen Judex litem abbreviet, quin probationes neceſſariæ, & defenſiones legitimæ admittantur &c. Et facit Gloſ. *ad cap. ſtatuta de Hæret. in 6. lib. 5. tit. 2. in verb. certum eſt.* Paſqualigo ad Lauretum de Franchis *par.* 1. *num.* 708. tradit ſervanda: probationes, citationes, defenſiones legitimas, juramenti præſtationes, ait, nunquam eſſe in Summario proceſſu omittendas, utpotè neceſſarias pro habenda veritatis notitia. Engel. *lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 12. diſtinguens judicium ordinarium (ut cum Judex cum ordinaria figura, & ſtrepitu judicii juxta præſcrip-
38 tum juris procedit à Summario (ut cum idem, omiſsis ambagibus, & ordinariis judiciorum ſolemnitatibus, Summatim de cauſa cognoſcit) docet hoc Summarium judicium neceſſarium eſſe in cauſis electionum, proviſionum, & ſimilibus, ubi periculum aliquod, & damnum ex mora, & adminiſtrationis defectu timetur; quod in caſu noſtræ electionis poſſe evenire, non eſt dubitandum.

Et cum conſilio, & aſſenſu trium Fratrum, ait textus, *qui Miniſtri Provinc., vel ſaltem Definitores Provinciæ ſint, vel fuerint*; quæ copulativè requiruntur, ut forma, adeo ut ſi unum, vel alterum omittatur, decretum de electionis nullitate vim non
39 habeat. Quod omiſsio conſilii, quando id jura requirunt, actus irritet, habetur expreſſe *cap. novit. cap. quando, de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli lib.* 3. *tit.* 10.; *& cap. cum in veteri de electione lib.* 1. *tit.* 6. ubi diſponitur non tenere electionem, non requiſito, vel non expectato conſilio, quod de PP. mandato requirendũ, & expectandum erat, & idem *tit. cit. cap. de his: cap. ea noſcitur, & cap. tua nuper: & cap. Paſtoralis*, firmant reſpectivè Celeſt., & Innoc. III., ſi conſenſus non acceſſerint.

Differunt requiſitio conſilii, & requiſitio conſenſus: cum conſenſus requiritur, tenetur Prælatus id exequi, & ſe-
40 qui, quod major pars Capitularium concluſerit: *alleg. cap. ea no-*

noſcitur, tenent Engel. *lib.3.eodem titulo num.1.*, & Sannig. *ibidem num.2.* Cum verò conſilium dumtaxat exigitur, ſola conſultatio cum Capitularibus ſufficit, abſque eo, quod Prælatus eorumdem conſilium ſequatur: textus expreſſus *cap. cum olim de Arbitris lib.1. tit.43.* per diſpoſita ab Innocentio III. ut infra; *Verum habito cum familia ſuper hoc conſilio, & tractatu, Prior liberè poteſt Rectorem eligere, dumtaxat idoneum, ſive concordet, ſive diſcordet familia cum ipſo ſuper inventione Rectoris* Et ibi Gloſs. *in ver. inter Priorem*; notat, quod *aliquis tenetur* 41 *requirere conſilium alterius, ſed non tenetur illud ſequi*; nec ex hoc inferatur fruſtra à Prælato exigi conſilium Capituli; nam ſanè conſultatio operabitur, ut Prælatus meliùs, cæterorum auditis rationibus, deliberet, & præcipitanter non reſolvat: juxtà commune dictum: *plus vident oculi, quam oculus*; & monitum Sapientis: *omnia fac cum conſilio, & poſt factum non pœnitebis &c.* Generaliter ex Engel. *loco. cit.* Conſilium Capituli requiritur, cum agitur de re gravi, & magni ponderis.

Dubitatur, an Fratres Minores de Corpore Obſer., & Capucini, dum de novo in locis recipiunt Conventus, poſſint à Fundatoribus exigere, ut annvatim certa pecuniæ ſumma expendenda, vel in emenda pitantia, aut Fratrum veſtimentis, vel quid aliud fixum, ſolvatur? 42

Ad quod, eorum inſpecta regulæ, & profeſsionis puritate negativa firmatur, quod per enunciatas Decretales eis etiam prohiberi conſtat, & ad caſum in terminis trhai poſſunt, diſpoſita in ſuporioribus utpotè retinendi juris contra quemcumque, & juridicæ exercendæ actionis, incapaces, ac ad pacta, & conventiones inepti; quibus ad amicos ſpirituales, ut Fratrum indigentiis provideant, recurſus dumtaxat conceditur in caſu neceſſitatis, veræ, præteritæ, præſentis, vel imminentis; quod magis evincitur, & fortius probatur, ex quo hujus generis onus reputetur, & in re ſit locis impoſitum in fraudem Minoriticæ paupertatis, & incertæ mendicitatis, Fratribus dietim victualia parantis, ac inter redditus computandum; per diſpoſita in allegandis decretis *cap. Offic. quoad legata num.8. ad primum.*

Se-

Sed quid ſi præfatorum locorum fideles vellent eis per modum eleemoſynæ quolibet anno eam ſummam dare?

Dicendum poſſe eam Syndicus recipere; at non niſi veris occurrentibus neceſſitatibus; & tunc ſolum, cum victus,
43 & veſtitus mendicatione, non niſi valde incommodè acquiri poſſet, vel ſaltem non ſufficiens; præmitti tamen deberet ſolemnis proteſtatio, ab integro Definitorio formanda, ut authenticè conſtaret ad id nil juris Fratres habere, & ſe ex dietim mendicato, & incertis queſtuationibus velle vivere; quam in facti contingentia (me Curiæ Secretario) S.Cong.Epiſc. & Regul. in caſu conſimilis fundationis per Eminent. Petruccium exegit:

CAPUT XX.

Officialis quo ad Delicta.

SUMMARIUM.

1 *Regularis degens, & delinquens in Monaſterio à Superiore Regulari punitur.*

2 *Conſtitutio Pauli V. quoad cauſas civiles.*

3 *Quando cōveniendus coram Ordinario?*

4 *In caſu notorii delicti ſervatur Decret. Tridentini.*

5 *Conſtitutio Clement. VIII. plura præſcribentis.*

6 *Quando Regularis ad carceres Epiſcopal. duci poſſit?*

7 *Epiſcopus de delicto informationem capit abſque mora.*

8 *Dictio* ſtatim *moralitèr inteligenda.*

9 *Quid de regulari intra Eccleſiam delinquente?*

10 *An de punitione ſit Epiſcopus docendus?*

11 *Quid de Regulari extra Clauſtra degente, & delinquente?*

12 *Licentia Superioris liberat ab Apoſtaſia.*

13 *Vagi ab Epiſcopo puniri poſſunt.*

14 *Quando Regularis Parochus!*

15 *Quando Novitii!*

16 *Regulares, in concernentibus*

16 *Regulares, in concernentibus Fidem Catholicam, ſubſunt Sancto Officio.*
17 *Contra prædicantes hæreſes Ordinarii procedunt.*
18 *Alloquentes Moniales ſine licentia puniuntur.*

EXamen capitis eo tendit, ut de competenti Delinquentium Regularium Judice, & Foro, quid S. Sedes decreverit, & firment Doctores, conſtet. Quo ad Regularem in Clauſtris degentem, ſi intra Monaſterii ſepta, & in loco exempto deliquerit Innoc. IV. *in Conc. Lugdunenſi cap. Volentes de priv. in 6. lib. 5. tit. 7.* ſtatuit non poſſe coram Ordinariis conveniri? ut infra. *Nec coram Ordinariis ipſis, dummodo ſit in loco exempto commiſſum delictum, vel contractus initus, aut res litigioſa, nec ubi domicilium habent, ſi alibi delinquant, vel contrahant, aut res ipſa conſiſtat, conveniri poſſunt aliquatenus ſuper iſtis* Cum loquatur de delicto commiſſo in loco *exempto*, ampliatur procedere, ſive commiſſum ſit in Cæmeterio, Domo, Horto &c nam, ut ibi notat Gloſ. in ver. *exempto*, exempto Monaſterio, intelligitur exempta Eccleſia, Cæmiterium, Domus, atrium, Hortus, areæ, quæ ſunt juxta Eccleſiam. 1

In cauſis civilibus trahi non debet ad Forum Ordinarii Regularis intra Clauſtra degens: & attendenda eſt *Conſtitutio Religioſorum Pauli V. Bull. Cherub. tom.* 3. quæ, cum ſit ad 2
praxim Regularibus utilis, hic tranſcripta exhibetur: *Religioſorum*, & infra.

§. I. „ Cum itaque nomine Dilecti filii Baſilii, Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Carmelitarum, in Cong. Ven. „ Fratrum noſtrum S. R. E. Cardinalium Conc. Trid. Interpretum expoſitum fuerit, in Hiſpaniarum Regnis quoſdam Ordinarios locorum contendere Religioſos intra Clauſtra degentes, coram ipſis Ordinariis conveniri debere in cauſis civilibus, *Capite volentes de Privilegiis in 6.* comprehenſis; propter illius innovationem à Conc. Trid. *factam ſeſſ. 7. cap. 14.*, „ quo præfatos Religioſos, eorum Privilegiis abrogatis, defendunt comprehendi. Præterea eoſdem locorum Ordinarios „ pariter contendere, eoſdem Religioſos intra Clauſtra degentes „

„ in prima inſtantia coram ipſis conveniri debere, ex Decreto
„ ejuſdem Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. *de Refor.*

℣. II· „ Cum ab eodem Baſilio, Procuratore Generali,
„ in eadem Cong. ſupplicatum fuerit, ut ſuper utraque re reſ-
„ ponſa daret, ab eadem verò Congregatione fuerit reſpon-
„ ſum: Neque Conſtitutione in generali Concilio Lugdunenſi
„ edita, quæ incipit *volentes*: neque Decreto Conc. Trid. *ſeſſ.* 7.
„ *cap.* 14. comprehendi Regulares; ideoque eos juxta eorum
„ Privilegia coram ſuis Superioribus, vel Conſervatoribus eſſe
„ conveniendos. „

℣. III. „ Nec non Decretum ejuſdem Conc. Trid. *loco*
„ *dicto cap.* 20. *ſeſſ.* 24. ad Regulares non pertinere, nec eorum
„ Conſervatorias minuere, nec, quo ad primam illarum inſtan-
„ tiam, aliquid novi inducere; ipſeque Baſilius &c. „

℣. IV. „ Nos illius ſupplicationibus hujuſmodi inclina-
„ ti, omnibus, & ſingulis locorum Ordinariis in virtute S. Obe-
„ dientiæ, per præſentes, diſtrictè præcipiendo, mandamus,
„ ne Fratres, & Religioſos dicti Ordinis contra diſpoſitionem,
„ & declarationem prædictarum perturbare, vel inquietare
„ quoquomodo audeant, vel præſumant. Non obſtantibus &c.„

3 Unde in illis coram propriis Conſervatoribus ſunt conve-
niendi; dummodo ipſos juxta Conſtitutionum Apoſtolica-
rum præſcriptum nominaverint; aliàs coram Ordinariis: ut
in terminis S. Congregatio ab Innocentio X. præpoſita con-
troverſiis inter Epiſcopum Angelopolitanum, & PP. Socie-
tatis in reſponſione ad ſextum: quo præfatus Epiſcopus pe-
„ tiit „ an Regulares prædicti gravati ære alieno, vel ad ratio-
„ cinia, vel teſtamentorum executores, poſſint conveniri co-
„ ram Ordinario, ſi Conſervatores non nominaverint intra
„ tempus habile ab Ordinario præſcriptum? *& Congregatio reſ-*
„ *pondit*: Regulares in cauſis præfatis coram Ordinario loci eſſe
„ conveniendos, ſi ad præſcriptum Conſtitutionis S. M. Greg.
„ XV. Conſervatores non elegerint: „

4 In caſu notorii delicti, à Regulari intra Clauſtra degente,
extra Clauſtra verò commiſſi, obſervanda eſt diſpoſitio Trid.
ſeſſ. 25. *cap.* 14. *de Regul.* ſtatuentis, ut infra: „ Regularis,
non

non ſubditus Epiſcopo, qui intra Clauſtra Monaſterii degit, „
& extra ea ita notoriè deliquerit, ut Populo ſcandalo ſit, „
Epiſcopo inſtante, à ſuo Superiore intra tempus ab Epiſcopo „
præfigendum, ſeverè puniatur, ac de punitione Epiſcopum „
certiorem faciat; ſin minus, à ſuo Superiore Officio prive- „
tur; ponderando hæc ultima, videtur non poſſe ſimpliciter
pronunciari de Religioſo, ſic delinquente, quod abſolute ra-
tione delicti efficatur de juriſdictione Ordinarii, ſed dumta-
xat ſub conditione, in caſu nimirum, quo à Superiore ejuſ-
dem animadverſio omitteretur: & ſic reſpectu exempti juxta
conciliarem diſpoſitionem reſtringenda erit doctrina Gloſ. ad
alleg. cap. volentes in ver. nunquid ergo, & Textus *in cap. licet
de foro competenti lib. 3. tit. 3. in cap. de illis de raptoribus &c.
lib. 5. tit. 17. in cap. ibi ſemper 3. quæſt.* 6. ubi indiſtincte traditur
quod quis ratione delicti ſortiatur forū, & de juriſdictione ef-
ficiatur, qui aliàs de juriſdictione non eſſet. Ad cujus Decreti
obſeruantiam emanavit Conſtitutio Clem. VIII. incipit *Su.
ſcepti muneris &c. Bull. Cherub. tom.* 3. in qua propè medium
Pontifex ſubdit.

§. I. „ Motu proprio, & ex certa ſcientia, noſtris, ac de „
Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo vali- „
tura Conſtitutione, omnibus, & ſingulis cujuſcunque Ordi- „
nis, & Inſtituti Regularium, etiam Mendicantium, Superio- „
ribus, in virtute S. Obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, „
ac priuationis dignitatum, & officiornm per eos obtentorum, „
eo ipſo incurrendis pœnis, præcipimus, & mandamus, ut ju- „
xta prædictum Decretum quilibet ipſorum, Regularem non „
ſubditum Epiſcopo, intra Clauſtra degentem, & extra ea ita „
notoriè delinquentem, ut Populo ſcandalo ſit, Epiſcopo in- „
ſtante, infra tempus ab Epiſcopo præfigendo, ſeverè puniat, „
ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat, & aliàs Decre- „
tum ipſum in omnibus, & per omnia exequatur. „

§. II. „ Cæterum, ſi Superior in Regularem delinquen-
tem non animadverterit, quinimo, ſi illum impunitum ad „
alia ſuorum Ordinum loca extra Diœceſim, ut præfertur, „
tranſmiſerit, volumus, & ſimili motu, atque authoritate de- „

Digitized by Google

„ cernimus, ut Superior, inſtante Epiſcopo, intra terminum
„ ab Epiſcopo præfigendum, & ſub ejuſdem indignationis no-
„ ſtræ, ac privationis dignitatum, & officiorum obtentorum,
„ necnon & ſub inhabilitatis ad illa, & alia impoſterum obti-
„ nenda; ac ulteriùs privationis actiuæ, & paſſive vocis, ad
„ quas à nemine, præter quam à Nobis, & Romano Pontifice
„ pro tempore exiſtente, reſtitui poſſit, ipſo facto ſimiliter in-
„ currendis pœnis, ipſum Regularem delinquentem à loco, ad
„ quem tranſmiſſus fuit, revocare, & in quo deliquit conſti-
„ tuere, ſeu ſiſtere teneatur. „

§. III. „ Quod ſi hoc etiam facere prætermiſerit, per
„ preſentes ſimiliter ſtatuimus, ut Ordinarius loci, ad quem
„ Regularis delinquens tranſmiſſus fuerit, ſuper præmiſſis ab
„ ipſo Ordinario loci, in quo deliquit, ſimiliter requiſitus, vel
„ alias de illius delicto informatus, ut præfertur, tamquam
„ Sedis Apoſtolicæ Delegatus, prædictum Concilii Decretum
„ omnino exequi, & in Regularem delinquentem ſeverè ani-
„ madvertere poſſit, & debeat &c. Non obſtantibus &c. „

6 Regularem in delicto comprehenſum, ubi timetur de fuga, poſſe ad carceres Epiſcopales duci, decrevit Trid. *ſeſs. 25. cap. 6. de Refor.*; & de quolibet in caſibus ab jure permiſſis firmant Doctores Antonell. *de Regim. Eccleſ. lib. 7. cap. 18. nu. 3.* Sperell. *deciſ. 38. nu. 13.* Piaſecus *Prax. Epiſ. par. 2. cap. 3. art. 6. ſub. num. 23.* Panimolla *deciſ. 84. adnot. 3. n. 5.* Nec alia ratione, niſi, vel, ut Epiſcopus, qui ex Decreto Concilii poteſt,, & ex Conſtitutione Clementis debet, in defectum Superiorum, delinquentem punire, de qualitate delicti, ſaltem Summarie, informetur, ut ſecundum jura in caſu animadverſionis, per ipſum in delinquentem exequendæ, procedere valeat: vel, ut eam ad Superiorem cum præfixione competentis termini ad puniendum, tranſmittat; ex diſpoſitione S. Cong. per Barboſam *relata apud* Donat. *prax. Reg. tom. primo par. 2. tract. 13. quæſt. 54. num. 11.*; quæ ad dubium: *an Epiſcopus ſtatim habita notitia delictorum, poſſit capere informationem, & illam ad Superiorem delinquentis remittere, ut nequeat de illo delicto ignorantiam præſumere? Reſpondit, Poſſe.* In-

Informatio abſque mora eſt ſumenda; & quamprimùm detentus, in Monaſterio cuſtodiendus, etiam nemine inſtante, remitti debet. Ex proviſione S. Cong. *apud* Donat. *num.* 7. ad dubium ſibi propoſitum, tenoris ſequentis: *Quando Regularis extra Clauſtra notoriè delinquit, an detinendus ſit in carceribus ab Epiſcopo, donec Proceſſus in Curia Epiſcopali conficiatur; eoque compilato, inſtante Superiore, remittendus ſit ad Superiorem, una cum his probationibus, quæ habentur?* Sacra Congregatio reſpondit: *Statim remittendum eſſe, etiam poſito, quod Superior nullam inſtantiam faceret.* 7

Ubi, dicto *ſtatim*, non eſt phyſicè, ſed moraliter intelligenda; quæ, ut obſervat Sperellus ibidem, cum refertur ad actum executivum temporis intervallum ſignificat; propterea Piaſec. *loco allegato num.* 24. tempus remiſſionis reſtringit ad viginti horas; & ipſe Sperellus cum Panimolla *dec.* 84. *ad notat.* 3. *num.* 6. & communi Doctorum, ad duos dies limitat. Et diutiùs per Piaſecum, alioſque apud Antonell. *num.* 4. detinens Regularem, non ſuſpectum de fuga, vel in caſu ab jure non permiſſo, in excommunicationem incidit, ex adnotatione Gloſſæ *in Clementina frequens, de exceſſ. Prælat. verb. Capiunt lib.* 5. *tit.* 6. 8

Decretum Trid. *cap.* 14. *num.* 4. *cit.* locum habet, etiam ſi Regularis in propria Eccleſia notoriè, & cum ſcandalo Populi deliquerit; cum tunc per Sperell. *num.* 15. cenſeatur extra Clauſtra delinquere; quod tenet Donat. *loc. cit. quæſt.* 56. *num.* 4. & Antonell. *num.* 7. *ex Decreto* S. C. C. *apud* Sperellum *ibidem*: quæ interrogata: „ An Regularis delinquens no- 9
toriè in Eccleſia, ſeu Monaſterio ſui Ordinis, in quo degit, „
itaut ſcandalo ſit, dicatur delinquere extra Clauſtra, ut locus „
ſit diſpoſitioni Concilii *cap.* 14. *ſeſſ.* 25. *de Regul.*? *Congregatio* „
cenſuit delinquere extra Clauſtra, ſi in Eccleſia Monaſterii de- „
liquit: niſi clauſis portis Eccleſiæ, & ſolis Regularibus in ea „
exiſtentibus, fuerit commiſſum delictum. Si verò intra Clau- „
ſtra Monaſterii, vel Eccleſiæ interioris delictum ſit commiſ- „
ſum, ex verbis Concilii non videri procedere *d. cap.* 14. quod „
expreſsè dicit extra Clauſtra; tamen, ſi ſcandalum ſit noto- „

rium

„ rium Populo, ex identitate rationis idem videtur. Ideo re-
„ ferendum Sanctiſſimo: Sanctitas Sua, dixit: Reſcribendum
„ Epiſcopo, ut individuo exprimat caſum, prout contigit, ut
„ ſciatur melius locus delicti commiſſi, & an Populo ſcanda-
„ lum ob notorietatem generet.

10 Doceri debet Epiſcopus de punitione per Regulares juxta tenorem reſponſi *Sac. Congregationis apud* Barboſ. *relat. à* Donat. *quæſt.* 60. nimirum: „ Non ſufficere, ut Superior
„ Regularis ſententiam, aut etiam acta, ad Epiſcopum tranſ-
„ mittat, ſed opus eſt, ut de punitione ipſa, & Sententiæ exe-
„ cutione, Epiſcopum certiorem faciat in ſcriptis, & per legitima documenta Barboſa ad *ſes. cit. Trid. num.* 9.

11 III. Cum autem Regularis delinquens extra Clauſtra degit, ex *textu Trid. ſeſs. 6. cap. 3. de Refor.* ſubditur Epiſcopo, à quo, uti Sedis Apoſtolice delegato, corrigi, & puniri poteſt; „ Eccleſiarum Prælati, *textus habet*, ad corrigen-
„ dum ſubditorum exceſſus prudenter, ac diligenter intendant:
„ & nemo ſecularis Clericus, vel Regularis extra Monaſterium
„ degèns, etiam ſui Ordinis Privilegii prætextu, tutus cenſea-
„ tur, quominùs, ſi deliquerit, ab Ordinario loci, tamquam
„ ſuper hoc à Sede Apoſtolica delegato, ſecundum canonicas
„ ſanctiones viſitari, puniri, & corrigi valeat. Non per cenſuras, niſi quatenus ei jura permittunt; quia Delegatus non poteſt facultates ſuæ commiſſionis excedere: Textus in *cap. P. & G. per litteras lib. primo tit.* 29. *de Offic. & poteſt Jud. Deleg.* Etiam ſi Regularis ſit extra Clauſtra ſtudiorum cauſa Trid. *ſeſs.* 25. *cap.* 4. *de Regul.*: vel alio quovis modo, etiam ad erectionem Monaſterii, de ſui Superioris licentia, extra ſui Ordinis Monaſterium habitet, Piaſec. *cit. ſub numer.* 15. *verb. eoſdem Regulares*; cum licentia Superioris, ut notat Sperell. *num.* 19. operetur dumtaxat, ne committatur Apoſtaſia, non vero, quin ab Ordinario pro exceſſibus poſſit puniri Pignattell. *tom.* 10. Conſ. 135. *num.* 6. ac ex Genuenſi refert Piaſec. ibidem fuiſſe à Sac. Cong. declaratum his verbis
„ Regularis manens extra clauſtra de licentia Superioris,
„ etiam in domo deputata ad erectionem Monaſterii, niſi in

dicta

dicta domo ſit Regularis obſervantia, ut ſaltem vivat ſub Superiore conventualiter, poteſt puniri ab Ordinario. Genuen. *prax. cap.* 59. *num.* 2. Panimolla *num.* 16.

13 Quod quidem à fortiori extenditur ad vagos Religioſos, qui, cum abſque obedientialibus literis à propriis Conventibus recedunt, poſſunt, tamquam ſui inſtituti deſertores, ab Ordinario puniri, prout eidem in terminis concedit Trid. allegato *cap.* 4. per conjectionem in carceres, ſive habitum deferant, ſive non, Antonell. *cap.* 19. *num.* 3.

14 Item ad Regularem degentem extra Monaſterium in domo Parochiæ Monaſterio unitę, modo delictum ſit in concernentibus Animarum curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, tunc enim ex diſpoſitione Greg. XV. *Conſt. Inſcrutabili* ad Epiſcopum eundem punire ſpectat. Peyrin. *de Priv. tom.* 1. *ad* Conſt. Siſti IV. §. 11. *num.* 27.

15 Et ad Novitios in caſu fugæ à Conventu; & poſſe Ordinarium ad eorumdem capturam per ſuos Miniſtros procedere, ob delictum in ſeculo patratum, cum præſumatur in fraudem Religionem intraſſe, tradit Roderico *tom.* 2. *quæſtionum Regul. quæſt.* 63. *art.* 7. & Donat. *cit. quæſt.* 62.; Non verò extra caſus ab jure permiſſos, alias excommunicationem Canonis non evaderent ex *cap. Religioſos*, *de ſententia excommunicationis in* 6. *lib.* 5. *tit.* 11. verb. *Quamvis*.

16 Regulares, quomodocumque privilegiati, comprehenduntur ſub diſpoſitione Conſtitutionum Apoſtolicarum in concernentibus fidem Catholicam, ejuſque propagationem, ac S. Inquiſitionis Officium, hactenus per Sedem Apoſtolicam editarum, & de cætero edendarum Urb. VIII. *Conſt. cum ſicut accepimus Bull. Cher. tom.* 4.

Quorum item, quomodolibet privilegiatorum, de hæreſi culpabilium, poſſe Inquiſitores hæreticæ pravitatis cauſas cognoſcere, eoſque punire, voluit Pius IV. *Conſt. Paſtoris idem Bull. tom.* 2. & Paulus V. *Conſt. Romanus Pontifex tom.* 3. *pag.* 209. revocavit quaſcumque facultates Superioribus conceſſas, cognoſcendi cauſas ſuorum ſubditorum ad Officium Inquiſitionis quoquomodo pertinentes.

17 Nec

17 Nec poſſunt ſe privilegiis tueri, quin in eos, ſi hæreſes prædicaverint, valeant locorum Ordinarii, vti Sedis Apoſtolicæ Delegati, procedere. Trid. *ſeſſ. 5. cap. 2. de Ref.*

Cum etiam abſque licentia alloquuntur Moniales ex proviſione S. Conc. Conc. ad dubium: „ An Regularis abſque
„ legitima licentia accedens ad Monaſteria Monialium Regula-
„ ribus ſubjectarum, ibique in loco colloquiis deſtinato, cum
„ Moniali colloquens, à Diæceſano Epiſcopo, tamquam à Sede
„ Apoſtolico Delegato, cœrceri, & puniri poſſit? „ & cenſuit: *Poſſe. Bull.Cher. tom.3. ad Conſt.Inſcrutabili Gregorii XV.* Cui ab eadem Cong. ibidem in vim alleg. Conſt. conceditur, poſſe punire Regulares procedentes ad Abbatiſſæ electionem, vel eidem non prænunciato electionis die, vel ante tempus ſignificatum. Ex dictis *cap. Offic. quoad Abbatiſſe electionem*. Et in reſponſione ad tertium decimum ibidem declarat: *Conſtit u-tionem habere locum in omnibus delictis*, (à Regularibus nimirum commiſſis circa Clauſuram, aut perſonas, intra ſepta Monaſteriorum Monialium degentes) *non autem in notoriis tantùm, & cum Populi ſcandalo*.

Verùm, ſive ab Epiſcopo, ſive ab eorumdem Superiore, Regularium delinquentium corrigantur, & puniantvr exceſſus, id prudenter, & diligenter juxta Tridentini monitum *cap. 3. ſeſſ. 6.* exequi debet; & in caſu ad praxim deduci, quæ *cap. 1. de Refor. ſeſſ. 13.* pro utili Animarum regimine tradit Superioribus neceſſaria;

CAPUT XXI.

Officialis quoad Diœceſanam legem.

SUMMARIVM

1 *Concilia Diæceſana quolibet anno celebranda.*

2 *Ad ea tenentur accedere Regulares habentes curam Animarum.*

3 *Cauſa, cur debeant accedere?*

4 *Poſſunt per Eccleſiaſticas cen-*

Digitized by Google

cenſuras compelli.

5 *Cæteri Regulares non tenentur.*

6 *Quælibet lex ad bonum publicum ordinatur.*

7 *Lex extra Territoriũ ſtatuentis non ligat.*

8 *Conſtitutiones Synodales, an ligent Regulares?*

9 *Regulares tenentur ad jejunia ab illis inducta.*

10 *Obſervare debent feſta, & cenſuras Epiſcopales.*

11 *Synodus ſervanda quo ad tempus humationis cadaverum.*

12 *Solos Regular. habentes curã Animarum poſſunt Epiſcopi cogere ad intereſſendum lectioni caſuum conſcientiæ.*

13 *Quid propriè importet ſuſpenſio lata in Synodo contra Confeſſarios Regulares non accedentes ad caſuum conſcientiæ &c.*

14 *Differt lex juriſdictionis à Diœceſana.*

15 *Monaſteria ſunt exempta à lege Diœceſana.*

16 *Et à lege juriſdictionis.*

17 *Loca aliquã ſunt de Diœceſi, & in Diœceſi: & alia in Diœceſi, ſed non de Diœceſi.*

18 *Regulares poſſunt præſcribere contra exactionem Epiſcoporum.*

19 *Non tenentur ad Charitativum ſubſidium.*

20 *Nec ad Cathedraticum, vel Synodaticum.*

Singulis annis ex diſpoſitione Trid. *ſeſs.* 24. *cap.* 3. *de Refor.* ſunt per Epiſcopos celebranda Diœceſana Concilia, in quibus ea ſtatuantur, quæ ad moderandos mores, corrigendos exceſſus, & controverſias componendas conducant, quod obſervant Pignatel. *tom.* 1. *conſul.* 178. *num.* 7., & Engel. *Colleg.* 1
univer. jur. Can. lib. 1. *tit.* 33. §. 4. *num.* 47. Propterea leges, & Conſtitutiones ad præfatos effectus condere valent; eaque item ſancire, quæ pro recta adminiſtratione curæ animarum cenſent neceſſaria.

Ad quæ, vel Synodos, vocantur omnes, qui de jure intereſſe debent; & accedere tenentur, etiam Regulares ad Animarum curam deputati. Piaſec. *prax. Epiſc. part.* 2. *cap.* 1. *art.* 1. 2
num. 3., & *cap.* 3. *art.* 6. *ſub num.* 36. §. *iidem*, extendit etiam, ſi cura animarum ſit in ipſis Regularium Eccleſiis.

Quod his verbis Trid. loc.cit. ſtatuit: *Synodi quoque Diœceſanæ quotannis celebrentur, ad quos exempti, etiam omnes, qui alias, ceſſante exemptione, intereſſe deberent, nec Capitulis generalibus ſubduntur, accedere teneantur*. Et eſt certum, quod ſi Regulares curati non eſſent exempti, intereſſe tenerentur, ratione curæ Parochialis, ut ex iis, quæ ibi ſubdit, liquet, ratione *tamen Parochialium, aut aliarum ſecularium Eccleſiarum, etiam annexarum, debeant ii, qui illarum curam gerunt, quicumque illi ſint, Synodo intereſſe*.

Et id, ut per acceſſum ad Synodum, de iis, quæ fuerint in
Synodo decreta, informentur, ut ea noſcant, quæ ſui muneris
3 ſunt, & poſſint rationem ſuæ adminiſtrationis Epiſcopo viſitaturo
reddere. Cujus juriſdictioni, viſitationi, & correctioni in
iis, quæ dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem
reſpiciunt, per Trid. *ſeſſ.25.cap.11.de Reg.* & Conſt. Greg. XV.
Inſcrutabilis ſubjiciuntur. Et poſſe Eccleſiaſticis cenſuris per
4 Epiſcopos ad acceſſum compelli, tradit Peyrin. *de Priu. ad Conſt.*2. Julii II. *§.25. num. 65.*

5 Cæteri verò Regulares exempti, ſive Prælati, ſive ſubditi,
non tenentur, per Tridentinum ad Synodum accedere;
quia *Capitulis generalibus ſubduntur*. Quod item notavit Piaſecus
eadem part.2. cap.1. art.1. num.3. præſentim de exemptis
Mendicantibus. Nec compelli ab Epiſcopo poſſunt, prout Julius
II Conſt. *Virtute conſpicuos* apud Peyr. *loc.cit. conceſſit
Minimis?* & Clemens IV. Conſt. *Virtute conſpicuos Minoribus.
Bull. Cherub. tom. 1. §.25.*

Poſſent aliqui opinari, Regulares legibus, & Conſtitutionibus
Synodalibus ligari, eo quia ad obligationem legis in
non ſubditum inducendam, ſufficiat publica utilitas, verùm
hujuſmodi id ad concludenter probandum, nec ſufficit, nec
efficax cenſetur; aliàs, ut notat Sperell. *dec.188. num.77.* tota
6 Eccleſiaſtica exemptio ſubverertetur; cum quælibet lex natura
ſua ad bonum publicum ordinari ſit neceſſe, nè inutilis ſit.
Nec tamen eſt abſolutè reſolvendum Synodalem Conſtitutionem
omni vi carere ad obligandos exemptos; ex quo lex extra
7 Territorium ſtatuentis non liget, ut idem *deciſ.38.* tradit; &
Regu-

Regulares extra Territorium Synodi cenſetur, cum eorumdem Superior non ſit.

Sed diſtinguendum inter Conſtitutiones: Si ad Clericorum mores reformandos, & moderandos ſint inſtitutæ, his non ligari Regulares, firmant, Peyrin. *loc. cit. num.*77. Lezzan. 8
*Summ. quæſt. Reg. tom.*1. *cap.*11. *num.*13. Lantuſc. *verb. conſtitutio num.*5. Hasbenſ. *ſum. ſelect. quæſt. verb. conſtitutio num.*115. aliique. Si verò, actiones communes, devotionem totius populi reſpiciant, & Regulari obſervantiæ non adverſentur; inter quæ, quædam numerantur jejunia, feſta, & alia, Religioſos quoque ligant; non quidem debito obedientiæ, ſed jure naturali; quia cum & illi ſint partes, & membra illius populi, toti corpori, per citatos ibidem, ſe conformare tenentur.

Verùm quiquid ſit, an jejuniis per Synodales, vel Epiſcopi leges inductis ex ſola decentia, & ad vitandum in populis ſcandalum adſtringantur, ut vult, Hasbenſis, vel vi tantùm directiva, & ut ſe conforment cæteris, ut Donatus *Prax.* 9
*Regul. tom.*1. *part.*2. *tract.*15. *num.*4., id eſt certum, ſtricto obedientiæ debito iiſdem, quoad ea, quæ rectam Sacramentorum adminiſtrationem concernunt, aliaque in Conſtitutione *Inſcrutabili* Greg. XV. & *Superna* Clem. X. contenta, parere debere.

Et ad ſe conformandum ſecularibus in obſervatione cenſurarum Epiſcopalium, & feſtorum Diœceſis, præcipit Trid. 10
de Regul. ſeſſ. 25. *cap.*12. prout ſequitur: *Cenſuræ, & interdicta, ne dum à Sede Apoſtolica emanata, ſed etiam ab Ordinariis promulgata, mandante Epiſcopo, à Regularibus in eorum Eccleſiis publicentur, atque ſerventur. Dies etiam feſti, quos in Diœceſi ſua ſervandos idem Epiſcopus præceperit, ab exemptis omnibus, etiam Regularibus, ſerventur*; quod notavit etiam Engell. *Colleg. jur. Can. lib.*2. *tit.*9. *§.*2. *num.*8.

Eſt item ſervanda Synodus quo ad tempus humationis 11
cadaverum, ex reſponſione S.C. Rituum *in una Senogallien. ſub die* 22. *Junii* 1675. *ad Primum ſupplem. Theatr. Reg. verbo aſſociatio num.*5. *& cap. off. quo ad exequias num.*1.

Ad caſuum autem conſcientiæ interſſendum lectioni

nequeunt Regulares, niſi ſint Parochi, & curam animarum
12 habeant, de jure, per leges Synodales, & Epiſcopi cogi, ut
tradit Pignatel. *tom.1. conſult.*418.& Donat. *Prax. Regul.tom.1.*
tract.13. q.25. n.5. & in terminis firmavit ipſa S.C.C. *Sub die 3.*
Septembris 1630. *in una Foroſempronien. lib. decr.*19. *fol.*76. *v.*
cap. off. quo ad approbat: &c. num.25. Adeo ut ſuſpenſio à con-
feſſione lata in Synodo contra Confeſſarios Regulares ad eam
non accedentes, non ſit per Donatum *loc.cit. num.7.* propriè
13 ſuſpenſio, & cenſura; cum ex *cap. ut Animarum de Conſt. in 6.*
tit.2. ſtatuta Epiſcopi non obligant, niſi ſubditos, eoſque dum-
taxat cenſuris ligare valeant; præfati verò Regulares propter
exemptionis privilegium Epiſcopo non ſubduntur; ſed eſt
dumtaxat ex cauſa, rationabilis approbationis revocatio.
Unde *loc. cit.* Donat. notat, quod quamquam contravenientes
à munere audiendi Confeſſiones ſuſpendãtur, adhuc, ſi eo non
obſtante, adminiſtrent, irregulares non fiunt, licet peccent; &
invalidè abſolvunt, ob defectum juriſdictionis, & proinde ſe-
veriſſimè puniendi.

Ponderatur, & communiter recipitur differentia inter
14 legem juriſdictionis, & Diœceſanam, de quo magiſtraliter
Gloſ. *ad cap. Dilectus, lib.1. tit.31. de offic. Jud. ord. in ver. de
lege juriſdictionis*; ad quam pertinent ea, quæ in dando con-
ſiſtunt, prout quoque ſcripſit Engel. *de privileg. Monaſter. pri-
vil.3. num.1.*, quæ ſcilicet Epiſcopus dare debet: ſive ſint de
poteſtate ordinis, ut dare ordines, conſecrare Eccleſias, Alta-
rià, confirmare &c. (quæ dicuntur ad juriſdictionem ſpectare,
hujus accepto vocabulo minus rigide, quatenus ſcilicet non
poteſt Epiſcopus poteſtatem ordinis exercere, niſi in quos ju-
riſdictionem habet), ſive de poteſtate juriſdictionis in ſenſu
proprio, ut conferre Beneficia, dare curam animarum, cor-
rigere, viſitare, citare, & ſimilia, ibi videnda. Ad legem
verò Diœceſanam pertinet vocare ad Synodum, & quæ in re-
cipiendo conſiſtunt, vel quorum recipiendorum Epiſcopus
jus habet, ut exactio Cathedratici, Synodatici, ſubſidii Cha-
ritatiui, quartæ mortvariorum, quartæ decimarum &c. pro-
ut expreſſe *ibid.* Gloſ., & Engel.

Ab

Ab iſtis, aliiſque ad legem Diœceſanam ſpectantibus, & ab ipſamet lege, omnia Monaſteria ſunt libera, *cap. ſi ex Laicis* 15
10. quæſt. 1. cap. cum pro utilitate 16. quæſt. 1. cap. quam ſit 18. quæſt. 2., & cap. ſervitium ibid; ubi quoque concordat Gratianus, qui ſpecificans canonica jura, à quibus omnibus Monaſteria ſunt libera, per ea intelligit, exactiones Synodales, ad Synodum ire, annuas exactiones, mulctationes peccantium, prout ibi pleniùs habetur.

Et non modo à Diœceſana, verum, & ab illa juriſdictionis, niſi contrarium expreſſe legatur ſtatutum, & Epiſcopis 16
conceſſum, *de quo cap. off. quo ad exemptionem &c.*, ut tradit Pignatel. *tit.* 10. *conſt.* 106. *num.* 18. ex quo nulla ſit lex juriſdictionis, accepto vocabulo proprie, quæ non ſit Diœceſana, nec lex Diœceſana detur, quæ non ſit, vel juxta Gloſ. *ad alleg. cap. Dilectus, & cap. Audiſtis in ver. Diœceſana de præſcriptionibus lib. 2. tit. 26.* non comprehendat illam juriſdictionis; quæ ad loca extenditur, quæ ſunt in Diœceſi, & de Diœceſi, non vero ad ea, quæ, licet in Diœceſi exiſtant, intra nimirum ipſius limites, propter exemptionem tamen de Diœceſi non 17
ſunt, per ea, quæ tradit Fagnan. *cap. Paſtoralis, de his, quæ fiunt à Prælato &c. num.* 34., & Engel. *lib. 5. tit.* 33. *§.* 4. *num.* 23. *Colleg. Jur. Can.*

Unde Monaſteria fundatam intentionem in jure habent, ut, ſi ab ipſis aliqua exigantur, quæ ad legem Diœceſanam pertineant, non ipſa ſuam exemptionem, tamquam ex jure communi notam, ſed Epiſcopus ſubiectionem, & exceptionem à Regula probare debeat; poſſeſſor enim per adnotata à Gloſ. *ad cit. cap. ſervitium in ver. uſque ad hoc tempus*, nihil tenetur probare de jure ſuo, ſed adverſarius probabit eſſe indebitum, & quamdiù ſub quæſtione erit, an talis præſtatio ſit debita, ſemper erit poſſeſſor in poſſeſſione, ut expreſſe *text. in cap. volumus* 16. *quæſt.* 4.

Contra Epiſcoporum exactionem, & jura poſſunt Monaſteria ex Engel. *alleg. Privileg.* 3. *num.* 4. præſcribere, ob inde alimenta tempore viſitationis eis debita *ex cap. ſopitæ de cenſibus lib.* 3. *tit.* 39. præſtare non tenentur; cum id hodie in deſue- 18
tudi-

tudinem abierit, & contra hujuſmodi exactionem Conventus præſcripſerint; quod verò talis præſcriptio valeat, & curſu quadraginta annorum compleatur, eſt text. expreſſus, *cap. de quarta de præſcriptio. lib. 2. tit. 26.*

19 Dubium poteſt eſſe de charitativo ſubſidio, quod Epiſcopi pro publica neceſſitate, vel utilitate ſuæ Diœceſis, vel Eccleſiæ Cathedralis à ſubditis ſuis Eccleſiaſticis exigere poſſunt, *ex cap. cum Apoſtolus de cenſibus, §. probibemus*: An à Monaſteriis quoque petere poſſint? Pro affirmativa facit text. in Clem. 1. *de exceſſib. Prælator.*; ubi legitur: *quod Epiſcopi in exigendo charitativo ſubſidio ab exemptis, eorumque ſubditis, excedunt nimium contra eos*; quæ videntur innuere, quod moderatum ſubſidium à Monaſteriis, & quibuſcumque exemptis exigi valeat; negativa tamen, quemadmodum verior, ſic debet eſſe communis: maxime quià charitativum ſubſidium accenſetur legi Diœceſanæ ex Innoc. *in cap. 1. de ſtat. Monacbor. num. 2.* apud Engel. à *num. 5.*, & non habetur expreſſa exceptio, quin abeo Monaſteria ſint exemptia; ipſaque Clement. alleg. text. ſumit interpretationem ex Clement. 1. *de cenſib. lib. 3. tit. 13.*; & intelligitur de Monaſteriis, & exemptis, habentibus Parochias, quæ exemptæ non ſunt; & à quibus, priuſquam ad Monaſteria pervenirent, jura Epiſcopalia perſoluta ſunt, quæ propterea cum ſuo onere ad Monaſteria deſcenderunt, niſi, vel privilegio, vel præſcriptione aliud obtinuerint, *cap. ex ore de privileg. lib. 4. tit. 33.*

20 Sunt quoque Regulares exempti, & abſoluti ab onere ſolvendi Cathedraticum, id ſcilicet, quod Clerici Epiſcopo ſuo annuatim Cathedralis honoris cauſa pendunt, juxta Calvinum *Lexicon Jurisdic*; & Gloſ. *ad cap. conquerente tit. alleg. de off. Jud. ord. in ver. duos ſolidos*; ubi notat quandoque appellari Synodaticum, quia in Synodo datur, & debetur in ſignum ſubiectionis, & in honorem Cathedræ per Piaſec. *prax. par. 2. cap. 2. art. 2. num. 13.* qui poſt Confeſſ. *ſum. privil. Ord. Mend. par. 2. tit. 5. cap. 3.* ſimat ad id Regulares non teneri, propter exemptiones particulares.

CAPUT

CAPUT XXII.

Officialis quo ad Electionem Prælatorum.

SUMMARIUM.

1 *Ad electionem vocantur habentes jus eligendi, & n.4.*
2 *Confirmantur electiones legitimæ* num.26., & 27.
3 *Tempus ad appellandum cõtra validitatem electionis præfigitur* cap. ut circa.
4 *In citatione dies certa electionis apponitur.*
5 *Si citati non compareant, cæteri ad electionem procedunt.*
6 *Abſentium vota, per Procuratorem nõ ſupplentur.*
7 *Carent voce ſacris non initiati: declara ex* Decreto S. Cong.
8 *An in Ord. Min. de Obſer. Laici poſſint eſſe Guardiani?*
9 *Vota debent cadere in perſonam determinatam.*
10 *Electiones canonicæ fiunt per vota ſecreta: & alia plura uſque ad* num. ſeq.
11 *An ſuffragia debeant dari in ſcriptis?*
12 *Immittẽs in urnam ſchedulam albam cenſetur renũciare juri ſuo.*
13 *Libertas eſt de ſubſtantia electionis, & ad duos, vel tres non debet reſtringi.*
14 *Electio eſt aſſumptio unius ex pluribus.*
15 *Præſidi non creditur, ſi aliquẽ excludat, &* num.29.
16 *Per ſubornationem læditur libertas.*
17 *Et per pacta.*
18 *Pœnæ contra ſubornantes, per literas* Clem. VIII., & B. Pii V.
19 *Tractatus conſultorii electionibus præmittuntur.*
20 *Juratur de eligendo magis digno: & plura ibi.*
21 *Quis cenſeatur dignor in ordine ad Prælaturas?*
22 *Reprobatur Hasbenſis.*
23 *Ineligibiles in Ord. Min.*
24 *In Prælatorum electionibus poteſt comitti ſimonia; dantur exempla, & plura ſcitu digna notantur, uſque ad num. ſequen.*
25 *Ad electionem canonicam ſuf-*

ſufficit major pars Capituli ex Clement. Exivi.
26 *Non confirmatus non miniſtrat.*
27 *Generalis Min. ſtatim confirmatur à Sede Apoſtolica.*
28 *Quando inhabilis eligens vitiet electionem?*
29 *Sententiæ non pronunciantur in ipſo actu electionis.*
30 *Tempus electionis ad unicum diem reſtringitur.*
31 *Quorumdam electiones, in Ord. Min. de Obſer. quomodo faciendæ.*
32 *Quãdo Provincialis habeat deciſivum.*
33 *Procurator Generalis, & Commiſſarius Curiæ eliguntur per ballotationem.*
34 *Sexennio durant ex Conſt. Innoc. XII. Sacroſancti.*
35 *Ejuſdem Conſt. ſuper electione Procuratoris Generalis Reformatorum.*
36 *Miniſtri Generales prærogativis fruuntur, etiam non expleto ſexennio, per Breve* Clement. X.
37 *Sexennio durant.*
38 *Cauſæ renunciationis cognoſcuntur à Definitorio.*
39 *Miniſtri Provinciales &c. ſexennio vacant.*
40 *Vacantia Superiorum, & Officialium Generalium ſexdecim annos abſumit.*

POtiſſima vis electionis, ejuſque ratio, ut à collatione, inſtitutione, & deputatione ſecernitur, in votis Capitularium, ſeù Eligentium conſiſtit, ut tradit Engel. *Colleg. univ. Jur. Can. lib.* 1 *tit.* 5., cui ſubſcribens Ameno *pract. crim. tit.* 2. §. 1. *num.* 24. *pag.* 78. addit: Electionem canonicam exigere eſſentialiter, quod ſit facta à Collegio, ſic, ut ſi ab uno dumtaxat habente facultatem eligendi, eamque confirmandi, ſit facta, creatio, & collatio, non verò electio, dicatur.

Ideo ad electionem ſunt vocandi, quotquot habent de jure
1 jus ſuffragandi, & ſunt in quieta poſſeſſione eligendi, ut tenent Doctores communiter; ex *cap. Quia propter de Elect. lib.* 1 *tit.* 6., & ibi videnda Gloſſa *ver. qui debent*; adeout, ſi vel unus, qui de jure, aut conſuetudine vocari debuiſſet, vocatus non ſit, poſſit agere de contemptu, & electionem irritare, ex notatis per Engel *ibidem* §. 1. *num.* 11. niſi ob bonum pacis velit electioni conſentire, & non contradicere.

Etiam

Etiam poſtquam fuerit confirmata, per Layman. *qq. Canon. de Prælatorum electione cap. 4. quæſt. 40.* quia confirmantur electiones, non quæcunque, ſed legitimæ. Limitatur tamen, ſi contemptus ante confirmationem, ſciens electionem factam 2 nihil opponat; cum in caſu cenſeatur tacitè approbare, & juri ſuo renunciare, ut poſtea non ſit audiendus. Imo contemptus ratam poteſt habere electionem: quæ non eſt caſſanda, ſi ipſe taceat, & ratam habeat, ut tradit Paſſerin. *de electione can. cap. 11. num. 119., &* Sperell. *deciſ. 181. num. 43. addens num. 47.*, modo electio, habito reſpectu ad contemptos, fuerit facta à majori parte, alias remaneret nulla.

Tempus ad opponendum per appellationem diſponitur capite *Concertationi de Appellationibus in 6. lib. 2. tit. 15.* ad decem dies. Et forma ab jure ſtatuta, ſervanda ad opponendum electioni, habetur, ut notavit Pignatell. *tom. 10. conſul. 42. num. 3. cap. ut circa de electione in 6. lib. 1. tit. 6.* ubi in terminis: „ „ Appellantes in inſtrumento publico, ſeu literis ſuper appellatione confectis, omnia, & ſingula exprimant, quæ in 3 „ forma intendunt obiicere, vel perſonas coram perſonis authenticis, aut perſona, quæ ſuper hoc teſtimonium perhibeant veritati, coporali præſtito juramento, quod credunt ea, quæ ſic exprimunt, eſſe vera, & ſe poſſe probare. „

Dici non poteſt contemptus, & nulla injuria irrogatur ei, qui manens in Conventu, ad effectum Capituli electo, ſi ad locum electionis cum aliis non acceſſerit, utpote, ſicut cæteri, & ipſe per ſonum Campanæ vocetur Pignatell. *num. 17.*

Etiam abſentes eſſe citandos, niſi ſint valdè remoti, & poſſint commodè intereſſe, tradunt cum aliis Layman. *citat. quæſt. 36.*, & Engel. *num. 11. ex cap. cit. quia propter*; exprimendo ad effectum electionis vocari, ut ſic vocati, vel greſſus accelerent, vel dè impedimento doceant; cum præfixione temporis pro electione determinati, & ſufficientis, ex notatis à 4 Pignatell. *conſul. 18. num. 4.* Alias ſi dies certa electionis in citatione omitteretur, ſingula poſt eam geſta, vitio nullitatis ſubiacerent; cum talis ſint generis ea, quæ, prævia citatione certam diem non continente, exequuntur. Et tempus non de-

bet eſſe ita breve, ut impoſſibile ſit in eo comparere; alioquin
pro non facta citatio cenſetur, ut tradit Bonifacius VIII. *ex-
travagant. Rem non novam de dolo, & contumacia lib.2.* Et non
ſolùm tribus diebus ſunt expectandi, ſed quot erunt pro iti-
nere neceſſarii, niſi eſſet in doloſa mora, quia juxta regulam 26.
in 6. *mora ſua cuilibet eſt nociva*, & notavit Sanctoro *ſuper ſta-
tuta S. Franciſci cap.8. ſtat.36. pag. mihi* 641.

Aſſignato termino ad eligendum præfixo, & ad compa-
rendum ſufficiente, poſſunt cæteri ad electionem procedere,
5 quamquam alii non acceſſerint; cum propter eorum abſen-
tiam ſuo jure non priventur, præſertim quia; ſi ideo eſſet ele-
ctio retardanda, poſſet id ſæpe propter aliquorum malitiam
in certum Religionis damnum contingere, ut ibidem *ſtat.*19.
idem obſervavit Sanctoro: Et Hasbenſ. *num.*176., extendens,
etiam ad caſum, quo aliqui in loco electionis cum cæteris con-
gregati, ex eo irrationabiliter exeunt. Tunc enim cum Ele-
ctoribus amplius non computantur per Roderic. *reſol.*58.*verb.
de Electione Prælatorum num.*13., & remanentes jure ſuo uti
poſſunt, & ad electionem procedere, quod præter ipſum docet
Layman *qu.*39.; apud quos, & Engel.*num.*12. totum jus eligen-
di reſidet; & univerſam Religionem repræſentant, Sanct. *alle-
gato, ſtat.*19.

Abſentium vota per Procuratorem ſuppleri non poſ-
ſunt, ut cenſuit Sac. Cong. Concil. in una *Bulgariæ, die 3. De-*
6 *cembris* 1644. *ad cap.25. de Regul.* apud Pignatell. *tom.*1. *Con-
ſul.*28. in terminis Regularis ob paupertatem impotentis ſe
transferre ad locum Capituli; & eadem Sacr. Congreg. *cenſuit
cavendum, ne deinceps Titulares conſtituantur ad effectum ele-
ctionis faciendæ, aut voces, & ſuffragia abſentium ſuppleantur
lib.*12. *decret. fol.* 149. Et cùm Trid. *ſeſſ.*25. *cap.*6. *de Reg.* id
etiam prohibeat, intelligendum eſt ex Pignatell. *tom.*10. *Con-
ſul.*77. *num.*16. id eſſe interdictum Præſidi Electionis, vel Ca-
pitulo, ſic, ut nequeant propria authoritate Vocales Titula-
res, alioſve ad effectum electionis inſtituere, & ſimili modo
abſentium ſupplere vota; cum hujus generis electiones, nec
ſecundum Deum ſint, & in Religionum perniciem ſæpius
contin-

contingant. Nec ſequitur tolli Conſtitutiones Ordinum de ſubrogatione (præſertim per Sedem Apoſtolicam approbatas) cum in caſu vota non ſuppleantur authoritate Præſidis, cui ſit voluntarium aliquos ſibi bene viſos in fraudem electionis aſſumere, ſed neceſſitate legis, taxantis ſubrogandorum qualitates, & genus.

In electione, actibuſque Capitularibus vocem non habent, qui ad Subdiaconatus Ordinem non ſunt promoti, prout expreſsè diſponit Trid. *ſeſſ.22.cap.4. de reform.* „ Quicum-
que in Cathedrali, vel Collegiata Seculari, vel Regulari Ec- „
cleſia divinis mancipatus officiis, in Subdiaconatus Ordine, „
ſaltem conſtitutus non ſit, vocem in hujuſmodi Eccleſiis in „
Capitulo non habeat, etiam ſi hoc ſibi ab aliis fuerit conceſ- „
ſum „ Et quia dubitabatur, an Decretum comprehenderet Monaſteria Regularium, ſive Religioſos Clauſtrales? Sacra Cong.Conc. die 1. Februar.1653. in una *Tertii Ord.S.Franciſci Congreg.Gallicanæ* apud Pignatell.*tom.1.conſult.*224. cenſuit *cap.* 4. *ſeſſ.* 22. „ Comprehendere, etiam Regulares Mendi-
cantes; itaut Regulares, qui non ſunt in Ordine Subdiacona- „
tus vocem habere non poſſint in Capitulis, & actibus Capitu- „
laribus, ſi in Conſtitutionibus ejuſdem Religionis aliter ex- „
preſsè non caveatur. „

Quod deinde iterum eadem Sac.Cong. declaravit in una *Præmonſtratenſi*, in qua quærebatur: „ An Profeſſi Ordinem
Præmonſtratenſem, ſed in Ordine Sacro minimè conſtituti, „
poſſint in Electione vocem habere? & quatenus *negativè* reſ- „
pondetur: quæritur? „

„ An pœna nullitatis Electionis, & privationis vocis
activæ, & paſſivæ contra admittentes ad ſuffragia ferenda pre- „
narratos Profeſſos in Ordine Sacro non conſtitutos, ſtatuenda „
ſit, ut petitur? *Sac.Cong.&c. die* 23. *Ianuarii* 1666. reſpondit, „
ad primum *negativè*: ad ſecundum *affirmativè*.

Unde eo decreto, Regulares quoque comprehenduntur, & ſententia Bellarmini *ad d.cap.Conc.*, & Roderici *qu.*52. *art.*5. *tom.*2. ex adverſo ſcribentium, limitanda eſt: quando Statuta Religionis Regularibus, ſacris non initiatis, in ſpecie conce-

derent, ut vocem haberent in Capitulo; quia Concilium hujuſmodi caſum non comprehendit, prout ex primo Decreto liquet; & aliàs ipſa Sacra Cong. *die* 22. *Maii* 1577. apud citat. Pignatellum firmavit, ut infra. „ Sacra &c. cenſuit, ſi Con-
„ ſtitutionibus Religionis caveatur, etiam ſacris non initiatum,
„ poſſe quemlibet Profeſſum, habere vocem in Capitulo, non
„ prohiberi à Conc.Trid. quin eam habeant, etiam, quod in Sa-
„ cris non ſint; quoniam dictum Decretum Conc. *ſeſſ.* 22. *cap.* 4.
„ non comprehendit Monaſterium Regularium; ſed Eccleſiæ
„ Regulares, de quibus ibi eſt ſermo, ſunt Cathedrales, ut Pam-
„ pilonenſis, Calaguritana &c. vel Collegiatæ Regulares, ut ſunt
„ multæ in Hiſpania. „ Et licet in Ord.Min. de Obſerv. Statut. General. *cap.* 8. §. 43. *num.* 13. *ex Valliſolet.* referant, *Poſſe Laicum ex probata, & veteri conſuetudine eligi in Guardianum, ſi Patribus Definitorii videbitur*. Id tamen non eſt abſolutè practicandum, & in Provinciis Galliæ nullo modo, cum Laicorum
8 earumdem prætenſio fuerit rejecta in Capitulo Generali Romano de anno 1625. cujus reſolutio fuit poſtea confirmata à Sac.Cong.Regul. edito Decreto eodem anno 4. Auguſti, & perpetuo ſilentio iiſdem impoſito ſuper prætenſione vocis activæ, & paſſivæ, cujus ſe eſſe capaces aſſerebant ex verbis *cap.* 7. *Regulæ*: *Miniſtri verò, ſi Presbyteri ſint*: non attendentes, quod præter Laicos ſint Clerici. Marchant. *in allegat. cap. tit. unico quæſt.* 1. *concl.* 1. *Reſpondeo ſecundo. Orb. Seraph. tom.* 1. *lib.* 3. *pag. mihi* 457. *colum.* 1. ubi notatur Capit.Gen., & Sac.Cong. præcitata Decreta ab Urbano VIII. Conſtit. *Exponi nobis ſub die* 16. *Aprilis* 1630. fuiſſe confirmata, & approbata: facto præcepto, quòd omninò acquieſcerent, & contumaces à ſuis reſpectivè Prælatis corriperentur.

Vota alternativa, ut *eligo Petrum, vel Paulum*: & condi-
9 tionata, ſi conditio ſit de futuro ſuſpendens actum, ut, *Eligo Petrum, ſi in eum major pars Capituli conſenſerit*: & incerta, *ut illum eligo, quem Paulus eligit*: & vaga *ut eligo individuum naturæ humanæ*, pro non datis habentur, & reprobantur *capite in Electionibus de elect. in 6. lib.* 1. *tit.* 6., & notat ibi Gloſſa, ea eſſe ipſo jure nulla, ſic, ut tota poteſtas eligendi apud

eos ſit, qui purè, & abſolutè elegerunt.

Prælatorum electiones per vota ſecreta debent fieri; & ſic, ut nomina eligentium nunquam publicentur, per diſpoſita, alleg. *cap. Quia propter*, & à Trid. *ſeſſ. 25. loc. cit.* eo fine, *ut omnia* 10 *rectè, & ſine ulla fraude fiant*; &, ut ſignificaret id ad formam ſubſtantialem electionis pertinere, appoſuit, (ſed prius eo alleg. cap.) clauſulam Decreti irritantis: irritam declarando quamcumque electionem aliter factam, prout notavit Sperell. *deciſ.* 161. *num.* 8., & 31. ibidem cum aliis notans ejuſdem Decreti clauſulam ipſo jure actum ſecus geſtum annullare; addens *num.* 11. omnem in contrarium tollere conſuetudinem; quia non datur locus conſuetudini contra decretum irritans, Donat. *tom.* 1. *tract.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 3. Nedum in præteritum, prout Hasbenſis *loc. cit. n.* 184., & Rota coram Rojas *deciſ.* 118. *num.* 24. *tom.* 2. *par.* 5. *deciſ. Recent.* Quare electio facta cum publicatione voti, unius dumtaxat Electoris, ut certo inde ſciri poſſit, cui ſuffragium dederit, ſtatim corruit, & ipſo jure eſt nulla: ex non ſervata forma ejus ſubſtantiali in præfato voto, ut firmant Doctores, Sanct. *cit. cap. ſtat.* 4. Pignatell. *conſult.* 77. Hasbenſis ibid., Sperell. *deciſ.* 161. *referens num.* 21. ex Vaſquez rationem, quod res perfecta non eſt, ſi aliqua ex parte forma deſit, per quam conſtituitur, cum perfectum id ſit, quod omnibus ſuis partibus conſtat. Quod intelligendum, ne dum, ſi totum Capitulum conſentiat, vel unicum votum permittat manifeſtari; ſed etiam, ſi quis privatè, & ſine conſenſu Capituli, ſuam ſchedulam publicet; quia defectus formæ ſubſtantialis, ex Sperell. *num.* 22. inficit abſolutè electionem, undecumque proveniat. Et utrumque videtur eſſe contra diſpoſitionem Conciliarem, non diſtinguentem publicè, vel privatim, & exigens vota debere eſſe ſecreta; & ſicut ex Gloſ. *in cap. Quia propter* non valet depoſitio teſtis, niſi ſecreto deponat; (& hoc exigitur, ut liberiùs veritatem dicat) ſic in caſu.

Etiam ſi manifeſtatio contingat ignoranter, & per errorem, quia Decretum irritans, etiam ignorantes ligat *cap. Dudum de præbendis in* 6. §. *Et quia Decretum lib.* 3. *tit.* 4., & *cap. Quodam ibid.*; & ex clauſula, quæ apponi ſolet in *Conſtit. Pon-*

tiſ. prout ſequitur: *ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis autboritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.* Et apud Sperell. *num.*31. *alleg. deciſ.*161., & per Panimolla *deciſ.*60.*num.*33. operatur nullitatem uſque ab initio; dumque agitur de nullitate actus, ignorantia non excuſat. Ignorantia ad ſummum facit, quod publicans, pœnas ſtatutas non incurrat, ex Gloſs. ad Text. Clem. *Nolentes de Hæreticis, verb. ex nunc.* Sperellus. *num.*32.

Publicatio voti, ut concludat electionis nullitatem, pernotata à Pignatell. *num.*15., & Hasbenſ. *num. cit.* debet eſſe, vel in ipſo electionis actu, vel priuſquam publicetur, aut incluſivè ante confirmationem. Unde ſi poſt iſtam contingat, electioni, per Sanctoro, non nocet, cum jam ſit canonicè facta, & in rem judicatam tranſierit. Noceret tamen, ſi in literis electionis nomina Eligentium exprimerentur, quamquam in ſcrutinio fuerint ſecreta, Pignatell. *num.*13.

Limitatur ab iiſdem, & Sperell. *num.*13. Rodric. *tom.*2. *queſt.*51. *art.*9. in caſu, quo quis in fraudem electionis, & ad eam infringendam, ſuum votum publicat; etenim tunc electio ſubſtinetur, ne fraus, & dolus præfato patrocinetur, & in poteſtate cujuslibet ſit, electiones ad præſcriptum Canonum celebratas, propria malitia vitiare. Quod ſignificat Paſſerin. *de elect. canon. cap.*17. *de ſecreto electionis num.*13.

Item, dum quis, aut per errorem, aut malitiam alteri ſecretò ſuam ſchedulam oſtendit; dummodo hujuſmodi manifeſtatio, nec vere ſit, nec præſumatur cauſa, cur potiùs iſte, quam alter ſit electus ex Sperell. *num.*36.

Ubi electiones fiunt per ſchedulas, non officit electionis
11 ſecretò, quod quis ſuum votum ex ignorantia non ſcribat, & ad ſcrutatores accedens, ore, ſecretò tamen, & ſic, ut à cæteris de Capitulo non audiatur, dicat: *Eligo in Provincialem &c.* ſicut ſecretæ, canonicæ, & validæ apud omnes ſunt electiones per Moniales, oretenus factæ. Ideo non eſt neceſſe, ut ſuffragia dentur in ſcriptis, ita obſignata, ut nec Scrutatoribus innoteſcat nomen Suffragatoris, niſi aliter ex notatis à Pignatell. *num.*13. per Conſt., vel Apoſtolicas, vel particulares Religio-

gionum, ſit diſpoſitum; Ut videtur eſſe apud Minores de
Obſervantia ex Conſt. Sixi V. incipit. *Et communis cura edi-
ta* 29. *Julii* 1587. apud Roderico *Coll. Privil. Apoſt. pag. mi-
hi* 494., præſcribentis electiones ſemper faciendas eſſe per ſche-
dulas obſignatas, cum appoſitione Decreti irritantis: Etenim
notat Paſſerinus *loc. cit.* non eſſe contra ſecretum electionis,
nec contra formam Trid., quod Scrutatores ſciant Eligentium
nomina, cum in ſcrutinio auriculari ipſis nomina Eligentium
ſint nota; limitat tamen, ut non verificetur, ſi cum Decreto
irritanti præcipiatur eligere per ſchedulas omnino obſignatas
ſic, ut nec Scrutatoribus innoteſcat nomen Suffragantium.

Non irritatur electio, ſi quis per errorem, vel malitiam
ſchedulam albam mittat in urnam, ut docet Lezz. *Sum. qq. Re-
gul. tom. 1. cap. 15. de electionibus num. 18.* Roder. *reſol.*, *& num.* 12
cit. Hasbenſ. *num.* 186., quia cenſetur tunc ſuo juri renuncia-
re, & nolle ea in electione vocem activam habere, & eſſe de
numero Electorum

Irrita, & nulla eſt electio, cum ab Electoribus libertas
ſuffragandi tollitur ex Cabaſut. *Theor. juris Can. lib. 2. cap. 24.*
num. 7 nam in omnium ſententia, libertas eſt de eſſentia, &
ſubſtantia electionis, ſine qua ſubſiſtere nequit; & expreſſè 13
habetur *cap. ubi Periculum de electione in 6. lib. 1. tit. 6. §. Cæte-
rum*, ubi: *ceſſat electio, dum libertas adimitur eligendi*. Ideo nul-
la eſt electio ſine authoritàte Apoſtolica reſtricta, & limitata
ad tres, vel quatuor, excluſis cæteris, ex adnotatis à Roderico
reſol. 58. Hasbenſ. *num.* 185. Mirand. *Manual: Prælat. quæſt.* 10.
tit. 2. art. 22. concl. 2. Pignatell. *conſ. 77. num.* 9. Cabaſut. *ibid.
num.* 9. Peyr. *tom. 3. de Privil. additam. ad* Conſt. Clem. VIII.
cap. 9. num. 19. refert Sacræ Congregationis Concilii reſpon-
ſum ad Dubium: *An ſtante libertate electionis liceat Prælato
Regulari proponere duos, vel tres, ex quibus neceſſariò eligatur
unus? S. C. cenſuit non licere. lib.* 12. *Decr. fol.* 136. Et quam-
quam per DD., & Roder. *ibid cit.* non dicatur reſtricta, ſi li-
mitetur ad aliquod genus perſonarum, ut ad Magiſtros, Lecto-
res &c., vel ad certam Nationem; & valeat ex Donat. *quæſt* 10,
ſicut illa Pontificis, qui de Collegio Cardinalium aſſumitur;
intel-

intelligendum tamen per Sanctor. *ſtat.* 14. dum arctatio particulares perſonas non reſpicit; nam ſi ex Natione, unus dumtaxat eſſet dignus eligi, electio non eſſet aſſumptio unius ex pluribus, nec Electores dicerentur liberè eligere, cum libertas
14 ſine indifferentia non ſit; & hæc duo ad minus requirat, ut ad unum magis, quàm ad alterum determinetur per Pignatell. *tom.*, *& conſul. cit.* Donat. *tom.* 2. *par.* 1. *tract.* 1. *queſt.* 9.

Ex quo ibidem notat *Sanctor.* mortaliter Præſidem peccare, ſi electiones arctet; cui credendum non eſt, ſi aliquem, juris ordine non ſervato, excludat, aſſerendo eſſe indignum
15 Prælatura, prout tradit Ameno *pract. crim. tit.* 12. *quæſt.* 5. *num.* 29. & ejuſdem electio ex eodem *ibid.*, & alterius à Præſide non nominati, ſi contingat, valet, ex *Roderic.* Non ſuſtinetur tamen illius à Præſide nominati, ſi nominatio fuerit cauſa, cur ipſe ſit electus, ut *ſtat.* 36. *Sanct.* notavit.

Læditur electionis libertas, cum aliqui per ſubornationem, toto conatu, & viribus, Suffragatores moraliter cogunt ad ferenda Suffragia pro uno determinato, aliis relictis,
16 ut optimè notavit, aliis cumulatis, Pignatell. *num.* 7. Sive id minis, & contumeliis obtineant, ſive promiſſis, & donis extorqueant, ſive importunis, & aſſiduis precibus, cæteriſque aptis ad quorumlibet conſtantes movendos animos, lucrentur; aut metu, etiam reverentiali, aliove modo interdicto aſſequantur; etenim non eſt dubium id per ſubornationem obtineri, conſequenter libertati adverſari, ut cum aliis docet Lezzan. *cit. num.* 21.

Item, cum quidam ante electionem mutuo paciſcuntur:
17 *Elige me in Generalem, & ego eligam te in Provincialem*, quia in caſu ſuffragia, non liberè, ſed ex obligatione pacti, per Pignatel. *cit. tom. conſ.* 44. *num.* 30. darentur.

Contra Subornatores, Conſt. *Nullus omnino Bull. Cher. tom.* 3. pœnas Clemens VIII. appoſuit, ut infra: „Ut omnis
„ officiorum ambitus occaſio præcludatur, caveant omnes à
„ directa, vel indirecta vocum, ſeu ſuffragiorum procuratio-
„ ne, tam pro ſe ipſis, quàm pro aliis, tum in Capitulis loco-
„ rum, tum in cæteris, præſertim Generalibus Capitulis, aut

Con-

Congregationibus, ſeu alibi. Quicumque ſecus fecerint, 18 præter alias pœnas, & cenſuras, hactenus contra huiuſmodi „ ambientes inflictas, quas in ſuo robore permanere volumus, „ in pœnam privationis officiorum, quæ obtinent, eo ipſo incidant, & ad futura quæcumque pariter inhabiles habeantur, „ ſuper quo cum eis diſpenſari à nemine poſſit, niſi à Nobis, „ vel Succeſſoribus Noſtris, & pro qualitate culparum, graviùs „ etiam plectantur. Porrò ſupradictas omnes pœnas ad Complices, ac ſimpliciter ſcientes, & non revelantes extendimus. „ Et Pius V. Subornatoribus, in Ordine Min. de Obſ. alias addit, ut in Conſtit. Paſtoralis. *Bull. Cherub. tom.* 2. ubi §. 4. diſponitur: „ Qui verò in electionibus omnibus, vel ante „ eas per ſex menſes, pro ſe, vel pro alio, ſubornaverit, ex- „ communicationis ſententiam ipſo facto incurrat, à qua, niſi „ à Romano Pontifice, pro tempore exiſtente, præter quam in „ mortis articulo, abſolvi non poſſit; ac voce activa, & paſſiva „ perpetuò careat; Subornatus, vel alius etiam, pro quo ſub- „ ornatio fiet, qui Subornantem non detulerit, eamdem pœ- „ nam incurrere cenſeatur. „ Cui acceſſit Conſtitutio decla- „ ratoria Gregorii XIII. *Conſuevit Romanus Pontifex ibid.* tribuentis §. 6. Miniſtro, & Commiſſario Generalibus facultatem abſolvendi ab ea excommunicatione, quando de ipſis non agitur; Et revocantis diſpoſitionem Pii, eam pœnam extendentis ad ſubornatum, & alios, qui Subornantem non revelaverint.

Cæterum electionibus præire, & præmitti debent tractatus Conſultorii, in quibus diſcutiantur merita, partes, & qualitates Eligendorum: & ita neceſſariò, ut electio aliter facta, non valeat ex diſpoſitione *Cap. Cum in veteri de electione* 19 *lib* 1. *tit.* 6. & ibi Gloſſa *verbo in tractu*, ait: tractatus debere haberi antè electionem; &, ſi non præmittantur, electio caſſatur; & textus non dicit electionem eſſe ipſo facto nullam: *Sed electionis vitio duximus irritandam*. Et Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de Reform.*, habentes jus in electionibus ſuffragandi, ſic hortatur: „ ut in primis meminerint nihil ſe ad Dei gloriam, & Populorum ſalutem, utilius poſſe facere, quam ſi bonos Pa- „

„ ſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoveri ſtudeant;
„ eoſque alienis peccatis communicantes, mortaliter peccare,
„ niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis utiles ipſi judicaverint:
„ non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium
„ ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter
„ curaverint. Ad quod reſpiciens Clemens VIII. *loc. cit.*
20 §. 4., habet: Jurentque Electores, ſecundum veritatem cu-
„ juſque conſcientiæ probiores, & magis idoneos ſe electuros. „

Et Innoc. XI. *ſub* 2. *Martii* 1679. reprobavit doctrinam extorquentium textum Trid. ad illegitimos, impropriosque ſenſus, dum hanc proſcripſit propoſitionem. *Cum dicit.* Conc. Trid. *eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui, niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis utiles ipſi judicaverint, ad Eccleſias promovent, Concilium, vel primò videtur per hoc digniores non aliud ſignificare velle, niſi dignitatem eligendorum, ſumpto comparativo pro poſitivo; vel ſecundo, locutione minus propriâ ponit digniores, ut excludat indignos, non vero dignos; vel tandem loquitur tertio, quando fit concurſus.*

Et expreſſe injunctum reperitur Min. de Obſ. per ſtatuta Cap. Gen. 1676. à memorato Innoc. Conſt. *ſolicitudo* Orb. Seraph. *tom.* 4. in forma ſpecifica confirmata: ut ſub pœna non ſuffragandi, antequam ad electionem Miniſtri, Cuſtodis, Diffinitorum, & Guardianorum, procedant, ſigillatim juramentum præſtent coram Ven. Crucifixi Imagine, præſente Præſide, ſe eum electuros, in quolibet prædictorum Officiorum reſpectivè, quem in conſcientia, & omnibus æqua lance libratis, digniorem judicabunt. Abſque autem examine, & prævio Eligendorum ſcrutinio qualitatum, impoſſibile eſt quempiam ſecundum propriam conſcientiam certò affirmare, unum alio Prælatura digniorem. Et ſi id juramento firmet, à gravi non liberatur peccato, propter gravem irreverentiam Deo irrogatam; qui non eſt temerè in teſtimonium adducendus, ſed cum juſtitia, veritate, & judicio per DD. *apud Summ. Leand. verb. Juramentum num.* 4. Sic,
„ ſcilicet, ut cauſa jurandi neceſſaria ſit, ſive utilis, ſive pia;

q q   & ju-

& jurans advertat, ſeu bona fide putet; verum eſſe, quod jurejurando firmat; ut advertit Tambur. *explic. Decal. lib.* 2. *cap. primo de Juramento* §. 4. *pag.* 78. Nullus enim hucuſque dixerit de incognito juramentum licere; unde tractatu præciſo, electio non eſſet rationabilis, ſed caſualis, & Electores mortaliter peccarent. Sanctor. *de pœnis part.* 2. *cap.* 15. *pag. mihi* 176.

21 Dignior in ordine ad electionem, ex notatis ab Hasbenſi *num.* 162. ille cenſetur, qui, cæteris conſideratis, & perpenſis, aptior ad regendum judicatur; Et quamquam alius eo doctior, & ſanctior reperiatur, tamen, quia in cæteris miniſterio erit ineptior, ideo relinquendus iſte, aſſumendus ille; cum in hoc non ſit abſolutè attendendum ad majores qualitates morum, & Doctrinæ, ſed ad illas, quæ præfato muneri magis proficuæ, & utiliores judicantur; Dummodo eligendus ſit aliàs idoneus, vita, moribus, & doctrina, juxta ſenſum Tridentini.

22 Nec ſubſiſtit ipſius eſſertum *num.* 161. poſſe aliquem pro bono pacis ſuffragari minus digno, ſi cæteri omnes illum eligere vellent, captivando intellectum proprium in obſequium ſingulorum, quod dignior ſit: & ſi aliàs, ita non eſſe noverit; & id ex circumſtantia juramenti, de eo eligendo, qui ſit dignior, non aliorum judicio, ſed proprio. Ideo ſi Electores ſine culpa eſſe velint, non poſitivum, ſed comparativum eligant: non dignum, ſed digniorem.

23 In Ordine Minorum de Corpore Obſervantiæ ad Prælaturas Religionis ſunt ineligibiles, quotquot comprehenduntur ſub diſpoſitione Conſt. *Solicitudo* Innoc. XI. §. 8. & Conſt. *Alias fel. mem.* Innoc. XII. allegatæ C. *Offic. quoad declarationem Regul. S. Franciſci num.* 4. & 5.

24 Regulares Prælaturæ, etſi ſtricta, & propria ſignificatione beneficia Eccleſiaſtica nuncupari non poſſint, ex non adjuncta utilitate redituum Eccleſiaſticorum; tamen, non impropriè per Cabaſſut. *Theor. Jur. Can. lib. primo cap.* 8. inter ea Beneficia computantur; vel, ut obſervat Lezan. *num.* 32. & Hasbenſ. *num.* 87. ſunt quaſi beneficia, & res ſpirituales, pro-

propter ſpiritualem juriſdictionem in ſubditos; & plures curam Animarum habent annexam per Donat. *loc.cit. quaeſt.* 27. *num.* 2. Ideo ſimili modo diſcurrendum de illis, ac de Beneficiis, & conſiderandum poſſe in earum collatione itidem committi ſimoniam.

Idcirco Electores, gratis debent ſuffragari, adeo ut ſi illicio muneris: vel à manu, ut *pecuniae*, aut rei pecunia vendibilis: vel ab oſſequio, ut *ſervitii*, famulatus, cujuſcumque ſit generis: vel à lingua, ut *laudis*, *precum*, *vel vituperii*, moveantur (quodlibet enim ex illis ſimoniam inducit ex Gloſſa in *cap. Ordinationes cauſ.* 1. *quaeſtione prima*) electio ſit ſimoniaca, conſequenter nulla; & qui Praelaturas per ſimoniam ſit adeptus, ſub Animae ſuae periculo, adſtrictus ſit, ad eas dimittendas, ut uno ore tradunt Doctores; & diſponitur *cap. Cum deteſtabile lib.* 3. *Extravagant. com.* ubi: „ per electiones verò
„ poſtulationes, confirmationes, proviſiones, ſeu quaſvis alias
„ diſpoſitiones, quas ſimoniaca contigerit labe fieri, & quae vi-
„ ribus omnino carent, in Eccleſiis, Monaſteriis, Dignitatibus,
„ Perſonatibus, Officiis Eccleſiaſticis, & quibuſvis Beneficiis,
„ aut aliquo eorum, cuiquam nullatenus acquiratur: nec inde
„ faciat aliquis fructus ſuos: ſed ad illorum omnium, quae per-
„ cepit reſtitutionem, ſub Animae ſuae periculo ſit adſtrictus. „
„ Et ulterius ſtatuitur poena excommunicationis Sedi Apoſto-
„ licae reſervata in omnes, „ qui quomdolibet dando, vel reci-
„ piendo ſimoniam commiſerint, aut quod illa fiat, mediatores
„ extiterint, ſeu procuraverint. „ Et ibi diſpoſita locum etiam habent, ſi ſimonia fuerit occulta, ut expreſsè textus: Et eo-
„ rum quemlibet, tam manifeſtum, vel occultum, quas ipſo
„ facto eas incurrere volumus. „

Verba *Extravag. Officiis Eccleſiaſticis* extendunt diſpoſitionem Conſtitutionis; vnde tradit Lezz. *num.* 28. Simoniam committi poſſe, nedùm in electione Abbatum, Generalium, Provincialium, Procuratorum Ordinis, Diffinitorum, Guardianorum &c. ſed etiam in concedendis facultatibus audiendi confeſſiones, praedicandi, recipiendi Ordines &c.

Si ab eligendo detur, vel promittatur pecunia, ſimoniacè

cè eligitur, ex Can. *Preſbyter cauſ.* 1. *quæſt prima à terg.* & Can *Si quis præbendam , vel Prioratum eadem cauſa quæſtione* 4. Et colligitur ex Lateranenſi 3. *cap.* 7. *de ſimonia vitanda* apud Bail. *ſumm. Conc. tom.* 1. *pag.* 406. *lit. C.* Etiam ſi abſque illa eſſent Electores parati illum eligere; ſive eiſdem conferatur, ſive eorum amicis, & conſanguineis, ut docet Peyr. *tom.* 3. *additamentum ad Conſt. Clem. VIII. cap.* 9. *num.* 8.

Si verò pecuniam non ipſe, ſed alter, uni electorum amico conferat, diſtinguendum eſt: ſi erant Electores aliàs eum determinatè electuri, electio ſubſiſtit, quia inter eos, & electum, nullum præceſſit pactum, & conventio; quæ, ut ſimoniam inducant, antecedere debent, ex Pignatell. *conſ.* 44. *num.* 4. Nec ipſa pecunia eſt in re medium, & pretium ad electionem. Licet propter ſcandalum, & malam conſequentiam: & ne eo prætextu palliatis ſimoniis aditus pateat, nec id Electores, & eligendus, permittere debent. Si autem illum electuri non erant, eſt certum, non valere, ut ibid. advertit Peyr. Sicut, nec ea ſuſtinetur, in qua unus ex Electoribus dumtaxat, aliàs ad unum determinatè aſſumendum promptus, labe non timeat fœdari ſimoniæ, ut in terminis tradit Donat. *tom.* 2. *tract.* 1. *quæſt.* 22. *num.* 9.

Neque illius electio valet, cujus amici, ipſo etiam ignorante, pecuniam Electoribus pollicentur; niſi concludenter probetur; & conſtet eam in fraudem electi promitti: vel eo contra proteſtante, ex Engel. *cit. lib.* 5. *tit.* 3. §. 1. *num.* 9. Et Natali Alexandro *tom.* 6. *Theol. Dogm. & moral. lib.* 2. *de ſimon. Regul.* 24.

Corruit, tamquam ſimoniaca electio, ſi invicem Electores conveniant, & paciſcantur: *Elige tu illum, & ego eligam, quem tu mihi propoſueris: vel, concedas mihi tuum ſuffragium in hoc Capitulo, & ego tibi dabo meum in futuro*; quia quodlibet pactum, quod eſt medium ad aſſequendam dignitatem, ſimoniam inducere notavit Piaſec. *prax. Epiſ. part.* 2. *cap.* 5. *art.* 3. *num.* 57.

Etiam ſi id fuerit de re ſpirituali pro ſpirituali; quandoqui-

quidem ſimonia, ex eodem Piaſec. *ibid.* concluditur, etiam ob rem ſpiritualem, ſi hæc reducatur in pactum, & gratis non detur, contra textum Evangelii Matthæi X. *Gratis accepiſtis, gratis date*; ob id in ſpiritualibus pactiones ſunt interdictæ, & fugiendæ, ex Cabaſ. *lib. 5. cap. 4. num. 16.* Circa quæ teſtatur Pignatell. *num. 30.* quodcumque, ut illicitum damnari pactum; & ex eo præcipuam eis irrogari injuriam, & irreligioſè tractari, dum ita vilia putentur, vel, ut poſſint venire in computationem rerum temporalium, vel, ut cenſeantur poſſe ſubeſſe humanis contractibus.

Et id Donat. *num. 10.* extendit, etiam ſi Electores affirment, ſe non de ſubſtantia electionis paciſci, ſed de commodo, quod certò aſſequi ſperant, ſi Petrum v.g. eligant; Quia, cum commodum ſit ex neceſſario connexis cùm electione; & ita, ut ea præciſa, obtineri ſit impoſſibile, expreſsè paciſcentes de commodo, implicitè in pactum electionem deducunt; quæ, & ea parte, qua ex pacto præcedenti fieret, & qua pro commodo temporali venderetur, jure ſimoniaca reputatur; ut poſt ipſum firmavit Pignatell. *num. 32.*

Item ſimoniacum eſt, ſi quis Electorum dicat: *Numquam fiet iſte Provincialis, niſi is, pro quo rogavi, fiat Diffinitos*. quod trad. Donat. *numer. 6.* & Cabaſ. *eodem cap. & nu.* quia ſemper electio venit in contractum.

Idem crimen incurrit ad Prælaturam eligens, aut eam recipiens cum conditione: vel obſequii præſtandi, etiam ſi videretur pium, ad quod tamen de jure, & electione præciſà, electus non teneretur: vel aſſumendi in Miniſtros hos, & non alios, ut in terminis de conferente, & recipiente beneficium cum reſtrictiuis adductis reſolvit Piaſ. *num. 58.* Cætera videas, apud Auctores de ſimonia tractantes, & apud eruditiſſimum Natalem Alexandro *loc. cit.*

25 Ubi de jure, vel conſuetudine electio (ex aliis titulis valida) cenſetur Canonica, ſi major pars Capituli conſenſerit, requiruntur majora vota reſpectu totius Capituli, & non ſufficiunt majora reſpectivè ad minora; adeo ut, ſi eligentes ſint viginti, undecim conſentire ad minus, debeant in electum; alias

alias à majori parte Capituli non eligeretur, Ex quo ſequitur; ut ſi tres eſſent electi, & vota diviſa ſic, ut unus haberet *octo*, alius *ſeptem*, alter *quinque*, nullius electio ſubſiſteret, ut notavit Engel. *lib.* 1. *tit.* 6. (Electus, licet ſit vocalis, ſe ipſum eligere non poteſt;) Et in terminis electionis Provincialis in Ordine Minorum, diſponitur in Clementina *excivi* §. *Nos volentes*, ubi: „ Et ſiquidem ad electionem huiuſmodi per formam ſcrutinii procedatur, votis in diverſa diuiſis, electiones „ plures in diſcordia celebrare contingat: illa, quæ à maiori parte „ Capituli numero (nulla zeli, vel meriti collatione, aut con- „ ſideratione habita) fuerit celebrata, exceptione, ſeu contra- „ dictione quacumque alterius partis non obſtante, per dictum „ Generalem Miniſtrum confirmetur. Quod etiam in cæteris „ per Statuta eſt apud Obſervantes in praxi. „

Ubi verò, vel praxis exigit, vel lex præſcribit, vt copulativè requiratur major, & ſanior pars Capituli, valet electio facta à parte, quæ ſit duplo major: & ſic excedit eam, quæ opponit ad electionem, non zelo charitatis, ſed affectione carnaliproceſſiſſe Electores, ut expreſſè habet textus *cap. ſi quando de electione in* 6 *lib.* 1. *tit.* 6. & Gloſſa ibid. *referens majoritatem numerum, & ſanitatem zelum eligentium, & merita Electorum reſpicere.* Si verò unus ſaniora, & alter majora, ſed non modo præmiſſo excedentia, habeat, neutrius electio tenet, per Engel. *n.* 40.

Canonicè electus confirmari debet ex *cap. Avaritiæ de electione in* 6. & ſic neceſſario, ut nec directè, neve indirectè, ſive titulo Economi, ſive Procuratoris, ſimili ve prætextu, debeat ſe adminiſtrationi immiſcere; & ſi, id confirmatione non recepta, egerit, ſtatim ibidem Prælatura privatur. Electio enim 26
eſt libertatis, & confirmatio neceſſitatis per Pignatell. *conſ.* 38. *num.* 13. per quam juriſdictio confertur, ex Pelliz. *de Monialibus cap.* 10. *ſect.* 2. *ſub.* 6. *num.* 110.

Limitatur in electione Guardianorum, apud Minores, quia eodem actu eliguntur, & confirmantur, ut etiam notavit Hasbenſ. *num.* 193. Inter quos Provinciales, ex allegata Clementina *Exivi*, à Generalibus confirmantur; & hi, ſtatim electi ex privil. Clem. IV. Conſt. *Virtute conſpicuos* §. 11 *Bull. Che-* 27

rub.

rub. tomo primo à Sede Apoſtolica confirmationem recipiunt, ut tradunt Mirand. *tom.2.qu.23.art.32.*, Sanctor. *cap.8.ſtat.13.*, & Hasbenſ. *ibid.* ad omnes Ordinum Generales ex diverſis Pontificum Privilegiis extendit.

28 Si ex ſuffragatoribus ſinguli, uno excepto, ſint ad eligendum habiles, electio ſubſiſtit; nec illius inhabilitas officit, juxta Regulam juris: *utile per inutile non vitiatur*. Limita, niſi ab Electoribus fuerit voluntariè ad eligendum admiſſus. Quo caſu privantur jure eligendi, quotquot ſunt in culpa interdictæ admiſſionis; Gloſſa *ad Textum cap. ſi quando ſuper. cit.* in terminis de voluntaria admiſſione excommunicati majori excommunicatione, Pignatell. *conſult.38. num.11.*, Hasbenſ. *num.157.*

Nullus activo, vel paſſivo ſuffragio poteſt per Præſidem privari, vel privatum declarari, niſi ſervata forma Decreti Urbani VIII. apud Pignatell. *conſult.* 18. *num.* 10. tenoris, qui ſequitur: „ Privationis vocis activæ, & paſſivæ, ac inhabili„ tatis decreta, ſententięve ab eiſdem Superioribus Ordinis latæ, „ ne deinceps in ipſo electionis actu pronuncientur, promul-

29 genturve, atque eæ promulgatæ, Vocales minime afficiant, „ niſi per menſem ante fuerint intimatæ parti, Sanctitas ſua „ omnino vetuit. „

Electionis tempus ad unicum diem reſtringitur, in Clementina *exivi ſuperius allegata.* Dies illud ſpatium lucis ſignificat, quod interponitur inter Ortum, & Occaſum Solis; & quodvis aliud ſub noctis appellatione venit. Ideo ad illud ſpatium, per Sanctor. *ſtat.9.* Statuta Minorum, diem artificialem reſtringunt. Et dicendum cum ipſo fine urgenti neceſſitate non eſſe electioni per ſchedulas dandum initium, ut ne-

30 queat prius, ſed in nocte perfici debeat; & quatenus deberet, id cum ſufficienti candelarum numero deberet effici, ut ſine ulla fraude contingeret.

Apud Minores de Obſervantia electiones Pro-Miniſtrorum ad Capitula generalia mittendorum, (vel Commiſſariorum Provincialium, qui ad gubernandã Provinciam relinquuntur juxta diſpoſita in Cap. Gen. Valliſolet. de *anno* 1670. *tit.*

pro

pro Ultramontana Famil.n.6.,& nuper reſoluta in Cap.Gen.Ro-
mano *de anno* 1700. ubi ponderanda eſt dictio *vel*, quæ, utpote
alternativa, ex alibi dictis ponitur inter diverſa)& Cuſtodum
extra Capitula, ac Guardianorum(iſtorum etiam in Capitul.)
eligendorum, ex diſpoſitione Urbani VIII. Conſt. *Religioſos vi-
ros. Bull. Cherub. tom.5.* ſunt per Ballottationem faciendæ, 31
prout ſequitur: „ Ut de cetero omnes,& ſingulę electiones,
tam Pro-Miniſtrorum, & Cuſtodum, quam Guardianorum
dicti Ordinis per ſuffragia ſecreta, & ballottationes fiant; &
in paritate ſuffragiorum, Præſidens electionibus hujuſmodi,
votum,ſive ſuffragium deciſivum habeat &c. Decernentes&c.
irritum, & inanè, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis au-
thoritate, ſcienter, vel ignoranter, attentari contigerit &c.
non obſtantibus &c. „ Ubi Conſt. *Creditæ Nobis* Alex. VII.
ſub iiſdem terminis ad familiam Ultramontanam extendit. Et
ibidem habetur Decretum quo ad eos hujus tenoris: „ Sac.
Cong. Epiſc., & Reg. cenſuit injugendum, & præcipiendum,
prout harum vigore injungit, & præcipit, ut deinceps in ſin-
gulis præfatis electionibus in familia Ultramóntana Ordinis
hujuſmodi ſervetur omninò, modus, & forma præſcripta in
Conſtit. Generalibus Familiæ Ciſmontanæ. Contrariis qui-
buſcunque non obſtantibus. Romæ 15. Martii 1663. „

Deficiente Præſide in paritate votorum, votum deciſi-
vum conceditur ab eadem S. Cong. Miniſtro Provinciali, ut
ſequitur: „ S. Cong. &c. ad evitandam paritatem ſuffragio-
rum, quæ ex numero pari ſex Vocalium, quibus Diffinitoria
Provincialia conſtant, tam in electionibus faciendis; quam
in negotiis decidendis, oriri poteſt; Miniſtris Provincialibus, 32
deficente Præſide, in hujuſmodi caſibus votum deciſivum
conceſſit. Romæ 13. Martii 1653. „ *apud* Lantuſ. *verb. electio*,
ſub num.6.

Et quamquam ea forma per ballottationem ab eiſdem
Pontificibus ad taxatas electiones limitetur; & aliam per ſche-
dulas Sixtus V. Conſt. *Et communis cura apud* Roderic. *Coll.
Privil. Apoſt. Bulla.7.* Et in Regeſto 2. *Ciſmont. pag.*12. ad om-
nes Superiorum, & Officialium electiones ampliet, & ſemper

inviolabiliter, appoſita clauſula Decreti irritantis, obſervari
33 præcipiat; tamen electiones Procuratoris, & Commiſarii Generalium Curiæ, non per ſchedulas, ſed per ballottationem fiunt; ut primo contigit in Capitulo Generali Victorien. de *anno* 1694. cujus arbitrio, quoad ſpecificam electionem faciendam per ballottationem, vel ſchedulas, fuit ab Innoc. XII. remiſſum *ſub die* 24. *April.* 1694. (prout in Regeſt. 29. Ciſmont. *ab anno* 1693. *uſque ad* 1695. *pag.* 50. *à tergo.*) & deinde in Romano de *anno* 1700. in quibus in Procuratorem, & Commiſſarium Generales Curiæ, fuerũt ſic reſpective electi P. F. Joannes Baptiſta ab Atina, & P. F. Joannes Maria à S. Cruce, in Miniſterio, integro duraturi ſexennio juxta ejuſdem Innocentii diſpoſitionem, ut infra.

„ Sacroſancti Apoſtolatus ſolicitudo, quam, meritis licet,
„ & viribus longe impares, authore Deo, gerimus, Nos ſtimulat
34 ad ea peculiari ſtudio ſtatvenda, per quæ proſpero Chriſtifide-
„ lium divinis obſequiis ſub ſuavis Religionis jugo mancipato-
„ rum ſtatvi, ac regimini opportunis rationibus conſulatur.
„ Cum itaque Nos nuper alias noſtras in ſimili forma Brevis li-
„ teras, ut Procurator Generalis Provinciarum Reformatorum
„ Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia, &
„ Reformatorum, ſeu Strictioris Obſervantiæ nuncupatorum,
„ qui ante hac de triennio in triennium, à pro tempore exiſtente
„ Ordinis hujuſmodi apud Sedem Apoſtolicam Protectore de-
„ putabatur, deinceps de ſexennio in ſexennium in Capitulo Ge-
„ nerali ejuſdem Ordinis eligatur, in cujuſque electione, votum,
„ ſivè ſuffragium Fratres Vocales earumdem Provinciarum
„ Reformatorum Familiæ Ciſmontanæ dicti Ordinis tantum ibi-
„ dem una cum Miniſtro Generali pro tempore exiſtente Ordi-
„ nis ſupradicti inſimul congregati, habeant, & ferant, ac habere,
„ & ferre liberè, & licite poſſint, & valeant, ſub certis modo, &
„ forma tunc expreſſis, ſtatuerimus, & ordinaverimus; Et ſicut
„ accepimus, felici dilectorum filiorum de Obſervantia dicti
„ Ordinis gubernio, Regularique diſciplinæ magnopere condu-
„ cibile futurũ ſit, ſi id ipſum, quoad illorum Procuratorem Ge-
„ neralem, & Commiſſarium Generalem Curiæ Romanæ qui

haste-

hactenus de triennio itidem in triennium à Miniſtro Generali ſupradicto, de Definitorum Generalium ejuſdem Ordinis Conſilio, & aſſenſu, ſeu alias inſtitui, & deputari conſueverunt, pariformiter per nos ſtatuatur. Hinc eſt, quod nos, qui Ordinem prædictum in viſceribus paternæ gerimus charitatis, ſalubri Fratrum de Obſervantia præfatorum directioni, quantum cum Domino poſſumus, ſimiliter providere volentes; motù proprio, ac ex certa ſcientia, & maturà deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Procurator Generalis, ac Commiſſarius Generalis Curiæ præfatæ, eorumdem Fratrum de Obſervantia, qui hactenus de triennio in triennium à memorato Miniſtro Generali, ſicut præmittitur, inſtitui, ſeu deputari conſveverint, in Capitulo Generali ejuſdem Ordinis de ſexennio in ſexennium eligantur, in eorumque reſpectiùe electione votum, ſive ſuffragium Fratres Vocales illius Familiæ tantum, Ciſmontanæ ſcilicet, ſeu Ultramontanæ, ex qua nimirum cœteroqui iuxta Regularia Ordinis prædicti inſtituta per Sedem Apoſtolicam approbata, Procurator Generalis, ſeu Commiſſarius Generalis Curiæ hujuſmodi reſpective aſſumẽdi erunt, una cũ eodẽ Miniſtro Generali ibidem inſimul congregati, habeant, & ferant, ac habere, & ferre, libere, & licite poſſint, & valeant, tenore præſentium, ſtatuimus, & ordinamus; quod ſi Procuratoris Generalis, ac Commiſſarii Generalis, ſic electorum, Officia, ſive eorum alterum per ceſſum, vel deceſſum illa, ſeù illud pro tempore obtinentium, vel obtinentis, ſeù alias quomodolibet vacare contigerit, ad nos, ſeu pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem, pro opportuna deſuper proviſione obtinenda, recurratur. Cæterum, ut ad eorumdem Procuratoris Generalis, ac Commiſſarii Generalis electionem juxta earumdem tenorem præſentium faciendam quanto citius, nempe in Capitulo Generali dicti Ordinis propè diem, benedicente Domino, in Hiſpaniis celebrando, deveniri poſſit, Officia præfata, quibus dilecti filii moderni Procurator Generalis, ac Commiſſarius itidem Generalis ejuſdem Curiæ de præſenti funguntur,

» ac illorum quodlibet, tametſi illa vigore quarumvis litera-
» rum patentium eis, ac eorum cuilibet à dilecto filio moderno
» Miniſtro Gener. dicti Ordinis deſuper expeditarum, ac forsàn
» etiam auctoritate Apoſtolica confirmatarum diutius durare
» deberent, uſque ad proximè futurum Capitulum Generale ſu-
» pradictum dumtaxat durare debere, motu, ſcientia, delibera-
» tione, & poteſtatis plenitudine paribus harum ſerie decerni-
» mus, & declaramus. Decernentes &c. Sublata &c., ac irritum,
» & Inane &c. non Obſtantibus &c. Datum Romæ die 10. Apri-
» lis M. DC. XC. IV. Pontificatus Noſtri Anno Tertio. *Collect.*
» *Bullar*. Innoc.XII.

Procurator quoque Generalis Reformatorum de ſexennio in ſexennium eligitur ad præſcriptum alterius Conſt. ejuſdem Pontificis *ibid.*, & prout ſequitur.

» Cum Nos nuper per Noſtram ſuper moderatione facul-
» tatum quorumvis, etiam S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Or-
» dinum Regularium quorumlibet apud Nos, & Sedem Apoſto-
» licam Protectorum, editam Conſtitutionem, inter alia quam-
» cumque eiſdem Protectoribus nonnullos Ordinum hujuſmo-
» di Superiores, ſeu Miniſtros deputandi attributam poteſtatem
» ſuſtulerimus, & abrogaverimus, Superiorumq; ſeu Miniſtro-
» rum hujuſmodi electiones ad Sacrorum Canonum, ſeù Regu-
» larium eorundem Ordinum Inſtitutorum limites, ſeu alias ad
» modum, & formam in Comitiis Generalibus ipſorum Ordi-
» num, ſeu per Nos, & Sedem prædictam reſpectivè ſtatuendum,
» & ſtatuendam reduxerimus, & reductam eſſe volverimus, &
» mandaverimus; Ac proinde quæcumque antehac pro tempo-
» re exiſtenti Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſer.,
» & Reformat., ſeù Strictioris Obſervantiæ nuncupatorum, apud
» eandem Sedem Protectori, Procuratorem Generalem Provin-
» ciarum dicti Ordinis in Romana Curia reſidentem de trien-
» nio in triennium deputandi, ſive quarumdam Apoſtolicarum
» literarum vigore, ſive alias quomodolibet competens facultas
» ſublata, & abrogata remanſerit; Hinc eſt, quod Nos, ut Pro-
» curatoris Generalis hujuſmodi electio rectè, & canonicè im-
» poſterum fiat, quantum cum Domino poſſumus, providere
volen-

Digitized by Google

volentes, motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura de- »
liberatione Noſtris, deque Apoſtolicę Poteſtatis plenitudine, »
ut Procurator Generalis ſupradictus, qui de triennio in trien- »
nium ab eodem Protectore, ſicut præmittitur, deputari hacte- »
nus conſvevit, deinceps de ſexennio in ſexennium in Capitulo »
Generali ejuſdem Ordinis eligatur, in cujuſque electione vo- »
tum, ſive ſuffragium Fratres Vocales earundem Provincia- »
rum Reformatorum Familiæ Ciſmontanæ dicti Ordinis tan- »
tum ibidem una cum Miniſtro Generali pro tempore, exiſten- »
te Ordinis ſupradicti inſimul congregati, habeant, & ferant, ac »
habere, ferre libere, & licitè poſſint, & valeant, tenore præſen- »
tium perpetvo ſtatuimus, & ordinamus. Quod ſi Procurato- »
ris, Generalis, ſic electi, Officium ante expletum ſexennium »
per ceſſum, vel deceſſum illud pro tempore obtinentis, ſeu »
alias quomodolibet vacare contigerit, ad Nos, ſeu pro tempore »
exiſtentem Romanum Pontificem, pro opportuna deſuper »
proviſione obtinenda recurratur. Porrò &c. Decernentes &c. »
Sublata &c. Irritum &c. Non obſtantibus &c. Datum Ro- »
mæ die 13. Aprilis M.DC.XC.IV. Pontificatus Noſtri Anno »
Tertio. »

Miniſtri Generales præfati Ordinis ex conceſſione Cle-
mentis X. fruuntur prærogativis per ſtatuta taxatis eis, qui
ſexennio Generalatus Miniſterium exercuerunt; tametſi tem-
pus præfixum non attigerint, prout ſequitur: „ Exponi No- 36
bis nuper fecerunt Dilecti Filii Procurator Generalis, & Com- »
miſſarius Generalis Curiæ Ordinis Minorum S.Franciſci de »
Obſer. nuncupat., quod cum Conſtitutiones Generales dicti »
Ordinis circa prærogativas Fratribus, qui munera exercue- »
runt debitas expreſsè diſponant, eoſdem Fratres prærogativis »
hujuſmodi frui non poſſe, niſi biennium in munerum ſuorum »
exercitio compleverint; ubi verò de illis, qui Miniſtri Genera- »
les ejuſdem Ordinis munere functi ſunt, loquuntur, nullum »
certum tempus præſcribant, ſed ſimpliciter diſponant, quod »
Miniſter Generalis ſuo functus officio ſit Pater, Definitor, & »
Diſcretus perpetuus totius Ordinis, & pro tali ab omnibus »
habeatur: ipſi exponentes ad tollendas dubietatum, quæ ſub- »

oriri

„ oriri poſſent, occaſiones, de opportuna in præmiſſis declaratio-
„ ne à Nobis provideri plurimum deſiderant. „

„ Nos igitur &c. audita ſuper præmiſſis nonnullorum
„ Romanæ Curiæ Prælatorum, qui juſſu noſtro, rem accuratè
„ diſcuſſerunt relatione, Miniſtrum Generalem Ordinis prædi-
„ cti, functum officio, eſſe Patrem, Definitorem, & diſcretum
„ perpetuum totius Ordinis hujuſmodi, & pro tali ab omnibus
„ habendum, cæteriſque prærogativis conceſſis per Conſtitu-
„ tiones ejuſdem Ordinis Miniſtris Generalibus, ſuo officio fun-
„ ctis, gaudere debere, licet ſexennium, biennium, vel aliud
„ quodcumque limitatum ſui officii tempus, non expleverit,
„ authoritate Apoſtolica, tenore præſentium declaramus; de-
„ cernentes & inane &c. non obſtantibus &c. Romæ 23. Septemb.
1673. *Orb. Seraph. tomo* 4. *pag. mihi* 232.

Generalis *per ſex annos ad plus*, vt loquitur Leo X. in
Bulla unionis, *ite nos in vineam ſub quarto Kal. Junii* 1517.
37 *Generalatus Fungitur Officio*, quibus expletis ab eo abſolutus
declaratur; nec eligi debet, niſi, qui Regulam Sancti Franciſci
purè, & ſimpliciter obſervat, qui in Choro, victu, & veſtitu,
quãtum Officii neceſſitas conceſſerit, cum aliis, ſe conformare
ſolet, & debet, pro ut poſt Leonem diſpoſuit B. Pius V. Conſt.
Paſtor. 28. *Maii* 1571. *Orb. Seraph. tom.* 1. *lib.* 3. *pag. mihi* 43. (quod
in cæteris eligendis in Superiores exigit, & expreſſius firmavit
Innoc. XI. juxta dicta *n.* 38.) cujus electio eſt ſic reſtricta ad vig-
liam Pentecoſtes, ut ſi die illa naturali non celebretur, ad Sedem
Apoſtolicam devoluatur: prout ex Vallèſolet: *de anno* 1593.
præſcribitur *in Conſt. Generalib. cap.* 8. §. 3. *num.* 2.

Ceſſiones, ſeu renunciationes fieri in præfato ordine non
38 poſſunt, niſi cum expreſſione cauſæ à Definitorio cognoſcen-
dæ, & approbandæ. Cauſa autem ſemel admiſſa, eaque du-
rante ad hujuſmodi officia, neque per electionem, neque per
ſubrogationem, aut quamcumque aliam viam, reſignantes,
ſeu cedentes aſſumi poſſe, aut natura prædicta exercere, de-
crevit Sac. Cong. Reg. ſub die 20. Novembris 1654. reſpon-
dendo ad ſecundum prout Orb. Seraph. *tom.* 4.

Et à Sac. Cong. Epiſc. & Regul. ſub *die* 9. *Maii* 1653. *ibib.*

fuit

fuit declaratum, Conſt. Greg. XV. *Militantis*, edita *die* 22. 39
Februarii 1622. quæ adjecta clauſula decreti irritantis, præſcribit, quod *qui Officio Miniſtri Provincialis, Cuſtodis, & Definitoris Officio functi ſunt, nullo modo poſſint reelegi, niſi ſexennio tranſacto*: intelligendam eſſe de annis Capitularibus: ita, ut tempus intercedens duo Capitula, ſit integra vacatio in eadem Conſtitutionem præſcripta.

Interſtitium vacantiæ neceſſarium, ut ad eadem reſpective Officia poſſint iterum aſſumi, qui illud Miniſtri Com- 40
miſſus, Procuratoris Generalium, & Commiſſarii Curiæ abſoluit, ad ſexdecim annos extenſum videas in Conſt. B. Pii V. *Paſtoralis ſub die* 28. *Maii* 1571., & *Conſtit. Greg. XIII. Conſuevit la ſeconda ſub die* 29. *Aprilis* 1579. *Bullar. Cherub. tom.* 2. qui debent eſſe completi ex expreſsè à Greg. adiectis *niſi poſt ſexdecim, à ſua ab Officiis prædictis abſolutione, finitos annos*. Dictio enim *poſt* ex Calvino *Lexicon juridicum* eſt contraria novo *ante*, & quemadmodũ hæc requirit, ut aliquid precesserit, antequam nominata dies eveniat, ſic illa exactum tempus poſtulat, ut dies expreſſus preceſſerit, & abſolutus ſit, poſt quem quid dari fieri, nè debeat.

CAPUT XXIII.

Officialis quoad Excommunicationem Canonis.

SUMMARIUM

1 *Excommunicatio Canonis eſt latæ ſententiæ.*
2 *Vocula, ſi quis, etiam Mulieres comprehendit.*
3 *Quid importet Privilegiũ fori.*
4 *Quis ſit verè, vel interpretativus bigamus.*
5 *Privilegium amittit, qui privilegio abutitur, & à* num. 61.
6 *Privatus Privilegio Canonis non ſtatim perdit illud fori.*
7 *Depoſitio duplex, ſolemnis, & verbalis.*
8 *Nomine Monachorum veniunt omnes Regulares,*

& Moniales.

9 *Converſi, & Novitii gaudent Privilegio Canonis.*

10 *Idem dicitur de Tertiariis, & Eremitis: ſed cum diſtinctione.*

11 *Eodem fruuntur Equites, vulgo dicti di* Malta.

12 *Ad cenſuram incurrendam exigitur peccatum Mortale.*

13 *Tria copulative ſunt neceſſariò.*

14 *Sufficit, ut injuria ſit gravis moraliter.*

15 *Dantur exempla.*

16 *Verba animum declarant.*

17 *Exponitur clauſula* manus violentas.

18 *Violentia, alia ablativa, expulſiva altera.*

19 *Privilegium eſt in favorem Ordinis Clericalis.*

20 *In Clerico conſenſiente percuſſioni læditur jus tertii.*

21 *Mādantes percuſſionē cenſurantur.*

22 *Mandas aliquando Sepultura privatur.*

23 *Socians, permittens &c. excommunicantur.*

24 *Percutiens, & conſenſiens pari pœna ligantur.*

25 *Ratbiabitio cōparatur mādato.*

26 *Excōmunicatur Clericus ſe percutiens.*

27 *Propinans venenum ligatur cenſura.*

28 *Venenum eſt aptum inferre mortem.*

29 *Subditur cenſuræ tangens contumelioſe Clericū, puluere, ſputo &c.*

30 *Quælibet diſpoſitio interpretatur, ut vitentur abſurda.*

31 *Offendens Clericum, vel Monachum mortuum cenſuratur.*

32 *Privilegium Principis pleniſſimè interpretatur.*

33 *Excommunicatio eſt pœna medicinalis.*

34 *Non excōmunicantur Clerici per jocum ſe percutiētes.*

35 *Fortuita percuſſio à cenſura excuſat.*

36 *Vim vi repellere licet.*

37 *Quomodo ſervetur moderamen inculpatę tutelæ.*

38 *An cenſura ligetur percutiens Clericum inventum cum Matre &c.*

39 *Quæ ignorantia excuſet ab excommunicatione?*

40 *Ignorantia alia Juris, alia facti.*

41 *Quando percutiens Clericū cauſa correctionis excommunicetur?*

Cie-

42 *Clerici incorrigibiles puniuntur.*
43 *Aliquando non cenſuratur Mulier percutiens Clericum.*
44 *Percuſſio alia enormis, alia mediocris, levis altera, & à* num. 48.
45 *Ex quibus deſumatur enormitas?*
46 *Crimen creſcit ex atrocitate facti.*
47 *Levis culpam mortalem nõ excludit.*
48 *Judicium mediocris relinquitur prudenti, ut ex Conſt. Joann. xxij.* Per lectis.
49 *Regulares non abſolvunt Laicos percutientes Clericos: & à* num. 62.
50 *Ipſi, abſolvuntur à ſuis Superioribus:* num. 60.
51 *Etiamſi enormis ſit læſio.*
52 *Privilegium ſuper hoc datum Minoribus.*
53 *Caſus excepti firmant Regulam in contrarium.*
54 *Occiſio, ſeu vulneratio eſt caſus reſervabilis Superioribus juxta Clementis VIII. literas.*
55 *Conſt. Sixti IV. revocatoria reſtrictionis prout in Bulla Aurea.*
56 *Etiam Provinciales poſſunt abſolvere.*
57 *Et quando Guardiani? quibus non competit juriſdictio Ordinaria abſolvendi à reſervatis in Religione ex decreto Viſitat. Apoſtolicæ.*
58 *A quo abſolvatur Regularis Clericum Secularem percutiens?*
59 *Et Regularis percutiens alterius clauſtri Religioſum.*
60 *Privilegia Regulariũ communicantur Monialibus.*
61 *Novitii abſolvuntur à Superiore regulari: declara.*
62 *Quid dicendum de eo, qui ante ingreſſum in Religionem incidit in Canonem?*
63 *Agendorum regula non ſunt conſequentiæ, ſed ſententiæ.*

Canone 15. *Concilii Secundi Lateranenſis* (qui refertur *cap. ſi quis ſuadente* 17. *quæſt.* 4.) celebrati anno 1134. Sub Innocentio II. apud Bail. *Sum. Con. tom. primo*, ſtatuitur: *Si quis, ſuadente diabolo hujus ſacrilegii reatum incurrerit, quod in Clericum, vel Monachum violentas manus iniecerit, anathe-*

 ma-

Digitized by Google

matis vinculo ſubjaceat, & nullus Epiſcoporum illum præſumat abſolvere (niſi mortis urgente periculo) donec Apoſtolico conſpectui præſentetur, & ejus mandatum ſuſcipiat.

Ubi Textus loquitur de excommunicatione majori;
1 quam ex *cap. Engel.* 3. *quæſt.* 4. *junct. gloſ.* anathema ſignificat; quæ eſt latæ ſententiæ: licet enim verbum *ſubjaceat*, tanquam futuri temporis, in aliquibus caſibus innuat ſententiam ferendam, ut ex Tiraquello *in l. ſi unquam V. revertatur num.* 149. notavit Pignatell. *Tom.* 6. *conſul* 5. *numer. primo*: tamen regularitèr loquendo ejuſdem ſignificatum eſt latæ ſententiæ, apud eundem ex eodem; & expreſsè habetur, per diſpoſita *cap. quod translationem de Officio legati lib. primo tit.* 30. quod incidant in Canonem promulgatæ ſententiæ inicientes in Clericos manus ſacrilegas; & ex Gloſſa *in dicto cap. ſi quis*, quæ vult, ſtatim anathematis vinculo innodari: & additur *ipſo jure cap. in Audientia lib.* 5. *tit.* 39. *de ſentent. excommunicationis*; tenet Confect. *Summ. privil. mend. tit.* 14. *cap.* 7.

2 Vocula *ſi quis* cõprehẽdit õnes utriuſq; ſexus perſonas, excommunicationis capaces; Unde, etiam ad mulieres, extenditur; & in excommunicationis cenſuram incidunt per Gloſſam *ibidem Verb. ſi quis*, & ſupponitur *cap. Mulieres de ſent Excom. eodem tit.* dum Epiſcopo committitur, poſſe mulieres abſolvere, ſi manus violentas in Clericum injecerint.

Nomine Clerici intelligitur etiam, qui ſola Tonſura fuerit ab Epiſcopo initiatus; quod colligitur ex *cap. cum contingat de æta. & qualit. & Ord. Præl. &c. lib.* 1. *tit.* 15. ubi Gloſſa *Verb. ordo* decidit, in cenſuram latæ ſententiæ eos percutientes incidere; & procedit, etiam ſi non habeant neceſſaria, quæ Trid.
3 *ſeſ.* 23. *cap.* 6. *de Refor.* requirit, ut Clerici privilegio fori (hoc eſt exemptione à poteſtate Seculari (quod apud Layman. *Theol. Moral. lib.* 4. *Tract.* 9. *cap.* 7. *num. primo* privilegium fori exprimit) gaudeant; ut ex Barboſa in *dicto Can. ſi quis*: Sac. Cong. declaraſſe teſtatur præallegat. Pignatell. *num.* 2.

Item Clericus cõjugatus, ſi cũ unica, & Virgine cõtraxerit, & habitum, ac Tonſuram deferat, ut expreſsè habetur *cap. Clerici, de Clerico conjugato in* 6. *lib.* 3 *tit* 2.: Trid. *cap. cit.*

al-

ulterius exigit, ut de mandato Epiſcopi alicui Eccleſiæ inſerviat, vel Miniſtret, præſertim quo ad illud fori.

Excluditur vere, vel interpretative bigamus: hoc eſt Clericus, qui contraxit cum duabus, vel cum una corrupta, ut 4
tit. 12. *lib.* 1. *in* 6. *de Bigamis*: in terminis diſponitur, ut infra. *Altercationis antiquæ dubium præſentis declarationis Oraculo decidentes, bigamos omni privilegio Clericali declaramus eſſe nudatos, & correctioni fori Secularis addictos, conſuetudine contraria non obſtante, ipſis quoque ſub anathemate prohibemus ferre tonſuram, vel habitum Clericalem.*

Item ille, qui dimiſſis habitu, & Clericali Tonſura, negotiis Secularibus ſe immiſcet, ſi ter ab Epiſcopo monitus, non ſe emendat: per diſpoſita *cap. in audientia*, *cap. contigit lib.* 5. *tit*: 39. *de ſent. excomm.* meretur enim privilegium amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate: & fruſtra legis 5
auxilium invocat, qui committit in legem; Ideo privilegium Clericale per Gloſs. in *cap. cõtingit*, perdit, qui, nec in Tonſura, veſtimentis, & negotiorum qualitate de Clericatu quidquam oſtendit, neque poſt trinam admonitionem ſe emendat. Idem dicitur de Clerico ſe enormitatibus immiſcente, hoc eſt, latrocinia iniqua, bella, & ſeditiones commovente in populo ex Engel. *Colleg. Univer. Jur. Can. lib.* 5. *tit.* 39. *numero* 126. *cap. cum non ab homine*, & *cap. perpendimus eodem lib.*, & *tit.*

An autem, ſtatim etiam, ammittat privilegium fori, ut à Judice Seculari capi, & puniri poſſit; Negandum eſt ex *cap.* 6
cum non ab homine de Judiciis lib. 2. *tit.* 1. Ubi Celeſtinus III. quæſitio reſpondet: quod *ſi Clericus in quocumque Ordine Conſtitutus in furto, vel homicidio, vel perjurio, ſeù alio crimine fuerit deprehenſus legitimè, atque convictus, ab Eccleſiaſtico Judice deponendus eſt, &c. & ſi iterum Eccleſiam cõtempſerit, Curiæ Seculari tradendus*: ut ibi expreſsè, & Gloſſa *V. Clerici* de quo Layman. *alleg. lib.* 1. *tract.* 5. *par.* 3. *cap.* 5. *ſub num.* 3.

Item Clericus realiter degradatus, & ſolemnitèr depoſitus, ex *cap. degradatio in* 6. *de pœnis lib.* 5. *tit.* 9. ubi omni 7
privilegio Clericali priuatur; adeoque, & eo Canonis; ut

etiam ibidem *ver. privilegio Clericali* notat Gloſſa: quæ opinionem dicentium, quod percutiens degradatum incidit in cenſuram Canonis, ait, adhuc fortè eſſe veram in verbalitèr poſito, de quo ſupra loquitur Textus.

Monachi nomine veniunt omnes Regulares utriuſque ſexus *cap. cum illorum. cap. de Monialibus allegat. lib. 5. de*
8 *Sentent. Excomm. tit.* 39. Nec obſtat, quod Textus loquatur de offendentibus Monachos, quia per Sperellum *deciſ.* 45. *num.* 50. Monachorum appellatione in materia favorabili veniunt, etiam Moniales; propterea Canonis diſpoſitio, uti favorabiiis, & Canonis Privilegium, ampliatur, & extenditur etiam ad Moniales: adeo ut in eas manus impias iniciens, incidat ipſo facto in excommunicationem, tametſi ipſæ ad nullum ordinem ſint promotæ.

Et ad Converſos, & Converſas ex *allegat. cap. de Monialibus, & cap. non dubium eod. tit.*; & ad Novitios *cap. Religioſos de*
9 *Senten. excomm. in 6.* per diſpoſita à Bonifacio VIII. *Quamvis autem is, qui Religionem ingreditur, Religioſus cenſeri cũ effectu non poſſit, donec ſit tacitè, vel expreſſè profeſſus: ſi quis tamen violentas manus in eum iniciat excommunicationis latæ à Canone vinculum non evadit.*

Item ad omnes utriuſque ſexus Tertiarios, Ordinum Mendicantium, in Congregatione, & Collegialitèr viventes, aut cum Clauſtralibus habitantes ex Conſt. *dum intra* Leo-
10 nis X. apud Confect. *Collec. Privileg. Mend. par.* 1., & tradit ipſe *Summ. privileg. tit.* 14. *Conc.* 6.

Item, ad Mulieres Tertiarias virginalem, aut cœlibem vitam ſimpliciter vovẽtes, tametſi ſeorſim, aut in propriis domibus, vel affinium, & conſanguineorum habitent, ex diſpoſit. allegat. Conſt. *Dum intra*, & alterius *Nuper in Sacra Lateranenſi* apud eumdem; Et firmavit Sac. Cong. Conc. dummodo hujuſmodi Mulierũm admiſſio ad habitum ſit qualificata ad præſcriptum Decreti ejuſdem Sac. Congreg. relati: *offic. quoad Tertiarios num.* 2. Secus dicendum de cæteris Tertiariis in propriis domibus habitantibus, ut ex cit. Conſtit. *Dum intra*, & Sac. Cong. Decreto colligitur; tenet Antonellus *de Regim. Eccl. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 19.

Item

Item, ad Eremitas, qui ſub ſpeciali obedientia Epiſcopi, vel alterius Prælati ex voto, vel pacto alicui Eccleſiæ, vel Eremitorio, vel loco ſacro, in communitate, vel ſeparatim deſerviunt, quia tunc ex Antonello perſonæ Eccleſiaſticæ cenſentur; ad quod facit Gloſſa *in cap. qui verè 16. qu.2.* in terminis de Eremitis notans *verb. verò, quod privilegium Clericorum habent*: videndi Cabaſut.*l.5.c.2.n.2.prax.*, Engel.*n.12.*, & Layman *ſub num.4.*

Idem Canonis privilegium Antonellus *num.22.* ampliat ad eos, qui aſſumpto habitu Religioſo ad ſervitia, & obſequia Monialium adhibentur, & pro quibus eleemoſynas quærunt; & ad alios Laicos, qui in habitu Clericali incedunt, & inſerviunt Congregationi Presbyterorum, qui in Congregatione ſub certo Superiore, modò Religioſo, vivunt.

Eodem fruuntur Equites S. Joannis Hieroſolymitani, vulgò ab Inſula Melitæ, dicti *Cavalieri di Malta*: habetur 11
cap.Canonica alleg. tit.39. de ſent. excomm., ubi Pontifex ipſis Equitibus, invicem ſe percutientibus, concedit, ut ab excommunicatione, hac de cauſa incurſa, abſolvi poſſint ab eorum Priore Sacerdote, niſi percuſſio ſit enormis; per quæ textus ſignificat, eos privilegio Canonis gaudere; tenet Cabaſſut. *loco alleg.*, Antonell.*ſub num.16.*, & Sperellus id probat tota *deciſ.21.* utpotè emittentes tria vota ſubſtantialia, in Religione à Sede Apoſtol.approbata; ad quæ addunt quartum, defendendi nimirum proprio enſe omnes Chriſtianos ab Infidelibus, etiam cum ſuæ vitæ diſcrimine, ut *num.10.* obſervat, & *nu.11.* refert Profeſſionis formulam. Ego N. *voveo, & promitto Deo Omnipotenti, Beataque Mariæ Semper Virgini Dei Genitrici, ac Sancto Joanni Baptiſtæ, perpetvò cum Dei auxilio, ſervare veram obedientiam cuicumque Superiori, qui à Deo, & Religione Noſtra mihi dabitur; ampliùs vivere ſine proprio, & caſtitatem Servare &c.*

Verba *Suadente Diabolo*: ſignificant ad hanc cenſuram incurrendam requiri gravem injuriam, & in ratione Sacrilegii mortale peccatum, itâ tamen, ut ſimul hæc duo concurrant: voluntas nimirum, intendens Clerico, vel Religioſo graviter 12
nocere

nocere: & externus effectus, ſeu ipſa gravis læſio in rebus corporis, vel honoris; ideo habens animum offendendi Clericum verberibus, & in effectu errans, vel quia impeditur, vel quia laicum offendit (quamvis propter pravam intentionem mortaliter peccet) excommunicationem tamen non incurrit; quia, ut notat Layman. *num.* 50. Eccleſiaſtico Canone punitur externum mortale peccatum gravis, & violentæ invaſionis Clerici; quæ non reperitur, niſi cum interna intentione lædendi concurrat exterior, & violenta læſio; & dixit Engell *n.* 133. quod de communi praxi criminali non ſolet ordinaria pœna legis puniri conatus ad delictum, niſi effectus ſecutus ſit.

Et facit, quod habet Sperellus *deciſ.* 45. *num.* 12., quod ad incurrendam pœnam dicti Canonis tria copulativè requirantur:
13 tur: nimirum, factum conſummatum, dum dicitur *manus injecerit*: animus injuriandi, dum apponitur *Suadente Diabolo*: & violentia, dum additur, *violentas manus*.

Cæterum *num.* 36. Magiſtraliter ex Suarez. tradit, quod non requiritur, ad effectum incurrendi cenſuram, actio phiſicè, tam relevans, ut ſit peccatum mortale; cum ſufficiat eam eſſe contra immunitatem corporis proprii, ſeu contra jus, quod unuſquiſque habet in corpus ſuum: vel, ut ſit gravis contra honorem, dummodo corpus attingatur, adeout, quamvis contactus phiſicè inſpectus leviſſimus ſit, ſi tamen ſecundum
14 moralem exiſtimationem ſufficiat ad gravem injuriam contra honorem, & reverentiam Clerico debitam, ſit ſatis ad cenſuram Canonis incurrēdam. Sic refert per DD cenſura Canonis innodari, capientem Clericum per capillos, eique dicentem, *niſi eſſes Clericus*! Et eum, qui Sacerdoti inſultat cum ſimplici manus injectione ad collum, & altera manu ſuper pugione; ac alium, qui Clericum per veſtimentum, vel caputium accipit, eum movens, his minatur verbis, *ſi non eſſes*
15 *Clericus: percuterem te*; Et ipſe in terminis decidit eā incurriſſe Laicum, qui apprehenſo Sacerdote cum manu læva in humero, dextera in pugni formam tenens, minatus fuit verbis injurioſis, addendo, *ſi non eſſes Sacerdos*?

Quorum ratio eſt, quia præfatæ actiones fuerunt contra hono-

honorem Clericiis debitum, & ſic, ſaltē in morali exiſtimatio-
ne, cum gravi injuria, ex quo irreverenter verbis injurioſis,
minis, ac ſævo aſpectu fuerint detenti: ex verbis enim contu-
melioſis, & tali, vel tali circumſtantia qualificatis, præſumitur
injuriandi animus, cum animum verba declarent. 16

Clauſula *manus violentas injecerit* ampliatur ad ſignifi-
candam quamlibet actionem externam, juſtitiæ repugnantem, 17
factam in Clericum, & in res ipſi adhærentes, facto attactas;
& ſub manuum appellatione, quæ per Sperellum *citat.*
*num.*35. ſunt Organum Organorum, & magis aptæ ad percu-
tiendum, ex Confect. *cit. conc.* 4. comprehenduntur Caput,
Brachia, Pedes, & reliqua Corporis membra, quibus poſſit
Clericus, vel Monacus lædi. Propterea ſive *Manu, Pede, Bra-*
chio, enſe, vel baculo præfati offendantur: aqua, vel plure aſper-
gantur: ſputis conſpurcentur: eorum veſtes lacerentur: dentinea-
tur frænum equi, cui inſident vel occidatur, ne liberi tranſeant:
ſi in publica, vel privata cuſtodia retineantur: ſi hoſtiliter inſe-
quantur, ut in fluvium, vel foſſam cum equo decidant, vel alio
ſimili damnabili modo offendantur, ſemper habet locum per DD.
Canonis diſpoſitio, & cenſura non vitatur; Gloſ. in dicto cap. ſi-
*quis ver. manus. Et in cap. ſiquis pulſatus: cap.*33.*quæſt.*3.*d.p.*,
& cap. nuper: *tit.*39.*cit.*, & ſemper intervenit, vel violentia 18
ablativa, qua aliquid per vim à Clerico aufertur; vel expul-
ſiva, per quam vi expellitur; vel compulſiva, qua compel-
litur, vel movetur ad aliquid agendum; quod ipſe vult nulla-
tenus facere per Sperell. *allegat. deciſ.*45. *num.*80.

Quæ etiam incurritur, licet actio nō eſſet violenta, & inju-
rioſa ipſi Clerico, dummodo ſit injurioſa Ord. Clericali. Ideo *c.*
*contigit il primo tit.*39. *alleg.* firmatur, quod hac cenſura liga-
tur percutiens Clericum, qui ultrò in ſui percuſſionem con-
ſentit, cum Canon, ut textus habet, non tam in favorem Cle-
rici ordinati, quam in favorem Ordinis Clericalis (cui illa
percuſſio eſt injurioſa) fuerit promulgatus; cui ipſe per pri- 19
vatum ſuum conſenſum derogare non poteſt; argumentum
*ex cap. ſi diligenti de foro compet. lib.*2. *tit.*2.

Imo, & ipſi Clerico eſt injurioſa; nam, tametſi juxta Re-
gulam

20 gulam 27. *Juris in 6. ſcienti, & conſenſienti non fiat injuria*: id procedit, ſi in eo non læditur jus tertii; ſecus autem dicendum, cum Gloſſa in allegato *cap. contingit.* ubi *ver. conſuetudo*, dixit, *volenti, & ſcienti, ac patienti fit injuria, ſi in eo lædatur jus alterius*. In præfato caſu læſio juris toti Ordini Clericali conceſſi non deeſt. Eſt in jure expreſsè deciſum, nedum ipſos Clericorum, & Monachorum percuſſores, eoſque injurioſè tractantes, ſed etiam id mandantes, excommunicationem Canonis incurrere, ut in terminis decretalis *Mulieres tit.* 39.
21 alleg. firmat; *illi verò, qui non per ſe ipſos, ſed eorum auctoritate, vel mandato, alii violenter iniiciunt manus in Clericos, ad Sedem Apoſtolicam ſunt mittendi: cum is committat verè, cujus auctoritate, vel mandato delictum comitti probatur*. Verum diſpoſitio per DD. intelligitur effectu ſecuto. Engel *num.* 135. Cabaſs. *num.* 3. Et Confect. *conc.* 3. addens id etiam procedere, quamquam mandans, antequam inferatur percuſſio, de mandato pœniteat, cum ei pœnitentia non ſuffragetur, quin in canonem incidat, niſi mandatum revocaverit, & de revocatione notitiam ad mandatarium pervenire procuraverit. A pari de proiiciente à tecto lapidem animo occidendi Clericum, qui, licet ſtatim pœniteat, &, ſi poſſet, revocaret, excommunicationem incurrit, quia quantum eſt ex parte ſua operis prohibiti malitiam jam complevit. Layman *num.* 7. Et ſi interim deceſſerit, licet mandatum morte mandantis expiratum
22 cenſeatur, nihilominus, ſi illud fuit notorium, & in morte non fuerit abſolutus, vel pœnitentiæ ſigna non apparverint, debet pro excommunicato haberi, & Eccleſiaſtica ſepultura privari: quia, ex quo mandatum non revocavit, in eadem voluntate deceſſiſſe videtur, & cenſura innodatus obiiſſe intelligitur, ideo, ſi in loco ſacro ſepelitur, exhumabitur, ſic Confectius.

Etiam ſocians homicidam excommunicatur *cap. ſicut il primo de homicid. volunt. lib. 5. tit. 12. illis autem*, textus loqui-
23 tur, *qui animo occidendi, feriendi, aut capiendi illum Sanctum, ac Reverendum virum quondam Cantuarien: Archiepiſcopum, citra manuum injectionem ſe fatentur veniſſe: ſi de illa captione*

mors

mors ejus ſecuta fuiſſet, pari pœnitentia, vel ferè pari exiſterent puniendi.

Item permittens, ut expreſsè in terminis habet textus in *cap. Quantæ tit.* 39. ubi Gloſs. ver *quidam* obſervat: quod, qui *Clericum verberat, & qui verberari facit, vel conſentit cooperando, vel qui auctoritatem habet ex officio, & non prohibet, ſi poteſt, eſt verè excommunicatus: & ſic notetur, quod facientes, & conſentientes par pœna conſtringit.* 24

Et ratum habens, cum ad eum pervenerit Clericum ſuo nomine fuiſſe percuſſum, & injurioſè tractatum, licet ipſe id injurianti non commiſerit, *cap. cum quæ deſent. excomm. in 6. cit.* ex eo quod, ut textus habet, *ratihabitio retro trahitur, &* 25 *mandato debet comparari*. ſuper quo Gloſs. ver. Titius, notat, quod *ratihabitio trahitur retro, & operatur idem, ac ſi in principio actus interveniſſet*. Et procedit per Sperell. *cit. num.* 5. plures allegantem DD. ſive ſit expreſſa, ſive occulta, vel tacita; ſecus dicendum ſi rata habeatur, & approbatur percuſſio facta non ſuo nomine; quamquam tunc graviter peccet; ut ibi textus.

Clericus, vel Monachus ſe ipſum percutiens, non fervore devotionis, ſed animo irato, in excommunicationem incidit, quia ordini Clericali injuriam facit. Sperell. ibidem *numero* 60. 26

Etiam propinans venenū Monacho, vel Clerico cenſura enunciata ligatur per Lez. *tom.* 3. *ver. Clericus num.* 7., & allegatum Sperellum integra *deciſ.* 20. ex eo quod, ſicut offendens Clericum, vel ei vim inferens aliquo inſtrumento eum tangente incidit per DD. in excommunicationem Canonis; ſic, cum maxima offenſio, & violentia reſultet ex propinatione veneni, cujus miniſterio, & inſtrumento propinans perſonam Clerici, vel Monachi violenter tangit (venena enim per ſe apta ſunt mortem inferre, & validiſſima ad extinctionem caloris naturalis defectu cujus ſequitur mors) neceſſaria illatione id concluditur. 27 28

Accedit, quod iniciens contumelioſè in veſtes Clerici, vel Mónachi pulverem, aquam, ſalivam, oleum, vel quid ſi-

Digitized by Google

mile, excommunicationi ſubjacet ſtatim, ac ſaliva, vel pulvis,
29 aliudue veſtes tangit, etſi nulla ſequatur corporalis præfatorum offenſio; ut eſt ab omnibus recepta ſententia, ea ratione, quod adſit aliqualis læſio, & injuria actu lædens veſtes ipſis adhærentes, tametſi à ſaliva, pulvere, vel aqua facillimè poſſint ſe expurgare; ſic à fortiori etiam debet incurrere venenum propinans, cum ſtatim injuriam inferat non veſtibus, ſed ipſi perſonæ, cui maximè venenum diſplicet, præſertim quia ab ipſo veneno immediatè poſt ſumptionem incipit lædi, licet fortè non ſtatim ſequatur mors, ſed tempore determinato.

Per quæ probatur, quod præbens allegatis venenum, ſtatim poſt potionem excommunicationem incurrit; & roboratur magis, quia ſtatim per illius potionem infert illi injuriam, dum vitam ejus ſubeſt periculo, & quantum in ſe eſt neceſſitati moriendi; ſtatim enim, ac hauſtum eſt, agit, & ad mortem operatur, cum paulatim corrumpat vitæ diſpoſitiones.

Nec opponatur, quod cum lex prohibeat aliquid ſub pœna ipſo facto incurrenda, hæc non incurratur, niſi *delictum* ſit conſummatum. ſic mandans Clericum ſclopo, V. G. interfici, cenſura non innodatur, niſi, vel Clerici mors ſequatur, vel ſaltem, niſi globus plumbeus emiſſus per exploſionem ſclopi ipſum Clericum tangat.

Nam in caſu veneni propinati duplex conſideratur effectus: alter eſt ipſa propinatio, ob quam indubiè non incurreretur cenſura, niſi ea cõſummata eſſet, & ſic niſi Clericus venenum biberet: alter eſt effectus veneni, nimirum mors, & iſte effectus nullatenus eſt neceſſarius ad incurrendam cenſuram, ſicut non eſt neceſſe ad effectum, ut mandans eam incurrat, quod Clerici mors, vel corporalis læſio ſequatur, ſed ſat eſt, quod mandatarius ſclopum explodens Clericum cum pulvere, vel aliqua materia attingat, quia ſemper verificatur, quod violentas manus injecerit in Clericum, per actionem nimirum juſtitiæ repugnantem, ipſam Clerici perſonam cum injuria, & temerè tangentem.

Et certè ridiculum eſſet, & via aperiretur fraudibus in præjudicium Clericalium privilegiorum, ſi quelibet levis injuria

juria

juria facta Clericis, & perſonis eorum, vel conſpurcando, vel
lacerando veſtes ipſis inhærentes, excommunicatione plecte-
retur; & aliunde liceret abſque cenſurarũ metu ipſos Clericos,
& Monachos veneno impetere, ac interimere. Quæcumque 30
enim diſpoſitio interpretanda eſt, ut evitentur abſurda.

Et procedit Canonis diſpoſitio, ac ampliatur ad offenden-
tem Clericum, vel Monachum, etiam mortuum, adeout hu-
juſmodi privilegium, etiam in cadavere duret, ut pluribus cu- 31
mulatis tradunt Pignatell. *tom.6.conſ.5.num.3.*, & Sperellus *de-
cis. alleg.45.num.56.* tum ex eo, quod conſtitutio ex parte Cle-
ricorum, & Monachorum eſt favorabilis, in eorum favorem
edita, & proinde extendi debet; Tum etiam, quia eſt merum
privilegium, & beneficium Principis contentum in corpore
Juris; Hujus autem naturæ privilegia non veniunt ſtrictè
interpretanda; præſertim etiam, quia conceſſum eſt motu pro-
prio, & non ad partis poſtulationem, quo caſu privilegium, 32
etiam contra jus commune, dicitur favorabile & ampliandum,
& pleniſſimæ interpretationis per Sperell. *deciſ.* 21. *num.*25.,&
Engell. *tit.*33. §.1 *num. 5. cap. quamvis de præbendis in 6. lib.* 3.
*tit.*4.,*& cap. olim de verb. ſignif. lib.5.tit.*40. ubi notatur, bene-
ficia Pprincipum eſſe largiſſimè interpretanda. Tum item,
quod nec reſpectu percutientium dici poteſt odioſa, quippe
licet excommunicatio per eam lata ſit pœna, eſt tamen medi-
cinalis animæ, & de facili obtinetur abſolutio. Sperell. *de-* 33
*ciſ.*45. *num.*49.

Excuſantur ab incurſu Cenſuræ per textum *in cap. ſuper
eo tit.*39. *cit. Clerici, ſi ſunt plenæ ætatis, & non odio, vel invidia,
vel indignatione, ſed levitate jocoſa, ſe ad invicem percutere con-
tingat, quia non poteſt in ipſis injectio manuum violenta notari*, 34
quod ibidem, & *cap. ſi quis ſuadente* item obſervavit Gloſſa:

Item, qui fortuitò, & non ex deliberatione Clericum, vel
Monachum offendit, quia, ut notat Gloſſa *in cap.*1. *dicitur ad
cap. ſi vero. il primo eodem tit. quod caſu fortuitò fit, nemini eſt
imputandum, quia præviderì non poteſt*; Verum videat, ne mali- 35
tioſè id non præviderit.

Itẽ qui vim vi repellẽdo eos percutit, ex eo, quod ex Gloſ.

 ibidem

Ibidem, *ver vim*, ſit licitum ſe defendere, & habet expreſsè,
cap. ex tenore eodem tit., dummodo id fiat cum moderamine in-
culpatæ tutelæ, ad tenorem diſpoſitionis in textu *cap. ſignifica-*
36 *ſti de homicid. volunt. lib. 5. tit. 12.* ut ſequitur. *Quamvis vim*
vi repellere omnes leges, & omnia jura permittant, tamen id de-
bet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad ſumendam
vindictam, ſed ad injuriam propulſandam. Servatur mode-
ramen per Gloſs. *ibidem ver. moderamine. ſi illud fiat dumtaxat,*
37 *quo omiſſo violentia repelli non poſſet, & non ex propoſito modum*
excedat, ac ex incontinenti, & non ex intervallo vim vi repellat,
ut expreſſè Textus *alleg. ſi vero*. .

Item qui in Clericum, vel Monachum, cum uxore, matre,
ſorore, vel propria filia inventum manus violentas injecerit
38 (à peccato temen non excuſatur) ut in terminis *cap. ſi vero* nam
ut ait Gloſs. *in ver. turpiter; huic parcit canon, quia tam juſtum*
dolorem compeſcere non poſſet, & lex permittit illum occidere, ſic
inventum. Verum excuſatio non habet locum per Layman
ſub num. 4., ſi occidat, vel percutiat non ſtatim, ac in crimine
deprehendatur, ſed interpoſito temporis ſpatio, quo juſtus
dolor ſedari poſſet, tunc enim non licet per Gloſs. *cit.* ſicut
nec, ſi, data opera, in loco occulto ipſum expectet, ut poſſit in
crimine repertum occidere; nec, ſi cum aliis conſanguineis
peccantem inveniat, ut textus concludit.

Item qui inculpabili ignorantia laborat, ut optimè diſpo-
nitur *cap. ſi vero il ſecondo eodem tit.* ubi Gloſsa *in ver. ſi aliquis*
39 *notat, quod ignorantia excuſat ab excommunicatione, dummodo*
ſit probabilis, aliàs non excuſaretur, & onus eam probandi in-
cumbit alleganti, & in dubio, ſi ſe juramento non purgat, pro
convicto habetur Gloſs. *ibidem ver. noluerit.* Et per Engel.
num. 136. intelligitur de ignorantia *tam juris*, ut ſi quis invin-
cibiliter ignoret eſſe cenſuram excommunicationis ſtatutam
40 ob Clerici percuſſionem; quam *facti*, ut dum ignorat eum,
quem lædit eſſe Clericum, ad quod facit *cap. ut animarum de*
conſt. in 6. lib. 1. tit. 2.

Item cauſa correctionis excuſat, quia tunc percuſſio fit
non ſuadente Diabolo, ſed ſuadente juſtitia, vel charitate, aut
zelo

zelo Dei, & diſciplinæ; in quo conveniunt DD. per expreſſa 41
cap. ex ventre, & *cap. cum voluntate*, §. *ſi vero*. Et tenet Engel. Cabaſut., & Layman *cit.* modo caſtigatio non ex irato animo procedat ex Gloſs. *verb. inferiorum graduum*, & ſit moderata, & ſine notabili exceſſu, aliàs cenſura non evitabitur, ex Layman. *ſub num.* 8.

Ubi *n.* 10. notat, nec Patrem, nec Magiſtrum Laicũ, poſſe cauſa diſciplinæ ſine nota excommunicationis Clericum filium, vel diſcipulum, in ſacris conſtitutum caſtigare, cum Textus *cap. cum voluntate* eos reſtringat ad Clericos minoribus, & inferioribus gradibus initiatos, & facit Gloſs. *cit.* per ea, quod ſacer ordo ob ſuam Dignitatem liberat à patria poteſtate; addit Engel. *num.* 140. indecorum eſſe ſtatui Clericali, & ejuſdem dignitatem plurimum vileſcere, ſi Laicis poteſtas corrigendi per verbera in Clericos Sacris initiatos, concedatur.

De Prælato ipſe Layman dixit, dubitari non poſſe, quin jus habeat afficiendi impunè juxta gravitatem culpæ, corporali, & non excedente caſtigatione, Clericos ſibi ſubditos, etiam in Sacris conſtitutos; dummodo id faciat per ſe, vel per alium Clericum, aut Monachum; nam ſi per Laicum fecerit, tam ipſe mandans, quam laicus mandatarius exequens cenſura ligatur, prout præſcribitur *cap. Univerſitatis cit. tit.*

Cui *cap. ut fama eod. tit. conceditur*: poſſe Clericos incorrigibiles, & ne crimina remaneant impunita, neve illi deteriores fiant, ſub arcta cuſtodia detinere; qui per laicos, ſi opus ſit, 42
poterunt citra excommunicationem comprehendi; dum tamen id hi *de mandato faciant Prælatorum, quorum illi ſunt juriſdictioni ſubjecti, & quorum eſt corrigere criminoſos, cum hoc non ipſi, ſed illi, quorum auctoritate id faciunt, facere videantur; dum tamen non amplius eorum violentia ſe extendat, quam defenſio, vel rebellio exigit Clericorum*, ut textus, & *cap. ſi Clericus eodem tit. in* 6. *lib.* 5. *tit.* 11. licet non dum appareant incorrigibiles.

Item Sacerdos, & quilibet alius ratione Officii ejiciens, ſeù extrahens vi ex Eccleſia Clericum, ſeù Monachum, divina Offi-

Officia turbantes, prout in terminis *cap. veniens eodem tit.* Clemens III. reſcribit; quia tunc ex obſervatione Gloſſę in *verb. celebrationem, præſumitur, quod bono Zelo, & non animo injuriandi in eos manus apponat.*

Extendit Confeſt. *Summ. cit. cap.* 8. *num.* 2. ad Mulierem, quæ percutit Clericum ipſam de adulterio, ſtupro, aut fornicatione tentantem, cum alia via, nec peccatum vita-
43 re, nec in ſuam honeſtatem inſultus repellere valeat. Limita ad caſum, dum provocatio, & tentatio non nudis fiat verbis, ſed facto.

Temera, & violenta manum injectio in Clericos, ob quam excommunicatio incurritur, diſtinguitur *cap. pervenit eodem tit.* in enormem, ſeù gravem, modicam, aut mediocrem, & levem.

44 Enormis, ſeù gravis deſcribitur *cap. cum illorum eodem tit. §. qui ſi Clauſtrales*, ut ea ſit; *ſi ad mutilationem membri, vel effuſionem ſanguinis eſt proceſſum: aut in Epiſcopum, aut Abbatem violenta manus injecta: cum exceſſus tales, & ſimiles nequeant ſine ſcandalo præteriri*. Ubi enormitas ex triplici parte attenditur.

Primo ex parte quantitatis facti, quod exprimitur *per mu-*
45 *tilationem membri, & ſanguinis effuſionem*, in quo per Gloſs. ibidem, non eſt diſtinguendum inter membrum, & membrum: ſed intelligendum per Fag. *cap. cum illorum de ſent. excomm. Tom.* 7. *num.* 17. ſive de parvo, ſine de magno; & habetur, ſi oculus effodiatur, ſi quis vulneretur, ſi fuſtibus cædatur *cap. ſi Evangelia diſt.* 55. vel, ſi Clerico, (tametſi aliàs ſine vulnere,) vis, aut injuria atrocitèr contumelioſa inferatur, ut ſi denudetur, ſi atramento, vel ſtercore vultus eius fœdetur, quod textus ſignificat per lii *ſimiles*; & Gloſs. in *verb. in Epiſ-*
46 *copum, crimen ex atrocitate facti creſcere docet*. Effuſio ſanguinis per DD. & Marchant. in Regulam S. Franciſci *cap.* 7. *n.* 2. *quæſt. prima dub.* 6. non ampliatur ad eam, quæ è naribus habetur, cum fluxus iſte leviſſima poſſit occaſione cauſari vid. Angelum in *Summ. ver. enormis*.

Secundo ex parte qualitatis perſonæ, per ea aut *in Epiſ-*

copum, aut *Abbatem*, nam crimen augetur ex perſona, ex Gloſs. *cit. in verb. in Epiſcopum*, & hujuſmodi exceſſus ſemper gravis eſt, & enormis *cap. homo Chriſtianus diſt.* 40., & *cap. ille procul dubio diſt.* 93. Idem intelligas, quando inferior, & ſubditus in Superiorem ſuum manus injicit violentas; & idem ſi filius in Patrem, & Diſcipulus in Magiſtrum apud *præalleg. Fag. num.* 21.

Tertio ex parte ſcandali; & patet in litera *cum exceſſus tales nequeunt ſine ſcandalo præteriri*; Nihil enim cum ſcandalo faciendum, ut notatur *cap. nihil prodeſt de præſcript. lib.* 2. *tit.* 26. & *cap. niſi cum de renunciat. lib.* 1. *tit.* 9.

Etiam ex parte loci injuria dicitur atrox ex *cap. qui ſævis* 17 *quaſt.* 4. Fag. *cit. num.* 23. & Cabaſ. *num.* 6. cujus naturæ cenſetur, ſi ſit facta in Theatro, in foro, vel in conſpectu Prætoris, aut in Eccleſia, vel Cæmeterio.

Levis, non ideo dicta, quaſi ex levitate culpam mortalem 47 excludat, quia ſic ex dictis, locus non eſſet excommunicationi; ſed quatenus gravi, & mediocri opponitur; & ea cenſetur, per quam nec grave nocumentum corpori, nec notabilis injuria decori infertur: ut ſi nullum relinquatur vulnus, carnis non ſequatur ſugillatio, non effringantur veſtes, nec copia evellatur capillorum, & ſimilia.

Mediocris per Cabaſ. *num.* 7. judicanda eſt cum dens eruitur, capillorum evellitur copia, carnis contuſio citra graviorem læſionem, injuriam, aut malum relinquitur; de quo, 48 cum non poſſit certa regula tradi, id prudentis judicio committitur, qui debet inſpicere, & quæ circumſtantiæ aggravent, vel extenuent injuriam, aut delictum, ut etiam præſcribit Joannes XXII. Conſt. *Per lectis* apud Conf. *collec. priv. cit.*, cujus tenor ad facile ea dignoſcenda hic exhibetur.

„ Perlectis literis veſtris circa abſolutionẽ excõmunicatorũ »
vos in eis dubitare perſpeximus, quæ eſſet modica, aut lævis in- »
juria: circa quã, ſicut talis loquitur, abſolvẽdi vobis contulimus »
poteſtatem. Ad quod, cum ſit facti potius, quam juris, quæſtio, »
vobis, prout poſſumus, reſpondemus: illam videlicet mo- »
dicam percuſſionem, aut impulſionem, pugni, palmæ, ma- »

nus,

„ nus, pedis, digiti, aut baculi, vel lapidis, quæ ad livorem;
„ mutilationem membri, fractionem dentis, depilationem ca-
„ pillorum non modicam, vel effuſionem ſanguinis non exce-
„ dit, nec ſi tam leviſiſſimi ictus, aut pugni percuſſione ſanguis
„ eſciret, tranſire in atrocem injuriam profitemur, ut propter
„ hoc ſit ab abſolutione talium abſtinendum: ut tamen non ſo-
„ lum ipſum factum, imo etiam facti qualitas, percutiendi mo-
„ dus, aut injuriandi, circa hoc diligentius attendatur: & ipſius
„ facti circumſtantia, loci videlicet, & etiam perſonæ, quæ ſit
„ levis, vel modica, gravis, aut enormis injuria, manifeſtius
„ cognoſcatur. Loci quidem, ut in Theatro, vel in foro, co-
„ ram Rege, Prælato, vel Judice, in Eccleſia coram multis, in
„ alio loco publico alicui injuria inferatur: Perſonæ, veluti ſi
„ Magiſter, vel Judex, aut etiam Magiſtratus, aut Prælatus,
„ Pater, aut Patruus, vel aliquis in dignitate, vel perſonatu
„ conſtitutus ab inferiori, vel humili contra naturam juris pa-
„ tiatur: per hæc quidem graves videantur injuriæ, & quæ ſint
„ leves, aut modicæ, tamquam ex oppoſito cognoſcantur.

„ Sanè quia negocii natura non patitur, ut ad plenum
„ omnia differantur: judicium autem talis enormis injuriȩ ve-
„ ſtro duximus arbitrio committendum, ut proteſtatem ve-
„ ſtram, cum ad hæc proceſſeritis, temperetis, ut citra metas
„ hujuſmodi potiùs, quam ultra eas circa abſolutionem talium
„ procedatur: ne injuriantes de vicina abſolutione confiſi de
„ facili in atroces prorumpant percuſſiones, vel injurias: &
„ ſententias Canonis iam periculoſiùs contemnentes in excom.
„ ſententiam procliviùs prolabantur. Tolerabiliùs eſt enim ali-
„ quos, qui, per vos etiam, poſſunt abſolvi, nobis, vel Superiori
„ abſolvendos relinquere, quam contra ſtatuta Canonum, ima-
„ gine quadam abſolutionis (quod non ſit ſine grandi periculo)
„ quemquam relinquere innodatum: cum umbra quædam vi-
„ deatur in opere, veritas autem non ſubeat in effectu &c. „

Quod attinet ad hujuſmodi abſolutionem cenſuræ per Regulares impertiendam, eſt certum eos ad id facultate carere, neque poſſe abſolutionis beneficium conferre Laicis Clericos Seculares, vel iſtis, ſe ſe percutientibus, prout ex-

preſ-

preſſe continetur in decreto *Sac. Cong. Epiſcopor.*, *& Regul. al-* 49
leg. cap. Off. quo ad abſol. ab excomm. & caſib. Bull. Cœnæ nu. 4.
reſtringente Confeſſorum facultatem in terminis inicien-
tium violētas manus in Clericos;& id intelligitur,etiam ſi Lai-
cus,vel Clericus Secularis Religioſum percuſſerint, cum nec
ratione delicti acquirant, nec alia via in eos juriſdictionem ha-
beāt.Etiam ſi percuſſio ſit occulta,quia cum ipſa Sac.Cong.diſ-
poſitio non diſtinguat,nec nos id debemus, ſed ſenſum ipſius
retinere, ut occultam, notoriam,& publicam comprehendat.

A ſuis Superioribus ipſæ perſonæ Regulares,ſe ſe in clau-
ſtro percutientes, abſolutionem recipiunt, eoſque Superio- 50
res abſolvunt juxta diſpoſitionē juris communis *cap. Monachi*
cap. illorum §. *qui ſi Clauſtrales cap. Canonica eodem tit. de ſent.*
excomm. juncta Gloſs. in *cap. Relig. de ſent. excomm. in 6. verb.*
habemus.

Verùm quia textus loquuntur cum reſtrictione, niſi
exceſſus difficilis fuerit, & enormis, propter quem meritò ad Ec-
cleſiam Romanam ſit recurſus habendus. Dubitatur: num Præ-
lati Regulares poſſint ſuos ſubditos abſolvere à cenſura, quam
contrhaunt ob quamcumque percuſſionem? an vero eorum
facultas limitetur ad abſolutionem ab excommunicatione,
qua ob levem, ſeù mediocrem percuſſionem ligantur? & cer-
tè ſtando in terminis diſpoſitivis juris communis, videtur aſ-
ſerendum id eis abſolutè non competere, ſed limitatè, juxta
allegatarum Decretalium tenorem, legenti ſatis obvium;
inſpectis tamen ſpecificis Religionum privilegiis, quo ad hoc
eorum juriſdictio non apparet reſtricta. Tenent Tamburr. *de*
jure Abbat. tom.2. diſp. 14. *quæſt.* 10. *nu.* 6. Confect. *cit. Summ.*
cap. 9. appoſita clauſula quocumque modo ſe ſe in clauſtro
percutientes. Lezzan. *Summ. tom. primo cap.* 18. *num.* 30. ſi-
gnificat Layman *cit. ſub num.* 10. in fine, notans ex Molina
diſp. 60. multos Regularium Ordines privilegiis Papalibus ob-
tinuiſſe, ut, etiam ſi enormis ſit læſio, abſolutio à Prælato ſuo 51
conferri poſſit: & Sorbo *annot. ad compend. privileg. Fratr. Min.*
ver. abſolut. ordinar. quoad Fratres ver. unde concludo, videndus.

Privilegia Regularibus data, quoad hoc ſunt univoca,

Tt &

& exhibētur reſpectivè in Mari magno Prædicatorum, Minorum, Eremitarum Sancti Auguſtini, & Carmelitarum: ex eo Minorum referam illud datum eiſdem per Clementem IV. *Conſtitutio virtute conſpicuos*, à Sixo IV. *Conſt. regimini*, *mare magnum nuncupata*, confirmatum, & pro potiori cautela motu proprio iterum cum aliis à prædeceſſoribus Pontificibus præfato Ordini, & Fratribus elargitis, conceſſum Bull. Cher. *tom*. I.

52 Clemens itaque diſpoſuit, ut infra: „ Generalis quoq; „ & ſinguli Provinciarum Miniſtri, & eorum Vicarii, etiam „ Cuſtodes in Provinciis, & Cuſtodiis ſibi commiſſis, prædictis „ Fratribus conſtitutis ibidem, nec non Fratribus aliis eiuſdem „ Ordinis, interdum ad eos declinantibus, undecūque abſolutio„ne, & diſpenſatione indigentibus: ſive priuſquam intraverint „ Ordinem, ſive poſt, in caſibus exceſſerint, pro quibus ex„ communicationis, vel interdicti, aut ſuſpenſionis incurrant „ ſententias, à jure, vel à Judice generalitèr promulgatas, & hu„ juſmodi ſententiis innodati, aut in locis ſuppoſitis Eccleſiaſti„ co interdicto Divina Officia celebrantes, vel ſuſcipientes Or„ dines, ſic ligati notam irregularitatis incurrerint, abſolutio„ nis, & diſpenſationis beneficium valeant impertiri; niſi adeo „ fuerit gravis, & enormis exceſſus, quod ſint ad eandem ſe„ dem meritò deſtinandi. „

Et Sixtus conceſſionem confirmans ſubſequitur. Præterea „ quia idem Clemens in dictis ſuis literis, Generali, & „ Provincialibus Miniſtris, & eorum Vicariis, & Cuſtodibus „ abſolvendi fratres ejuſdem Ordinis, nec non Fratribus dicti „ Ordinis, quos ipſi Miniſter, Vicarii, & Cuſtodes habuerint „ pro tempore in Confeſſores, abſolvendi ipſos Miniſtros, & „ Vicarios, & Cuſtodes ab exceſſibus, & cenſuris (niſi talia per„ petraſſent, propter quæ eſſent meritò ad Sedem Apoſtolicam „ deſtinandi) ac cum eis deſuper diſpenſandi facultatem conce„ dit. Et propterea, qui ſunt deſtinandi, perſæpe revocetur „ in dubium, ut abſolventium, & abſolvendorum diſpenſan„ tium, & diſpenſandorum pro tempore puritati conſcientiæ „ conſulamus, declaramus (hæreticos relapſos, ſchiſmaticos, &

qui

qui literas Apoſtolicas falſificaſſent, aut ad infideles prohibita „ detuliſſent, dumtaxat eſſe ad Sedem Apoſtolicam deſtinãdos,) „ reliquis vero omnibus, etiam Simoniæ pravitate qualitercumque irretitis, poſſe per illos, quibus inibi conceditur, abſolutionis, & diſpenſationis beneficium, & gratiam juxta caſuum „ exigentiam impertiri. „ Ubi taxativa *dumtaxat*, percuſſionem, ſive enormem, ſive levem, qua ſe ſe Regulares poſſunt percutere non afficit; ſed ad caſus ibi expreſſos reſtringitur; præſertim quia caſus excepti per DD. firmant Regulam 53
in contrarium, & non exceptis; neque conſtat de expreſſa, & ſpecifica Sanctæ Sedi reſervatione abſolutionis à percuſſione, etiam enormi, qua ſe ſe Regulares offendunt; ideo juxta diſpoſitionem enunciatam Sixti pro Minoribus, ſimileſve ab eodem datas in favorem Prædicatorum, Heremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum, conceditur præfatorum Ordinum Prælatis poſſe ab ea abſolutionē percuſſoribus ipſis elargiri ad formam, ne dum *decret. alleg. num* 49. in quo, præmiſſa declaratione caſuum, quorum abſolutionem Sac. Cong. voluit eſſe Regularibus prohibitam, ſubnectit: „ ac propterea declarat „ eos quidem Sacerdotes, tam Seculares, quam Regulares, qui „ aliquo ex privilegiis, indultis, & facultatibus in ſupradicto „ Decreto expreſsè ſuffulti fuerint, poſſe juxta eorum privile- „ gia, indulta, & facultates, uſu ante ipſum decretum, rece- „ ptas, & quæ ſub aliis revocationibus non comprehendantur, „ tantùm, & non aliàs, abſolvere à caſibus in præſenti declara- „ tione non comprehenſis, „ quod advertit Quaranta *Summ. Bull. Ver. caſum reſer. à num.* 14., ſed etiam alterius, emanati 26. *Maii* 1593. *apud eum loco adducto num.* 2. & Confect. *Sum. privileg. mend. tit.* 17. *ſub cap.* 8. obſervandi à Regularium Superioribus ſuper caſuum reſervatione quo ipſe Pontifex decrevit, ut nemo „ ex Regularium Superioribus peccato- „ rum abſolutiones ſibi reſervet, exceptis iis, quæ ſequuntur, „ aut omnibus, aut eorum aliquot, prout ſubditorum utilitati „ expedire prudentèr in Domino judicaverit; „ & enunciato reſervandorum cathalogo, notatur quoque: *Occiſio, aut vul-* 54
neratio, ſeù gravis percuſſio cujuſquæ perſonę. Ex quo ſanè

ſequitur Superiores ipſos facultatem obtinuiſſe, eamque actu retinere abſolvendi ſuos ſubditos in caſu occiſionis, & percuſſionis, quibus ſe offendunt; cum per DD. nullus poſſit ſibi alicujus criminis, aut cenſuræ abſolutionem reſervare, & inferiorum poteſtatem reſtringere, aut ſuis ſubditis jus ad effectum abſolutionis cum reſtrictione communicare, ſi ipſe tali jure careat, aut ſit privatus juriſdictione ad abſolvendum ab iis, ad quæ velit datam ſubditis poteſtatem extendi, vel reſtringi.

Quod magis liquet ex verbis, quæ Urbanus VIII. confirmans apud Thom. Tamb. *tom.* 2. *lib. de pœnit. tract. de caſ. reſer. cap.* 9. §. 2. decretum Clementis VIII., addidit. San-
55 ctitas Sua „; deinceps declaravit, ut ſi hujuſmodi Regularium
„ Confeſſariis caſus alicujus reſervati facultatem petentibus,
„ Superior dare noluerit, poſſint nihilominus Confeſſarii illa
„ vice pœnitentes Regulares, etiam non obtenta à Superiore fa-
„ cultate, abſolvere. „ Ubi ad rem notetur per ea *faculta-*
„ *tem petentibus*, *Superior dare noluerit*, Pontificem ſupponere Superiores per ſe ipſos, vel alios, quibus id commiſerint poſſe proprios ſubditos à præfatis abſolvere. Verum ſubditus non debet eſſe facilis ad abſolvendum, ſi facultatem non obtineat, ut fraudes evitentur.

Advertas reſtrictionem facultatis ad ſolos Generales eorumque Vicarios, & alios, quibus ipſi commiſerint, factam in Bulla Aurea, ab eodem Sixto revocari, & reduci ad terminos conceſſionum juxta mare magnum, & expreſsè pro Prædicatoribus diſpoſuit apud Confect. *cit. collect.* ut ſequitur.

56 „ Quoniam omnes Ordinis Veſtri de Obſerv. Fratres
„ pro eorum abſolutionibus, & diſpenſationibus obtinendis ad
„ Magiſtrum Generalem præfati veſtri Ordinis ire tenentur, &
„ obligantur, juxta tenorem Bullæ Aureæ nuncupatæ, in qua
„ talis reſtrictio apponitur, idque Fratribus ipſis magno ſit in-
„ comodo propter varios diſcurſus pro quaque re faciẽdos. Vo-
„ lentes eorum commoditati, & quieti in hoc conſulere, ſup-
„ plicationibuſque in hac parte nobis porrectis inclinati, vobis,
„ & cuilibet veſtrum facultatem, & poteſtatem concedimus ab-

ſol-

Digitized by Google

ſolvendi, diſpenſandi cum Fratribus ipſis, ſicuti aliàs ex pri- „
vilegio, quod dicitur Mare magnũ facere poteratis, antequam „
talis Bulla Aurea nuncupata emanaſſet. Illa, cæteriſque con- „
trariis non obſtantibus quibuſcumque &c. Dat. Romæ die 28. „
Maii 1481. „ quod extenditur, etiã ad Fratres Minores, prop-
ter amplam privilegiorum communicationem, quam habent
cum Sacro Prædicatorum Ord. & è contra, ut ex Mari magno
liquet, ideo id eorum poſſunt Provinciales, ſicut prius ad te-
norem Maris magni; & tradit Caſarub. *compend. privil. v. abſol.
ordinar. quoad Fratr. num.* 14.

An autem poſſint Guardiani? affirmat Lantuſ. *ver. ab-
ſolutio num.* 6. limitatur, ex Salmanticenſi *cap.* 7. ſi percuſſio
ſit atrox, ſeù gravis; hujuſmodi enim eſt caſus reſervatus Ge- 57
nerali, & Provinciali; prout *ſtat.* Sambucana *cap.* 7. §. 3. *in ta-
bula caſuum reſervatorum*. Ex quibus verò ſumatur gravi-
tas? habes ſuperius *num.* 44. & quod Guardiani, & ceteri Lo-
cales Cõventuum Superiores non habeant juriſdictionem, &
authoritatem ordinariam abſolvendi à caſibus reſervatis in
Religione, eamque dumtaxat Generali, & Provincialibus con-
venire, qui eam poſſunt delegare, habetur, ut infra.

In Congregationis Admodum Iluſtrium, & RR. DD.
RR. Prælatorum Viſitationis Apoſtolicæ Sanctiſs. D. N. Papæ
die 13. Martii 1601. habita; Inter alia. *Al memoriale del P.
Cuſtode de Reformati di S. Franceſco; la Santità Sua dichiara,
ch' il Decreto ſuo ſopra la reſervatione de' caſi de Religioſi fatto al-
li 26. di Maggio 1593.; non diſpone, ne determina, à chi ſpetti
l'autorità d' aſſolvere da detti caſi, rimettendoſi in queſto alle
Conſtitutioni, uſo, & oſſervanza comune delle Religioni; ch' il
Generale, e Provinciale habbino queſt' autorità ordinaria, e non
li Guardiani, e Priori, Superiori immediati de Conventi: Do-
veranno però detti Provinciali, e Generali communicare detta
facoltà in ciaſchedun Convento à perſona diſcreta, & intelligen-
te, per aſſolvere i Religioſi di quel Convento, che faranno ricorſo;
ò vero nelli caſi particolari, ch'occorreranno, concedere la facoltà
à ciaſcuno Confeſſore, deputato in detto Convento, quando eſſo
Confeſſore ne faccia iſtanza, e giudica ſpediente, ſe gli conceda;*

nel

nel qual capo li Superiori, anco Delegati, doveranno prontamente concederla, conforme al detto Decreto Pontificio, perche negandoſi, la Santità Sua intende, ch' il Confeſſore poſſa aſſolvere da detto caſo &c. Jacobus Butius Canonicus Lateranen., Viſitationis Apoſtolicæ SS. D. Noſtri Notarii, &c. *Orb. Seraph. Tom. 4. pag. mihi* 166.

Regularis Clericum Secularem percutiens, vel manus in in eum violentas iniciens non à Superiore Regulari abſolutionis beneficium recipit, prout ſtylus Curiæ probat, & eſt caſus
58 expreſsè exceptus in alleg. decreto Clementis VIII.; Unde pro eo eſt abſolutio obtinenda à Sede Apoſtolica *cap. cum illorum tit. ſæpiiſſimè cit.*; vel Epiſcopo *cap. Religioſo in 6. tit. ſimili*, maximè ſi injuria non fuerit enormis Engel. *num.* 132.

In caſu injuriæ illatæ perſonis alterius clauſtri, ſciendum eadem Decretali diſponi, ut infra: *ſi vero clauſtralis aliquis in Religioſam perſonam alterius clauſtri manus injecerit violentas, per Abbatem proprium, & ejus, qui paſſus eſt injuriam, abſolvatur*. Tenet Cabaſ' *num.* 9., & Engel. *num.* 132. referens Molinam ſic Decretum interpretari, ut abſolutio, & executio pœnæ fiat per Prælatum rei percutientis, tamquam per ordinarium Judicem, cum conſenſu tamen, & præſcientia Prælati offenſi, tamquam actoris, perſequentis injuriam ſui
59 Religioſi, niſi iſte Prælatus actor maluerit integrum negotium alteri Prælato committere.

Moniales exemptæ ſe invicem percutientes abſolvuntur à ſuis Prælatis Regularibus, vel aliis de præfatorum commiſſione; etenim privilegia Regularibus data eorumdem Monia-
60 libus communicantur, ut obſervat Pignatell. *tom. 7. conſul.* 80. *num.* 4. Piaſec. *prax. par.* 2. *cap.* 3. *art.* 7. *num. primo* & expreſsè in Bulla Aurea Sixtus IV. indulget, *ut Moniales, & Tertii Ordinis Sorores, exiſtentes ſub cura Fratrum Prædicatorum, & Minorum reſpectivè, poſſint, & debeant libere, & licitè uti in omnibus, & per omnia, privilegiis, immunitatibus, gratiis, favoribus, conceſſionibus, facultatibus, & indultis ſpiritualibus, & temporalibus præfatis Ordinibus Prædicatorum, & Minorum conceſſis, quatenus earum ſexui, & ſtatui non contradicant*; Et

pro

pro Monialibus Sanctæ Claræ repetit Leo X. Conſt. *cum ſicut*; *& Greg. XIII. Conſt. ex benignæ Sedis*, *& Sixtus V. Conſt. etſi Mendicantium* confirmantes privilegia Fratrum Minorum de Obſervantia, & Monialium Sanctæ Claræ, ac Tertii Ordinis Sancti Franciſci, etiam per modum communicationis, & extenſionis inter ſe, & cum aliis Ordinibus.

Novitii quoque per Superiores Regulares, ratione Religionis, & juxta privilegia Ordinibus conceſſa, prout in Mari magno eorumdem reſpectivè, beneficium abſolutionis ab excommunicatione, propter violentam manuum injectionem in anno novitiatus incurſam recipiunt; cum debito, ut ſi abſoluti, non emiſſa profeſſione, Religionem relinquerint, debent ei ſe præſentare, qui eos, aliàs de jure, in ſeculo abſolvere poterat, non, ut abſolvantur, cum jam ſint abſoluti, ſed ne in eamdem cenſuram propter inobedientiam, non ſe præſentandi, reincidant; Textus expreſſus in *cap. eos, qui de ſent. excomm. in 6. lib. 5. tit.* 11. quod poſt Angelum *Summ. ver. excomm. 5. cap. primo nu.* 48., & Sylveſtro *Summ. ver. abſolutio quinta à num.* 9. docuit Sorbo *ver. Novitius tit. de novitior. abſolutione*. Ponderata ratione ex Sylveſtro; quod huiuſmodi abſolutio conditionem, ſaltem implicitam includat, ſi *perſeveraverint*. Ideo Novitii, ſic abſoluti, ad ſeculum revertentes ſunt movendi, prout ibidem notavit Sorbo, quod iterū eadem innodentur cenſura, niſi, prætacto modo, ſe præſentent; quia ex Sorbo privilegio debet privari, qui privilegio abutitur. 61

Sed dubitatur de Novitio, qui ante Novitiatum incidit in Canonem, an poſſit per ſuum Prælatum Regularem à cenſura abſolvi? Dubium ponitur à Sylveſtro loco citato, & ibidem ipſe reſpondit, non eſſe ad Religionem admittendum, niſi prius abſolutionem recipiat ab eis, à quibus aliàs de jure abſolvendus erat; & ſi recipiatur, poſſe à Superiore abſolvi cum onere ſe præſentandi illis, ad quos de jure id pertinebat, juxta ſuperius dicta; excipit tamen in caſu enormis percuſſionis, & injuriæ. Verum nec poſt ingreſſum ei poſſe abſolutionis beneficium impendi, tenet Sorbo *loco citato*, *& ver. abſolutio extraordinaria*, *quoad Fratres à* 62

num.

num. 13. *verſ. quoad* §. 3. *eſt ſciendum*; & deberet obtinere, vel mitti, ad quos ſpectat, quod eſt ad præſcriptum decreti Sac. Cong. ſub Clemente VIII. prout ſupra *num.* 49. & juxta dicta *num.* 58. ac ea, quæ habet Angelus *alleg. num.* 44. de Regulari pecutiente Clericum Secularem, qui abſolvendus non eſt à Superiore Regulari; & poſſet parificari in caſu, quo receptus haberet cenſuram Bullæ Cœnę, vel caſum Epiſcopo reſervatum; ad quæ certe Regularium poteſtas non extenditur ex dictis *cap. Off. quoad abſolut. à caſ. reſer. Epiſ.*, & *Offic. quoad abſolut. ab excomm.*, & *caſ. Bull. Cœnæ*. Ibi vide, & in praxi, quod tutius eſt teneas: in qua non conſequentiæ, & ſpe-
63 culationes, ſed ſententiæ, & Sanctæ Sedis decreta eſſe debent agendorum regula.

CAPUT XXIV.

Officialis quo ad exemptionem ab Ordinarii Juriſdictione.

SUMMARIUM.

1 *Deſcribitur exemptio.*
2 *Qualibet Eccleſia naſcitur ſubiecta Eccleſiæ Romanæ.*
3 *Nec Regularis privilegio exemptionis, nec Clericus alteri fori, poteſt renunciare.*
4 *Tempus ad præſcribendum contra privilegium exemptionis.*
5 *Epiſcopis in exemptos modo ordinaria, modo delegata juriſdictio conceditur.*
6 *Actus exerciti à Delegato non probant juriſdictionem.*
7 *Aliqua exempla juriſdictionis datæ Epiſcopis in exemptos.*
8 *Poſſunt Epiſcopi punire Regulares turbantes ſuam juriſdictionem.*
9 *Ordinarii poſſunt accedere cum Cruce ad Eccleſias Regularium: & alia ibi.*
10 *In quibus actus juriſdictionis exercere eſt eis prohibitum.*
11 *Regulares Epiſcopis in ſuis Eccleſiis Baldacbinum debent erigere.*
12 *In eis Epiſcopi nequeunt pro-*

proceſſiones convocare.
13 *Sine Ordinariorum licentia nequeunt Sacramentum ſolemniter exponere; & plura.*
14 *Quãdo Epiſcopi poſſint cenſurare Regulares?*
15 *Frat. Min., & Prædicator. privilegium, quod non poſſint ab Epiſcopis ſine licentia Sedis Apoſtolicæ excõmunicari, ſuſpendi, & interdici.*
16 *Mens Trid. quoad cenſuras in Regulares per Epiſcopos ferendas.*
17 *Declara, an Epiſcopus poſſit declarare Regulares excommunicatos? uſque ad* num. *ſequen.*
18 *Non poteſt Epiſcopus viſitare Eccleſias Regulariũ. Limita.*
19 *Nec poteſt præcipere eis, ne propriis ritibus in feſtis utantur.*
20 *Regulares citati ab Epiſcopis non tenẽtur comparere: declara, & diſtingue.*
21 *In dubio, an Regulares ſubdantur juriſdictioni Epiſcopi? recuritur ad Sanctam Sedem.*
22 Conſt. Innoc. X. *ſuper exemptione Regularium, ab juriſdictione Ordinariorum, iſtorumvè reſpectivè.*
23 *Regulares non eximuntur à reverentià Epiſcopis debita.*
24 *Epiſcopi jura Regularium defendant.*
25 *Concilii Viennenſis monitum, exemptis, & non exemptis directum.*

EXemptionem deſcribunt DD. eſſe privilegium, *quo perſona, aut locus* (& en diſtinctio exemptionis localis, & perſonalis) *ab juriſdictione Epiſcopi, vel Ordinarii, liberatur, & ſubtrahitur, ac Summo Pontifici immediate ſubjicitur*: quod ex *cap. ſi Papa de Privilegiis in 6. lib. 5. tit. 7.* notavit Engell. *Colleg. univ. jur. Canon. lib. 5. tit. 33. §. num* 28. & probatur, ſi in literis conceſſionis Papa aſſerat: *hæc Eccleſia eſt exempta*: *vel, ad jus Beati Petri, & proprietatem Romanæ Eccleſiæ, vel Romanum Pontificem ſpecialiter pertinet*: *vel, Epiſcopus non audeat in ea Cathedram collocare, vel aliquod imperium, & poteſtatem exercere*; aut alio ſimili modo; videndo apud Aſcan. Tambur. *tom. 1. de jur. Abbat. diſp. 15. quæſt. 5.* etenim ea eſt natura pri- 1

Vu vile-

vilegii, ut ejus verba non ſint otioſa,& aliquid ſemper operentur; unde cum omnes mundi Eccleſiæ, ad jus Beati Petri, & Eccleſiæ Romanæ, omnium aliarum capitis, & magiſtræ, ſubjectæ naſcantur, ut appoſita in literis exemptivis aliquid pro ea Eccleſia ſpecifice operentur, & plus à privilegio recipiat,
2 quam acceperit à natura, infertur, Pontificem eidem volviſſe concedere, ut, modo quodam diſtincto, Romanæ Eccleſiæ ſubjiceretur; eam nimirum ab Ordinariorum poteſtate, quibus prius ſuberat, eximendo; quæ cæteris locis piis applicantur.

Privilegio exemptionis Regularibus à Sancta Sede conceſſo nequeunt iidem renunciare, ut tradit Sperell. *deciſ.*104. *num.*87. Pignatell. *tom.*10. *conſ.*107. *num.*2. quia in eo, nedum favor exempti conſideratur, ſed etiam ipſius Papæ eximentis; qui eos, ab Ordinariis eximendo, ſuæ ſubjecit juriſdictioni:
3 qua à nullo invitè privari, nec poteſt, nec debet; à pari de Clerico, qui privilegio fori renunciare non poteſt, cum, non in ipſius dumtaxat, ſed in totius Ordinis favorem, tributum fuerit. Engell. *tit.*3. *num.*17:, & puniendus graviter eſſet, ſi ſe laicali ſubiceret juriſdictioni, Piàſec.*praxis Epiſc.par.*2. *c.*3. *art.*6. *num*.6. *v. cap.offic. quoad privilegia tom.*2. notans ibidem *cap.& art.cit.num.*73. *ex cap.cum perſonæ de Privil. in* 6. valere præſcriptionem contra exemptiuum privilegium Regularium, quadraginta annorum decurſu probatam; vel annorum centum, ſi ſit præſcriptio in præjudicium, vel contra Roma-
4 nã Eccleſiam eximentem; præſertim ſi Ordinarius præſcribat, cui jus commune aſſiſtit, ei ſuper omnes de ſua Diœceſi juriſdictionem concedens; cui adhuc ſubderentur, niſi aliqui, ſpeciali Romanæ Sedis indulgentia, plenarie, uti Regulares, apud Tamb. *cit. quæſt.*2.*ſub. num.*5., *& quæſt.*5. ab ejus juriſdictione fuiſſent exempti, ſuper quo videantur DD., & interim ad nos.

Notandum plenariam Regularium exemptionem, eſſe correptam, & Dominos Epiſcopos in certis caſibus juriſdictionem in exemptos habere: aliquando delegatam, aliquando ordinariam per notata ab Engell. *loc.cit. num.*31. Delegatam tunc habent, cum Canones, & jura diſponunt, ut contra exemptos

emptos, authoritate Apoſtolica, vel tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, procedant: Ordinariam vero, quando eis ſimpliciter conceditur juriſdictio, vel potius removentur ordinariæ juriſdictionis obſtacula, per appoſitionem clauſulæ, *non obſtantibus privilegiis, & exemptionibus quibuſcumque*. 5

Ex actibus, quos, ut delegati Sedis Apoſtolicæ, in exemptos exercent, non probari eorum in eos juriſdictionem, notavit Tamb. *cit. quæſt.9. num.3.* ſicut cum, ut delegati, procedunt, ab eis ad Summum Pontificem, tamquam delegantem: & cum, ut Ordinarii, ad Metropolitanum, poſſe appellari tradit Engell.*num.*34., *& notavit* Pignat.*tom.*10.*conſul.*149. *num.*15., quod ubi Concilium expreſsè ſuſtulit appellationem, non intelligitur ſublata, quoad effectum devolutivum, ſed ſuſpenſivum tantum, præſertim ſi diſpoſitio reſpiciat materiam correctionis morum. 6

Utriuſque juriſdictionis exempla in Tridentino ſunt obvia; in quo ſæpe Regularium privilegia expreſsè, vel tacite revocantur, & hic aliqua notantur, &c. 7

I. Subduntur Regulares Epiſcopis, quo ad editionem librorum *ſeſs.*4. *in decreto de editione, & uſu ſacrorum librorum*.

II. Quoad lectionem Sacræ Scripturæ *ſeſs.*5. *cap.*1. *de Reform.*

III. Quoad Prædicationem Verbi Dei ibidem *cap.*2., *& ſeſs.*24. *cap.*14. *de ref.*, *& Conſt. Superna Clementis X.* relata *cap. Offic. quoad Privil. vide cap. Offic. quoad Conciones.*

IV. Quoad cauſas fidei eodem *cap. ſeſs.*5. *& Conſt. Pauli V. Romanus Pontifex. Bullar. Cherub. tom.*3. *pag.*209., ipſis, & Inquiſitoribus, & *Gregorii XV. conſt. Univerſi Dominici* §.4. *ibidem pag.*432.

V. Quoad delicta commiſſa extra Monaſteria ibidem *ſeſs.*6. *cap.*3. *de ref.*, *& ſeſs.*25. *cap.*14. *de Regularibus, vide cap. offic. quoad delicta.*

VI. Quoad viſitationem Monaſteriorum commendatorum *ſeſs.*21. *cap.*8. *de ref.*

VII. Quoad publicationem Indulgentiarum ibidem *ca.*9

 ubi

ubi, cum univerſaliter loquatur, etiam Regulares comprehendit. S.Cong.Concil. in una *Januen.lib.*10. *Decret.*

VIII. Quoad obſervanda, & vitanda in celebratione Miſſæ, *ſeſſ.*22. *in decreto ejuſdem tituli; vide caput offic. quoad celebrationem Miſſarum.*

IX. Quoad Ordinum ſuſceptionem *ſeſſ.*23. *cap.*8. 11. 12. *&* 14. *de ref. & Conſt. Leonis X. Dum intra, vide c. offic. quoad privilegia: & cap. offic. quoad Ordines to.*2.

X. Quoad confeſſiones ſecularium audiendas, ibidem *cap.*15., *& conſt. Superna cit. vide caput offic. quoad approbationem &c. quoad abſolutionem à reſervatis.*

XI. Quoad Parochos Regulares in ordine ad Synodum *ſeſſ.*24. *cap.*2. *de ref. vide cap. offic. quoad legem Diœceſanam.*

XII. Quoad venerationem Imaginum, & Reliquiarum *ſeſſ.*25. *in decreto ſimilis tituli.*

XIII. Quoad Monaſteria erigenda *ſeſſ.*25. *cap.*3. *de Regularibus; vide cap. offic. quoad Conventus.*

XIV. Quoad Fratres, ſine Superiorum licentia itinerantes, ibidem *cap.*4.

XV. Quoad Fratres miſſos ad ſtudia, ibidem.

XVI. Quoad Monialium Clauſuram, ibidem *cap.*5., *& conſt. Fel. Alex. VII. vide caput offic. quoad Clauſuam Monialium.*

XVII. Quoad concernentia curam animarum ibidem *cap.*11., *& conſt. Inſcrutabili Greg. XV. vide caput offic. quoad privilegia.*

XVIII. Quoad dies feſtos, cenſuras, & interdicta, ibidem *cap.*12. *vide cap. offic. quoad legem Diœceſanam.*

XIX. Quoad controverſias ſuper præcedentia in proceſſionibus, ibidem *cap.*13.

XX. Quoad acceſſum ad publicas proceſſiones, ibidem, *vide cap. offic. quoad proceſſiones to.*2.

XXI. Quoad renunciationes faciendas à Novitiis, ibid. *cap.*16.

XXII. Quoad probandam nullitatem profeſſionis, ibid. *cap.*19.

Pote-

Poteſtatem habent Ordinarii erga exemptos in ſpectantibus ad venerationem eorum , qui cum Sanctitatis opinione , vel fama Martyrii ex hac vita migrarunt , per diſpoſita ab Urbano VIII. Conſtit. *Cæleſtis Hieruſalem Bullar. Cherub. tom.*4.

Et facultate eis à Gregorio XV. Conſt. *Sanctiſſimus Dominus Noſter Bullar Cherub. tom.*3. *pag.*425. facta , procedere poſſunt , contra aſſerentes Beatam Virginem conceptam eſſe cum peccato originali ; & contra Confeſſarios ſollicitantes pœnitentes ad turpia , vel docentes eos non teneri ad denunciandos Confeſſores ſollicitantes , ex ejuſdem Conſt. *Univerſi Dominici* , ibid.

Et contra eos , qui , tametſi ad ſacrum Præsbiteratus ordinem non promoti, Miſſas celebrant , & Sacrament. Pœnitentiæ miniſtrant , ex diſpoſ. Clemen. VIII. Conſt. *Et ſi aliàs Bullar. Cherub. tom.*3. , & Urbani VIII. Conſt. *Apoſtolatus* , *tom.*4.

Item poſſunt punire exemptos , turbantes ſuam juriſdictionem, ſuper quo Pignatell. *tom.*10. *conſul.*20. *num.*14 refert
reſponſum Sacr. Cong. Concil. in una Panormitana ad du- 8
bium : „ An milites Hieroſolymitani offendentes perſonam „
Officialium Curiæ Archiepiſcopalis Panormitanæ in actu ex- „
ercendi ſuum officium , aut aliàs Archiepiſcopi juriſdictio- „
nem impedientes , ab eodem coerceri , & puniri poſſint ? quæ „
partibus auditis, dubioque accuratè diſcuſſo ; cenſuit, *poſſe* ; & „
obſervavit etiam . „ Donat. *prax. Regul. tom.*1. *tract.*13. *par.*2. *quæſt.*28. *num.*2.

Ordinariis conceditur ex Clement. *Archiepiſcopo lib.*5. *tit.*7. poſſe ad Eccleſias Regularium cum Cruce accedere ; in eis uti Pontificalibus ornamentis : cum eis Miſſam celebrare :
populo ſolemniter benedicere per illa verba ex ibidem adno- 9
tatis à Gloſſa *verbo colligo* : *ſit nomen Domini Benedictum* : officia divina privatim , vel publice audire ; & ea exercere , quæ ſunt honoris , & præminentiæ Epiſcopalis ex Pignatell. *conſul.*106. *num.*3. adeoque per Donat. *tom.*1 1 1. *tract.*6. *quæſt.*36. *num.*2. prædicare, quia actus honoris eſt . Etiam ſine ipſorum Regularium licentia , propter diſpoſitioni , ibidem , adjectam clau-

clauſulam, *quovis privilegio contrario non obſtante*; cui, cum ſit Concilii Generalis, ei nunquam derogatur, niſi expreſsè mentio Concilii fiat, apponendo in privilegio exemptivo: *non obſtante quavis Conſtitutione, ſeu lege in Concilio Generali editis*, ut notavit Tamburin. *cit. quæſt.* 15. *num.* 3., & niſi ſpecialiter derogetur, exemptio non ſuffragatur; ex quo diſpoſitio, utpotè Concilii Generalis, contineat per tradita à Pignatell. *conſ.* 28., clauſulam derogatoriam ad futuras diſpoſitiones.

Quibus uti debent ſine juriſdictionis exercitio, ut clarè ibidem *Textus*. „ Sic tamen, quod prætextu conceſſionis hu-
„ juſmodi, in locis ipſis exemptis, *vel* circa hoc privilegiatis
10 nullam aliàm juriſdictionem, idem Archiepiſcopus, vel Epiſ-
„ copus exerceat: nec perſonis exemptis, vel privilegiatis mo-
„ leſtiam inferant, vel gravamen, nullumque exemptioni, vel
„ privilegiis eorumdem aliud præjudicium generetur: nec ipſis
„ Archiepiſcopo, vel Epiſcopo jus aliud quomodolibet acqui-
„ ratur. „

Ex quibus DD. notant, eos in illis ſine exemptorum aſſenſu ea exercere non poſſe, quæ ad juriſdictionem Epiſcopalem, officium, & ordinem ſpectant, ut ſunt ordinare, degradare, Chriſmare, conſecrare virgines, ut ibidem *verb.* Gloſſa *ſequens*, Gloſſa ipſa notavit; & cum eis Lezzana *qq. Regul. verb. baldachinum num.* 4. cætera, quæ mixturam habent juriſdictionis, ſive contentioſæ, ſive voluntariæ; ideo quia facere ſibi ab aliis cum Pontificalibus celebrare, eſt auctoritative juriſdictionem exercere, ex Gloſs. *verb. celebrari*, & Pignatell. *conſ.* 106. *num.* 5. id eis ibidem prohibetur, & ſolum ſine illis conceditur.

Tenentur Regulares in propriis Eccleſiis, volenti Epiſcopo Pontificales functiones exercere, baldachinum erigre,
11 ex diſpoſitione Sac. Cong. Epiſc. *ſub die* 10. *Junii* 1603. ex expreſſo mandato Clementis VIII. apud Piaſec. *cit. ſub num.* 69. Pignatell. *cit num.* 30. Tambur. *cit. diſp.*, *& quæſt.* 15. *num.* 17. Donat. *tom.* 1. *par.* 2. *tract.* 13. *quæſt.* 74., & pœnis, & cenſuris ad id, vel ſaltem, ne impediant, quin Epiſcopus ipſe illud attollere faciat, compelli poſſunt. Eo tamen „ dumtaxat tem-

pore

pore (ſunt verba decreti) quo Pontificales hujuſmodi fun- »
ctiones exercebunt, vel dum actus ipſe, cui in Pontificalibus »
aderunt, peragetur; „ per quæ ſignificatur Epiſcopos, ne- »
dum non poſſe ordinare exemptis, ut erectum baldachinum
conſervent ad effectum, ut ſub eo impoſterum ſedeant; verum etiam, nec ipſos poſſe ſub eo ſedere pro tribunali, cathedram judicialem erigere, & aliquem juriſdictionis actum exercere, etenim non alio fine id Clemens VIII. per Congregationem præcepit, niſi, ut honor, & debita reverentia Epiſcopis exhibeatur, quod ex narrativis Decreti liquet, ut ſequitur:
Decet Epiſcopis pro eo, quo in Eccleſia Dei excellunt dignita- »
tis gradu, in quocumque ſuarum Diœceſum loco, quoties eos, »
ibi Pontificalia exercere, aut in Pontificalibus adeſſe, & aſsiſte- »
re contingit, eam, quam par eſt, reverentiam, & honorem »
decoro cultu, & ornatu exhiberi. „ Quod illa priori electione »
obtinent.

Ideo notat Lezana *Summa qq. Regul. tom.* III. *verb. Baldachinum nu.*4., *& ex ipſo* Pignatell. *num.*9. ex eo dici non poſſe, eſſe facultatem Epiſcopis factam, inſtituendi in dictis Eccleſiis proceſſiones, & Indulgentias concedendi, utpote ad 12
actum juriſdictionis, & non reverentiam Epiſcopalem, pertinentia, .n. privilegiatus in aliquo non poteſt extendere ſuum privilegium ad aliud; nec exemptis, & privilegiatis præjudicatur in ſuo privilegio, niſi quatenus in illo exprimitur.

Sine Ordinarii licentia nequeunt cum ſolemnitate Sacramentum exponere Sac. Cong. Rituum 26. *Febrarii* 1628. Gavant. *manual. v. Euchariſt. num.* 53. Pro perſonis particularibus 13
exponitur in oſtiolo tabernaculi, aut in Pixide velata cum luminibus, & aſsiſtentia Sac. Cong. Epiſc., & Regul. 7. *Septembris* 1598. ibid. *num.* 54. aliud Decretum editum *die* 10. *Decembre* 1602. exhibet Nicol. *Floſc. v. Euchariſt. num.* 23. ut infra.
Non liceat Regularibus, etiam in eorum propriis Eccleſiis, San-
ctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum publice adorandum ex- »
ponere, niſi ex cauſa publica, quæ probata ſit ab Ordinario; »
ex cauſa autem privata poſſint, dummodo Sanctiſs. Sacramen- »
tum è Tabernaculo non extrahatur, & velatum remaneat »

itaut

„ itaut ipſa Hoſtia videri non poſſit; & ſub *die* 22. *Jan.* 1701.
„ *Sac.Rituum Cong.* in Firmana expoſitionis Sanctiſsimæ Eucha-
„ riſtiæ ad dubium. An PP. S. Columbæ Min. Obſerv. Oppidi
„ Monleani, liceat publicè adorandum exponere Sanctiſs. Eucha-
„ riſtiæ Sacramentum in eorum Eccleſia ſingulis diebus feſtivis
„ totius anni, exceptis quadrageſimalibus, & Dominicis, priua-
„ tive quoad PP. Conventuales (cum quibus erat controver-
„ ſia), & alios Parochos ejuſdem Oppidi; reſcripſit: licere PP.
„ Min. Obſeru. S. Columbæ de licentia Eminentiſs. Archiepiſ-
„ copi: in reliquis arbitrio ejuſdem Eminentiſs.

Nequeunt Epiſcopi cenſuras in Regulares ferre, ut notavit Pignatell. *conſ.* 106. *num.* 12. niſi in caſibus expreſsis à Con-
14 ſtitutionibus Apoſtolicis, & niſi eis per Sacros Canones ſpecificè concedatur, præſertim in eos ex Piaſec. *prax. Epiſcopor. parte* 2. *cap.* 3. *artic.* 6. *à num.* 77. habentes à Sede Apoſtolica privilegia, quod excommunicari non poſſint; quæ pluribus Sedes Apoſtolica dedit, ut refert Lezana *tom. primo capit.* 11. *num.* 14., & Minoribus impertiti ſunt *Clemens IV. Conſtitut. Virtute conſpicuos, Bullar. Cherub. tom. primo*, & *Sixtus item IV. Conſt. Regimini, ubi* §. 9. & *ne prætextu*; & infra: „ diſtrictius inhibemus, nequiſpiam abſque dictæ Se-
15 dis ſpeciali commiſſione, & auctoritate in perſonas, domos,
„ & loca dicti Ordinis Fratrum Minorum, utpote, prorſus
„ exempta, aliquam excommunicationis, ſuſpenſionis, & in-
„ terdicti ſententiam ſpecialiter, vel generaliter, quomdolibet
„ promulgare, „ cum ampliſſimis derogatoriis additis §. 19. *ibidem*, quod, & Sacro Prædicatorum Ordini *conſt. Regimini loco allegato*, idem Sixtus ſub iiſdem terminis conceſſit.

Quod patet ex *cap. Volentes de privilegiis in* 6. *lib.* 5. *tit.* 7. ubi, conceſſa in exemptos in certis caſibus Epiſcopo juriſdictione, textus ſubdit; „ in eos autem, quibus, nec interdici,
„ ſuſpendi, vel excommunicari, à quoquam valeant, à Sede
„ Apoſtolica eſt indultum (ſicut ſunt Religioſi, quamplures)
„ in quorum privilegiis continetur; ne quiſquam Epiſcopus,
„ vel Archiepiſcopus Monaſteriorum ſuorum Monachos pro
„ ulla cauſa, ullove loco interdicere, ſuſpendere, vel excom-

muni-

municare præſumat, iidem Ordinarii juriſdictionem ſuam, „
quantum ad iſta, ubicumque illi fuerint, penitus exercere „
non poſſunt; „ quæ eſt diſpoſitio Concilii Generalis Lug- „
dunenſis ſub Innoc. IV.

Et facit, quod Trident. taxat caſus, in quibus Regulares poteſtati Ordinariorum ſubmittit,&,cum vult dare auctoritatem Epiſcopis, ut cenſuris adverſus eos procedant, id exprimit, ut *ſeſs.22. in fine Decreti de obſervandis, & evitandis in ce* 16
lebratione Miſſæ, & *ſeſs.25. cap.5. de Regularibus* dum providere intendit Monialium Clauſuræ, & *cap.16. ejuſdem ſeſſionis* diſponens, ne aliquid ex bonis Novitii ante profeſſionem tribuatur Monaſterio, ne hac occaſione diſcedere nequeat. Ideo cum id in aliis capitibus non exprimat, ſed dicat, vel *accedere compellantur*, ut *cap.13.* vel *puniri poſſit*, ut *cap.14. allegat. ſeſſionis*, ſequitur eam illis concedere noluiſſe; & contuliſſe dumtaxat poſſe eos aliis canonicis pœnis plectere, ut depoſitione, collocatione in arctius Monaſterium, privatione officiorum, vocis activæ, & paſſivæ, ſimilibuſve, ex obſervatis ab Antonell. *de Reg. Eccleſ. lib.7. cap. ult. ſub num. primo*, cum quo videatur Donat. *cit. quæſt.23. 25. 78. 79.* Lezzana *cit tom. primo cap.11. num.14.*, & *tom.3. verb. exemptio. num.10.* Piaſec. *loco item allegat. num.77. 78.*

An autem in caſibus, in quibus nulla eſt Epiſcopo in Regulares conceſſa juriſdictio, poſſit eos excommunicatos declarare, ſi aliquod delictum committant, propter quod ipſo facto 17
excommunicationem incurrant? Negativè cum Antonell. *loc. cit.* reſpondetur; etiam ſi excommunicatio eſſet publica, & notoria, etenim hujuſmodi declaratio adjunctum habet actum juriſdictionis, cum debeat fieri cauſa judicialiter cognita, & citata parte, quæ, utpotè exempta, citari non poteſt; & citata de jure ad hunc effectum comparere non debet; ideo tunc à proprio Judice competenti debent declarari.

Poteſt tamen Epiſcopus Regularem excommunicatum, vel ob publicam percuſſionem Clerici, vel propter apoſtaſiam à ſuo Prælato, uti talem declaratum, ſuis ſubditis denunciare, ut eum vitent; quia id non eſt juriſdictionem in eum exerce-

re,ſed monere ſuos ſubditos de obligatione,quam habent, non communicandi cum excommunicato.

Verum id limitatur in Clement. *Religioſi de privil. lib. 5. tit.7.* ut ſequitur; „ Religioſi, qui Clericis, aut Laicis Sacra-
„ mentum Unctionis extremæ, vel Euchariſtiæ miniſtrare; ma-
„ trimoniave ſolemnizare,non habita ſuper his Parochialis Preſ-
„ byteri licentia ſpeciali; aut qui excommunicatos à Canone;
„ præterquam in caſibus à jure expreſſis, vel per privilegia Sedis
„ Apoſtolicæ conceſſis eiſdem: vel ſententiis per ſtatuta Provin-
„ cialia, aut Synodalia promulgatis (ſeu ut verbis eorum uta-
„ mur) à pœna, & culpa abſolvere quemquam præſumpſerit,
„ excommunicationis incurrant ſententiam, ipſofacto, per Se-
„ dem Apoſtolicam dumtaxat abſolvendam; quos etiam loco-
„ rum Ordinarii (poſtquam de hoc eis conſtiterit) excommuni-
„ catos faciant publicè enunciari. „

Non poſſunt ab Epiſcopis Regulares impediri, ne oſtiatim mendicent, & eleemoſynas de licentia ſuorum Superiorum quærant per loca Diœceſis, in qua Conventus exiſtunt, *vid. cap. offic. quoad quæſtas 10.2.*

Neque eis facultas datur à Tridentino viſitandi Regularium Eccleſias, & Conventus, ut ſub *die* 16 *Junii.*1605. ejuſdem S. Congregatio diſpoſuit, prout infra. „ Cenſuit Epiſ-
18 copos, & aliorum locorum Ordinarios vigore cujuſvis Decre-
„ ti Concilii nullam habere facultatem, quovis tempore, in Mo-
„ naſteriis, Domibus, & Eccleſiis Regularium, viſitandi Sacri-
„ ſtias, Paramenta, Vaſa Sacra, Altaria, & alia, aut etiam Ta-
„ bernaculum, ſeu Pixidem, in qua ſervatur Sacramentum. „
*lib.*10. *decretorum fol.* 115.

Neve eam *ſub anno* 1622.obtinuerunt vigore Conſt. Gregorii XV. *Inſcrutabili*, ut ibidem eadem S.C.C. firmavit; quæ ad dubium eidem, occaſione emanatæ Conſtitutionis, propoſitum. „ An liceat Epiſcopis viſitare Altaria Regularium
„ Eccleſiarum,quibus cura Animarum perſonarum ſecularium
„ non incumbit, aut loca, ubi in iiſdem Eccleſiis aſſervatur San-
„ ctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, vel ubi audiuntur con-
„ feſſiones perſonarum ſecularium! reſpondit: Epiſcopis non li-

cere

cere in vim ejuſdem Conſtitutionis viſitare Altaria Eccleſiarum Regularium, quibus nec incumbit Animarum cura perſonarum ſecularium, nec loca, ubi in iiſdem Eccleſiis aſſervatur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, vel ubi confeſſiones perſonarum ſecularium audiuntur. „ *Bullar. Cherub. tom.*3.*pag.*403. ad Conſt. allegat. Gregorii XV.

Neque item præcipere valent Regularibus, ut ſicut debent dies Feſtos Diœceſis, ſic ejuſdem ritus, propriis relictis, teneantur ſervare, ad tenorem S.C.C. *libro proximè cit.* decretorum prout ſequit. „ S.C. cenſuit, etiam decretum, *c.*12.*ver. dies Feſti ſeſs.*25. de Regularibus ita eſſe intelligendum, ut Regularium ritus, illis diebus Feſtis ſemper permaneant, quo ad Miſſas celebrandas, & cætera Divina Officia, tam publicè, quam privatim, ab ipſis Regularibus in eorum Eccleſiis perſolvenda: nec circa hæc ab Epiſcopis quoquomodo in contrarium quidquam eiſdem Regularibus præcipi poſſe; quod ſi defacto præceperint, Regulares neutiquam ipſis Epiſcopis obedire teneri. Verum, quo ad conciones, & lectiones, quas iidem Regulares ad populum habuerint, debere ſe conformare Evangeliis, & Epiſtolis, quibus Clericus ſecularis utitur illis diebus Feſtis. „ Peyr. ad Conſt.27. Leonis X. Piaſec. *num.*47. 19

Tametſi Regulares eximantur à lege juriſdictionis Epiſcopalis, & ſic non teneantur de jure comparere, dum ab Illuſtriſſimis Ordinariis citantur, utpote Judicibus non competentibus; cum tamèn in citatione exprimitur cauſa, quæ fundet ſuper ipſos Ordinarii juriſdictionem, ut V. G. ſi citent ad comparendum, ex quo ad proceſſiones non acceſſerint, quamquam ad eas vocatio præceſſerit, ab onere comparendi ex Peyrin. *de Privileg. ad* Conſt.2. Sixti IV. §.10.*num.*15. non liberantur, cum Epiſcopis aſsiſtat diſpoſitio Conciliaris, eiſdem tribuens jus compellendi ad proceſsiones exemptos. 20

Verum ſemper ex decentia, & reverentia Epiſcopis debita, comparere tenentur, vel ad allegandum privilegium, & exemptionis poſſeſſionem, adverſus incompetentiam Fori, vel etiam ad illud exhibendum, ſi exemptio non ſit notoria, ut notavit Piaſec. *cit.n.*72. Donat. *alleg. q.*17, & habetur expreſsè

Cap. Cum perſonæ de Privil. in 6. lib. 5. tit. 7. ubi Gloſs. *v. in Diœ-*
21 *ceſi*, tradit, ,, Quod pendente lite ſuper exhibitione privile-
,, giorum ſuorum, non poteſt Epiſcopus eos turbare in ſua poſ-
,, ſeſſione exemptionis, neque in eos poterit ſuam exercere ju-
,, riſdictionem. ,, Et in dubio, an juriſdictio pertineat ad Epiſ-
copum, non poteſt Epiſcopus de cauſa cognoſcere per Peyr.
cit. ne ſit Judex in cauſa propria; ſed litis examen, & deci-
ſio ad Sedem Apoſtolicam ex Conſt. *Superna* Clementis X.
ſpectat.

Tandem per extenſum datur Conſt. Innoc. X. prout in *Bullar. Cherub. tom. 3.* in qua plura, tam Regulares ipſi pro exemptione, quam Domini Ordinarii pro juriſdictione in exemptos notabunt, ut infra.

,, Cum, ſicut accepimus, aliquę fuerint ortæ differētiæ inter
,, Venerabilem Fratrem Joannem Epiſcopum Angelorum in In-
22 diis Occidentalibus ex una, & dilectos filios Clericos Regula-
,, res Societatis Jeſu, partibus ex altera, de, & ſuper munere
,, prædicationis Verbi Dei, tam in propriis eorumdem Clerico-
,, rum Regularium, petita ſolum Epiſcopi benedictione, quam
,, in alienis Eccleſiis, petita, & obtenta ab odem Epiſcopo Diœ-
,, ceſano licentia exercendi; necnon ſuper confeſſionibus laico-
,, rum audiendis, prævio examine, ſine approbatione ejuſdem
,, Epiſcopi Diœceſani, quæ dicti Clerici Regulares in vim privi-
,, legiorum prædictæ Societatis Apoſtolica auctoritate conceſſo-
,, rum ſibi proprio jure licere prætendebant, & deſuper à par-
,, tibus fuerit deventum ad plures actus judiciales, & pro parte
,, Clericorum Regularium hujuſmodi ad electionem Conſerva-
,, torum privilegiorum hujuſmodi, nobiſque, tam dicti Joannis
,, Epiſcopi, quam eorumdem Clericorum Regularium nomine,
,, pro ſopiendis differentiis hujuſmodi quædam dubia, deciſio-
,, nem differentiarum præfatarum, necnon juriſdictionem Or-
,, dinariorum in exemptos, & ipſorum Clericorum Regularium
,, exemptionem à juriſdictione Ordinarii concernentia, fuerint
,, propoſita, ad quæ ambæ partes reſponderi, & quid deſuper
,, obſervandum ſit auctoritate Noſtra Apoſtolica ſtatui, & ſta-
,, biliri deſiderabant.

Nos

Nos, qui, omnium fidelium, & præſertim Eccleſiaſtico- „ rum quieti libenter incumbimus, differentias prædictas, to- „ tumque negocium particulari Congregationi aliquorum Ve- „ nerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. Eccleſiæ Cardinalium, & „ dilectorum filiorum Rom. Curiæ Prælatorum examinandas „ commiſimus, qui auditis ſæpius Procuratoribus prædicti Jo- „ annis Epiſcopi, necnon Procuratore Generali Societatis præ- „ dictæ, negocio maturè diſcuſſo, omnibus dubiis, & petitionibus „ hinc inde propoſitis reſponderunt, pro ut ſequitur, vi- „ delicet. „

Sacra Congregatio à Sanctiſſimo Domino Noſtro de- „ putata ſuper controverſiis vertentibus inter Epiſcopum An- „ gelorum in Indiis Occidentalibus, & Religioſos Societatis Jeſu, „ ſæpius auditis Procuratoribus ab eodem Epiſcopo ad Urbem „ ablegatis, necnon ipſius Societatis Procuratore Generali, „ negocioque accuratè diſcuſſo, cenſuit prædictos nequaquam „ poſſe in Civitate, & Diœceſi Angelopolitana perſonarum ſe- „ cularium confeſſiones audire ſine approbatione Epiſcopi Diœ- „ ceſani, nec Verbum Dei prædicare in Eccleſiis ſui Ordinis, „ non petita ipſius benedictione, nec in aliis Eccleſiis ſine ejus „ licentia, nec in Eccleſiis etiam ſui Ordinis ipſo contradicente, „ & contravenientes ab Epiſcopo, tamquam Sedis Apoſtolicæ „ Delegato, coerceri, & puniri poſſe, etiam cenſuris Eccleſiaſti- „ cis, in vim Conſt. ſan. mem. Gregorii XV., quæ incipit *Inſcru- „ tabili Dei providentia*; ac proinde memoratis Religioſis, qui „ hujuſmodi approbationem, & licentiã ſe obtinuiſſe non docue- „ runt, potuiſſe Epiſcopum, ſive ejus Generalem Vicarium „ præcipere ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ut à „ confeſſionibus audiendis, & Verbi Dei prædicatione abſtine- „ rent. Nec ob eam cauſam licuiſſe dictis Religioſis, quaſi à ma- „ nifeſtis injuriis, & violentiis eligere Conſervatores, eoſque, ut „ præſertur, electos, in Epiſcopum, ejuſque Vicarium Gene- „ ralem indebitè, ac nulliter excommunicationem fulminaſſe. „ Cæterum Congregatio ſeriò in Domino hortatur, ac monet „ Epiſcopum, ut Chriſtianæ manſuetudinis memor, erga Socie- „ tatem Jeſu; quæ laudabili ſuo inſtituto in Eccleſia Dei, tam fru- „

ctuo-

„ ctuoſè laboravit, ac ſine intermiſſione laborat, paterno ſe gerat affectu, eamque in regimine Eccleſiæ ſuæ perutilem adiutricem agnoſcens, benignè foveat, ac priſtinæ ſuæ benevolentiæ reſtituat, quemadmodum S.Congregatio ipſum facturum confidit, ſibique certò pollicetur, cum ejus Zelum, pietatem, ac Paſtoralem ſollicitudinem compertam habeat. Datum Romæ die 16. Aprilis 1648.

„ Et præmiſſorum occaſione pro parte prædicti Joannis Epiſcopis, necnon Religioſorum Societatis Jeſu in eadem Congregatione propoſita fuerunt diverſa dubia, de Mandato Sanctiſs. reſolvenda, quæ quidem S. Congregatio. ſæpius auditis, ut in præmiſſis, ab eodem Epiſcopo ad Urbem Miſſis, necnon Procuratore Generali ipſius Sacietatis, negocioq; maturè perpenſo, ad ſingula dubia, ab utraque parte propoſita, Reſpondit ordine, quo ſequitur.

„ I.. An in Caſu, quo Epiſcopus præcipiat decreta aliqua Concilii Trident. à Regularibus obſervari, & executioni demandari, Regulares quicumque, etiam Societatis Jeſu, ſub prætextu, quod hujuſmodi præcepta infringant ſua privilegia, poſsint eligere Conſervatores? -- Congregatio Reſpondit. ſi Epiſcopus præcipiat Regularibus, etiam Societatis Jeſu, ut decreta aliqua Concilii Trident. obſervent, ac exequantur in illis caſibus, in quibus per ipſum Concilium, vel Conſtitutiones Apoſtolicas Regulares exempti ſubiiciuntur juriſdictioni, & correctioni Epiſcopi, minimè licere ipſis Regularibus ob eam cauſam Conſervatores eligere.

„ II. An quando Ordinarius procedit, juris ordine ſervato, adverſus Regulares exemptos in caſibus, in quibus per Concil. Trid., vel Conſtitutiones Apoſtolicas ipſi ſubiiciuntur, poſſint Conſervatores Judices aſsignare? -- Reſpondit, ut ad proximum, non poſſe..

„ III. An Regularibus, etiam Societatis Jeſu, aſſerentibus ſe habere privilegia, quo minus obediant Epiſcopo in executione decretorum, juris communis, Concil.Trid., & Conſtitutionum Apoſtolicarum, Ordinarii debeant ipſi adhibere fidem abſque exhibitione hujuſmodi privilegiorum? -- Reſpondit, Ordi-

Ordinarios non teneri hujuſmodi aſſertioni fidem adhibere »
abſque integrali privilegiorum exhibitione. »

IIII. An in caſu, quo Regulares quicumque, etiam Societatis Jeſu, exhibeant aliqua privilegia, & Ordinarii judicent, » ea non ſuffragari caſui, de quo agitur, & ad rem non facere, » Regulares præfati poſsint, ac debeant provocare ad Summum » Pontificem, vel in partibus Indiarum remotiſſimis, ad Metro- » politanum, ſive Ordinarium viciniorem, vel potius poſſint » hoc caſu eligere Judices Conſervatores? Reſpondit. -- Si » verba privilegiorum ſunt obſcura, & ambigua, non licere » recurrere ad Metropolitanum, vel viciniorem Epiſcopum, » nec Conſervatores eligere, ſed ad Summum Pontificem pro » interpretatione eſſe adeundum. »

V. Utrum Conſt. fel. rec. Gregorii XV., circa Conſervatores Regularium publicata anno 1621. cum declarationibus » Eminentiſſimorum S.Cong.Concil. Interpretum deſuper editis, æquè afficiat, & comprehendat Religioſos Societatis Jeſu, ac » Reliquos Regulares ità, ut omnia alia præfatæ Societatis privilegia fuerint reducta ad terminos dictæ Conſtitutionis, & ſic » impoſterum debeant ab iis eligi Conſervatores, juxta formam, » & tenorem præſcriptæ Conſtitutionis? -- Reſpondit hujuſmodi Conſtitutionem cum declarationibus, ut præfertur editis, æquè afficere Religioſos Societatis Jeſu, atque aliorum » Ordinum, & Conſervatores ad illius præſcriptum eſſe eligendos, non obſtantibus quibuſvis privilegiis, quippe quę omnia ſunt redacta ad terminos ipſius Conſtitutionis. »

VI. „ An Regulares prædicti gravati ære alieno, vel ad » ratiocinia, vel Teſtamentorū executores poſſint conveniri coram Ordinario, ſi Conſervatores non nominaverint intra tempus habile ab Ordinario præſcriptum? Reſp. Regulares in cauſis prefatis coram Ordinar. loci eſſe conveniendos, ſi ad preſcriptum Conſt. ſa. me. Greg. XV. Conſervatores non elegerint, ipſumq; electionis documentum intra præfinitū tempus in actis » Curiæ ipſius Ordinariis non exhibuerint, ac dimiſerint. »

VII. „ An dicti Regulares, Conſervatores, ſiue ad jura, » ſive ad privilegia tuenda aſſumentes, teneantur ante exerci- »

tium

„ tium commiſſionis præſtare cautionem coram Ordinario, ſive
„ alio Judice competente de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo,
„ caſu, quo in lite, ſive cauſa ſuccubuerint. -- Reſpondit: -- Non
„ teneri.

VIII. „ An, quando Epiſcopus jura, vel decimas Cat-
„ hedralium adverſus Regulares prædictos, dote ſua ſpoliantes
„ Eccleſias, coram Judice competente tueatur, libroſque, me-
„ morialia, & allegationes producunt, jus Eccleſiarum Cathe-
„ dralium exprimentes, & acquiſitiones Religioſorum, aliaque
„ id genus annumerantes, hujuſmodi ſcriptorum occaſione,
„ poſſint Regulares nominare Conſervatores, prætendentes in-
„ juriam ſibi inferri in referendo immoderatas acquiſitiones.
„ -- Reſpondit: -- Si Epiſcopi pro tuendis juribus Cathedralium
„ Eccleſiarum coram Judice competenti hujuſmodi ſcripta pro-
„ ducant, & Regularium immoderatas acquiſitiones veracitèr,
„ & modeſtè referant, non licere ob eam cauſam ad Conſerva-
„ tores recurrere.

IX. „ Utrum Regularis quicumque, etiam Societatis
„ Jeſu, poſſit adminiſtrare Sacramentum pœnitentiæ Secula-
„ ribus abſque licentia Epiſcopi Diœceſani, etiam ſi in alia Diœ-
„ ceſi ab Epiſcopo approbatus ſit? Reſpondit -- Regulares, etiam
„ Societatis Jeſu, in una Diœceſi ab Epiſcopo approbatos, ad
„ confeſſiones perſonarum Secularium audiendas, nequaquam
„ poſſe in alia Diœceſi hujuſmodi Confeſſiones audire, ſine
„ approbatione Epiſcopi Diœceſani.

X. „ An Epiſcopus contra dictos Regulares, audientes in
„ ſua Diœceſi confeſſiones Secularium abſque approbatione, vel
„ concionantes abſque licentia Epiſcopi intra, & extra proprias
„ Eccleſias, poſſit procedere, eos à talibus miniſteriis remo-
„ vendo, ſive præceptis, & aliis juris remediis coercendo. -- Reſ-
„ pondit -- Eiſdem Regularibus, qui confeſſiones perſonarum
„ Secularium audiunt ſine approbatione Epiſcopi loci, vel præ-
„ dicant in Eccleſiis ſui Ordini, non petita illius benedictione,
„ aut in aliis Eccleſiis abſque ipſius licentia, vel in Eccleſiis, etiam
„ ſui Ordinis, ipſo contradicente, poſſe Epiſcopum in vim Conſt.
fel. record. Gregorii XV.; quæ incipit *Inſcrutabili Dei pro-*
vi-

videntia, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatum, adminiſtr ationem Sacramenti pœnitentiæ, ac munus prædicationis interdicere, eoſque juris remediis coercere, ac punire. „

XI. „ An quando Epiſcopo conſtat, dictas licentias obtentas non fuiſſe, poſſit ipſe præcipere, ut donec licentiam intra præſcriptum tempus exhibeat, à tali miniſterio abſtineant: & an requirendus ſit per Epiſcopum, pro his exhibēdis Provincialis in alia Diœceſi, vel longiſſimè exiſtentis, vel ipſi Regulares Confeſſarii, vel eorum Superiores ejuſdem Diœceſis, in qua prædicta exercentur? -- Reſpondit: -- poſſe Epiſcopum ſic præcipere, nec pro hujuſmodi licentiis requirendum eſſe Provincialem, ſed ſatis eſſe ipſos Religioſos requirere, aut eorum Superiores in Diœceſi Epiſcopi exiſtentes: „

XII. „ An ſi contingat, ut aliquis prædictorum Regularium inſurgat contra Epiſcopum in propria Diœceſi, maledicto, ſcripto, vel dicto, Populum ſcandalizando poſſit ab Epiſcopo puniri, & qua animadverſione? Et quid? ſi hujuſmodi delinquens tranſiverit ad aliam Diœceſim, hoc caſu ſervandum ſit, & qua pœna puniendus ſit Regularis, qui commorans in una Diœceſi, ſpargat famoſos libellos contra Ordinarium alterius Diœceſis?-- Reſpondit.-- Si Regularis intra Clauſtra degens, extra ea in caſibus in dubio expreſſis, ita notoriè deliquerit, ut Populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante, teneri Superiorem Regularem intra tempus ab eo præfigiendum, ſeverè illum punire, ac de punitione Epiſcopum certiorem facere, alioquin ſic delinquentem ab Epiſcopo puniri poſſe, ad præſcriptum Concilii Trident. *cap. 14. ſeſ. 25. de Regul.* Quod ſi delinquens ad aliam Diœceſim migraverit, ſervandum eſſe, quod præcipitur in Conſt. ſan. mem. Clem. VIII. incip. „ *Suſcepti muneris ratio*.

XIII. „ An Conſervatores nominati, & electi à Regularibus præſcriptis ante exercitium ſuæ juriſdictioonis teneātur electionis authenticum documentum exhibere coram Ordinario ſub pœna nullitatis actuum? -- Reſpondit: -- Ubique teneri. „

XIV. „ An privilegia, quæ ſunt contra juriſdictionem „

„ Ordinarii, & quibus gaudent, & gaudere prætendunt Regu-
„ lares præfati, debeant Epiſcopis notificari, ſeù inſinuari? -- Reſ-
„ pondit: -- Regulares teneri hujuſmodi privilegia Epiſcopo ex-
„ hibere, ſi eis uti voluerint.

XV. „ An prædia, Metallorum fodinæ, ſacchari opifi-
„ cinæ à Regularibus Societatis, vel aliis poſſeſſa, vel aliæ domus
„ Seculares, in quibus videlicet unus, vel duo Regulares tantum
„ commorantur, gaudeant privilegio Collegiorum, ſeù Con-
„ ventuum? -- Reſpondit: -- Non gaudere.

XVI. „ Utrum Regulares præſcripti apothecas quarum-
„ cumque mercium, macella, & ſimilia, præſertim propè Col-
„ legia, ſeù Cōventus exercētes, poſſint ab Ordinario ſub cēſuris
„ inhiberi, ne hujuſmodi exerceant? -- Reſpondit: -- Non poſ-
„ ſe Epiſcopum hoc prohibere Regularibus exemptis; ſed, ſi in
„ præmiſſis ità notoriè delinquant extra clauſtra, ut populo
„ ſcandalo ſint, ſervandum eſſe, quod dictum eſt ſupra in reſ-
„ ponſione ad duodecimum.

XVII. „ Utrum Regulares, etiam Jeſuitæ, in ſuis *prædiis*,
„ opificinis, aliiſque ſuis domibus Secularibus, ſitis intra limites
„ Parochialium, ad ſe ſpectantium, poſſint adminiſtrare Sacra-
„ menta Baptiſmatis ſolemnis, Matrimonii, extremæ Unctio-
„ nis, & Euchariſtiæ in feſto Paſchatis famulis, mercenariis,
„ ruſtcis, ſive aliis id genus hominibus Secularibus, abſque
„ Ordinarii, vel Parochi licentia? -- Reſpondit: -- Non poſſe.

XVIII. „ Utrum Patres Societatis in Civitate, & Diœ-
„ ceſi Angelorū poſſint conſecrare Vaſa Sacra, Altaria, & ſimilia,
„ in quibus unctio requiritur? -- Reſpondit: -- Itidem non poſſe.

„ Pro parte vero Religioſorum Societatis Jeſu propo-
„ ſita fuerunt infraſcripta dubia.

I. „ An Epiſcopi in partibus Indiarum poſſint ex inte-
„ gro totum unum Monaſterium, vel Collegium ab audiendis
„ confeſſionibus ſuſpendere? -- Reſpondit. -- Epiſcopos India-
„ rum poſſe quidem omnibus ſimul unius Monaſterii, vel Col-
„ legii Confeſſariis adimere facultatem audiendi confeſſiones
„ perſonarum Secularium, etiam inconſulta Sac. Cong. Epiſ-
„ coporum, & Regularium negociis præpoſita, cum decretum

ab

ab ea editum ſub die 20. Novembris 1515. ex intentionis defectu, & convenientia morali non extendatur ad Regiones illas, tam longè ab Urbe diſſitas. Verùm ab hac Generali ſuſpenſione, quæ vix ſine ſcandalo, & animarum pernicie contingere poteſt, abſtinendum eſſe Epiſcopis, niſi graviſſima ſubſiſtente cauſa, ſuper quo Sac. Cong. illorum conſcientias gravitèr voluit eſſe oneratas. „

II. „ An Epiſcopus Regularem pro confeſſionibus ſemel approbatum ſine nova cauſa ſuſpendere poſſit ab ipſis confeſſionibus audiendis? -- Reſpondit: -- Regulares, alias liberè ab Epiſcopo, prævio examine, approbatos ad audiendas confeſſiones perſonarum Secularium, ab eodem Epiſcopo ſuſpendi non poſſe ſine nova cauſa, eaque ad confeſſiones ipſas pertinente. „

III. „ An Bulla Pii V. 54. in Ordine *tom.* 2. Bull. conceſſa, inſtante, & ſupplicante Sereniſſimo Rege Catholico, non ad petitionem Regularium, ſit revocata in Bullis Summorum Pontificum, in quibus exemptiones Regularium mitigantur. -- Reſpondit. -- Agendo cum Sanctiſſimo, an velit declarare Bullam non eſſe revocatam, illam tamen non ſuffragari, niſi in locis, ubi eſt defectus Parochorum. „

IV: „ An Epiſcopus poſſit cum cenſuris procedere contra Regulares exemptos, ſi inobedientes fuerint in confeſſionibus audiendis, vel prædicatione Verbi Dei, & hoc, an rigore Concilii Tridentini, vel per quem canonem? -- Reſpondit: -- Poſſe procedere, non quidem in vim Conc. Trident., ſed in vim Conſt. Greg. XV., quæ incipit, *Inſcrutabili Dei providentia &c.*

V. „ An licentia audiendi confeſſiones, & prædicandi ab Epiſcopo per literas miſſivas, an ſolum per literas patentes Cancellariæ, concedi poſſint? -- Reſpondit: -- Poſſe concedi, etiam per literas miſſivas, ſi ità Epiſcopo videbitur. „

VI. „ An talis licentia ortenus ſine ſcripturis concedi poſſit? -- Reſpondit: -- Ut ad proximum. „

VII. „ An facultas eligendi Conſervatores, conceſſa Societati à Gregorio XIII. ſuffragetur illis in locis, in quibus

„ non adſunt Judices Synodales? -- Reſpondit: -- Privilegium
„ Greg. XIII. ſuffragari, ut Societas non teneatur ex illis eligere Conſervatores, dummodo tamen in reliquis ſervetur forma Conſt. Greg. XV. hac de re edita.

VIII. „ An Conſervatores Societatis, Vicarios Generales „ Epiſcoporum auctoritate Apoſtolica per ſententias, cenſuras, „ & pœnas Eccleſiaſticas compellere poſſint virtute Bullæ Greg. „ XIII. incipientes: *Æquum reputamus*, datæ vltima Februarii 1573.? -- Reſpondit: -- Poſſe à manifeſtis injuriis, & violentiis eos compeſcere, etiam cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis. „ Datum Romæ die 16. Aprilis 1648. Quapropter, vt præmiſſa „ firmius ſubſiſtant, & inviolabilitèr obſervētur, nobis pro parte „ Joannis Epiſcopi hujuſmodi fuit humilitèr ſupplicatum, ut „ illa, auctoritate Apoſtolica, confirmare dignaremur. Nos igitur &c. Decernentes &c. Sic non aliter &c. irritum & inane &c. „ Non obſtantibus &c. Romæ 14. Maii 1648.

Concludendum in favorem Religioſæ humilitatis, quod quamquam Regulares ſint exempti ab jure juriſdictionis Epiſcopalis, ab jure tamen reverentiali non eximuntur, ſed ſub mortali ad reverentiam Epiſcopis exhibendam teneri, tradit
23 Peyr. ǂ. 24. *ad Conſt.* 26. *Leonis X. incipit, dum intra*, in qua ǂ. 24. Pontifex ipſe ſic Regulares alloquitur „ eoſdem inſuper Fratres in virtute Sanctæ Obedientiæ monemus (hoc eſt „ præcipimus) ut eoſdem Epiſcopos, loco Sanctorum Apoſtolorum ſubrogatos, pro debita, & noſtra, ac Apoſtolicæ Sedis „ reverentia congruo honore, & convenirnti obſervantia venerentur. „

Et Epiſcopos monet; „ ipſos quoque Epiſcopos hortamur, ac per viſcera miſericordiæ Dei Noſtri requirimus, ut „ Fratres ipſos affectu benevolo proſequentes, charitativè tractent, ac benignè foveant, ſeque illis minimè difficiles, aut „ duros, vel moroſos, ſed potius faciles, mites, propitios, piaque munificentia liberales, exhibeant, ac in omnibus prædictis, tamquam in agro Dominico cooperatores, eorumque „ laborum participes, prompta benignitate recipiant, eorumque jura omni cum charitate cuſtodiant, atque defendant. „

Et

Et Clement. *Frequentes de exceſſibus Prælatorum* , enunciatis triginta gravaminibus illatis per Prælatos Religioſis ,
§. *verum* , Epiſcopus non hortatur , *ſed eis præcipit , ut Reli-* 24
gioſos charitativè tractent , & foveant , & ſua jura , & *privilegia inviolabiliter ſervent* .

Quibus , ſive Epiſcopis , ſive exemptis , in mutuæ dilectionis ſubſidium , ſenſum Concilii Generalis Viennen. per infraſcripta exhibeo .

„ Verum quia una eſt (*ſunt verba textus.*) Regularium , »
& Secularium , Prælatorum , & ſubditorum , exemptorum , »
& non exemptorum univerſalis Eccleſia , extra quam nullus »
omnino ſalvatur , quorum omnium unus eſt Dominus , una »
Fides , & unum Baptiſma ; decet , ut omnes , qui ejuſdem ſunt 25
corporis , unius etiam ſint voluntatis : & ſicut Fratres ad in- »
vicem vinculo charitatis ſint adſtricti : Decet igitur , ut & »
Prælati , & alii , tam exempti , quam non exempti , ſuis juri- »
bus ſint contenti : & alter in alterius injuriam non proſiliat , »
ſeu jacturam . „ *Clement. allegata* . Cæteros percurras titu- »
los , ſi majora deſideres .

CAPUT XXV.

Officialis quoad Exequias.

SUMMARIUM

1 *Quo ad tempus humationis cadaverum ſervatur Synodus* .

2 *Arbitrio hæredum, poteſt cadaver ad tertiam Eccleſiam aſportari per modum depoſiti, uſque &c.*

3 *Tunc Regulares debent cõgregari in illa tertia Eccleſia* .

4 *Cadavera ſepeliẽda in Eccleſiis Regularium prius non deferuntur ad Parochialem* .

5 *Sufficit , quod Regulares expectent ad Januas propriæ Eccleſiæ* .

6 *Tenetur Parochus aſſociare cadavera, ſepeliẽda in Eccleſiis Regul.*

7 *Si*

7 *Si Parochus nolit intervenire., licet Regularibus abſque eo aſportare cadavera, ſepelienda in propriis Eccleſiis &c.*

8 *Parochus unius Diœceſis, propter tranſitum per propriam Parochiam, non poteſt aliquid prætendere, dum ab alia Diœceſi cadaver defertur ad Eccleſias Regularium.*

9 *Parochus defuncti tranſeundo per parochiam alterius diſtinctæ Diœceſis, poteſt tranſire cum ſtola, & Cruce elevata &c.*

10 *In aſſociatione cadaverum ad Eccl. Regul. non ſunt vocandi cæteri de Capitulo.*

11 *Parochus non poteſt ingredi Eccleſ. Regul. cum Stola, & Cruce &c.* num. 19.

12 *Non licet Parocho exigere majorem eleemoſinam ab exteris, tumulandis in Eccleſ. Regul.*

13 *Parochi nequeunt cum Stola, & Cruce ingredi Eccl. Regul. Conventuum ſuppreſſorum &c. & poſtea reſtitutotum &c.*

14. *Definitur Eccleſia Regularis.*

15 *Non debent vocari tot Clerici, quot Regulares.*

16 *Diſtributio candelarum, quo ad differentiam quãtitatis, relinquitur arbitrio hæredum.*

17 *Ab eo, qui repentina, vel violenta morte decedit, non poteſt Parochus plus exigere &c.*

18 *Conſt. Clement. X.*

19 *Officia in Eccleſ. Regul. ab ipſis Regularibus peraguntur, non à Parocho* à numero 21.

20 *Alia Conſtit. ejuſdem Pontificis.*

21 *Hæredes defunctorum, qui apud Regulares tumulantur, cogi non poſſunt, ut plus conferant Parochis, &c.*

22 *Vis Clauſulæ Decreti irritantis.*

23 *Regulares, nec domi, nec per viam, peragunt Officium circa cadaver &c. limita.*

24 *Nequeunt Religioſum in Conventu defunctum, deferre per vicos &c.*

25 *Poſſunt tamen ad proprium Conventum aſportare, extra ſepta mortuum.*

26 *Parochus declarat viam, per quam deferri debeat cadaver &c.*

27 *In*

Digitized by Google

27 *In funerabil. unica Crux defertur; & cujus Eccleſiæ?* 28 *Reſponſa Sac. Cong. Conc. ſuper erectioneCrucis Cõfraternitatum.*

PLura ſuper aſſociatione cadaverum, & obſervandis in praxi, dum corpora defunctorũ ad Eccleſias Regularium, aliaſque deferuntur, videnda relinquo apud DD. Lant. *v. cadaver, v. exequiæ; & in ſupplem. v. aſſoc. cadaver.* Peyrin. *de privileg. in fine v. decret. Sac. Cong. decret. 9., & 10.* Lezana *Summ. tom. 3. v. defunct.* Panimolla *deciſ. prima adnot. 10., & deciſ. 5. adnot. 3. num. 70.* & interim quaſdam exhibeo SS. CC. reſponſiones, emanatas ſuper dubiis, eiſdem porrectis, ad effectum, ut ex earumdem diſpoſitivis, quid certi ſit tenendum, noſcatur; & inter alia excribo, „ quod pro parte Procuratoris Generalis Min. Obſerv. Sancti Franciſci expoſitum fuit apud Sac. Rituum Congregationem, quod in nonnullis Conventibus ſuæ Religionis vigent lites inter Parochos, & ſuos Religioſos, occaſione aſſociandi cadavera defunctorum, ideoque ad evitandas diſſentiones, & ſcandala, quæ in futurum oriri poſſent, idem Procurator ſupplicavit pro extenſione reſolutionum ſuper infraſcriptis dubiis emanatarum, in una Senogallien. die 22. Junii proximi præteriti, etiam ad prędictos ſuos Conventus: Et eadem Sac. Cong. petitam extenſionem benigne conceſſit, & dubia reſoluta ſunt, ut infra, videlicet. „

I. „ An hæredes defunctorum ſint cogendi ad retinendum domi cadavera uſque ad tempus illa Sepeliendi? An vero eiſdem hæredibus liceat pro libito aſportare dicta cadavera è proprijs domibus ad quamcumque aliam Eccleſiam per modum depoſiti, uſque ad horam illa tumulandi, etiam ſi ſepelienda eſſent in Eccleſiis Regularium, non obſtante diſſenſu Parochi, ſeu prohibitione ab eodem facta, uti Vicario Foraneo? „

II. „ An illatis Cadaveribus privatè ab hæredibus ad aliquam tertiam Eccleſiam per modum depoſiti, Regulares convenire, & congregari debeant in dicta tertia Eccleſia, aut in Pa-

„ Parochiali, ad effectum illa aſſociandi ad Eccleſiam, ubi ſunt „ tumulanda? „

III. „ An Cadavera ſepelienda in Eccleſiis Regularium, „ antequam ad eorum Eccleſiam deferantur, debeant prius aſ- „ portari ad Parochialem, & in ea permanere per aliquod tem- „ pus? „

IV. „ An Regulares poſſint cogi ad aſſocianda cadavera „ in eorum Eccleſiis tumulanda? An vero poſſint expectare in „ dictis propriis eorum Eccleſiis? Et an in caſu, quo Regu- „ lares non accedant ad aſſociandum dicta cadavera, amittere „ debeant intortitia, uti Parochus prætendit?

V. „ An Parochus teneatur aſſociare cadavera in Eccle- „ ſiis Regularium ſepelienda, uſque ad Januas ejuſdem Eccleſiæ, „ etiam ipſis Regularibus non aſſociantibus? Et an Parocho aſ- „ ſocianti, liceat ingredi Eccleſias Regularium cum Stola, & „ Cruce? „

VI „ An, ſi Parochus requiſitus intervenire recuſet fu- „ neralibus defunctorum, in Eccleſiis Regularium ſepeliendo- „ rum, poſſint hæredes, imò, & ipſi Regulares, aſportare ca- „ davera ad Eccleſiam ſepulturæ electæ, Parocho non interve- „ niente, ac prædicti Regulares eadem cadavera ſepulturæ „ tradere? Et an Parochus in funeralibus dictorum defun- „ ctorum majorem Eleemoſynam ſolito prætendere poſſit? „

1 Ad primum. „ Sacra Congregatio reſpondit: quoad tem- „ pus humationis cadaverum ſervandam eſſe Synodum. Et „ in reliquis petita, & etiam non obtenta licentia, poſſe cada- „ vera deponi arbitrio hæredum in qualibet Eccleſia uſque ad
2 tempus illa Proceſſionaliter deferendi ad Eccleſiam Sepul- „ turæ. „

3 Ad ſecundum. „ Sacra Congregatio inhærendo aliàs de- „ cretis reſpondit, Regulares debere congregari in illa Eccleſia „ tertia, ubi cadaver fuit depoſitum, ut ſupra. „

4 Ad tertium. „ Sac. Cong. reſpondit negative. „

Ad quartum. „ Sac. Congregatio reſpondit, Regula-
5 res non poſſe cogi ad exeundum à propriis Eccleſiis ad effe- „ ctum aſſociandi cadavera in eiſdem ſepelienda, ſed ſufficere,

quod

quod illa expectent ad Januas; Quo vero ad Intorticia remiſit cauſam ad Judices ſuos. „

Ad quintum. „ Sac. Cong. reſpondit Parochum teneri „
aſſociare cadavera in Eccleſiis Regularium ſepelienda; Quo 6
verò ad ingreſſum Parochi cum Stola, & Cruce, diſtulit reſolutionem: eam videas inferius *num.* 11.

Ad ſextum. „ Sac. Cong. reſpondit, Vocato Parocho, & „
ipſo renuente intervenire, vel alterum mittere, tunc Regu- 7
laribus licere abſque Parocho deferre cadavera in eorum Ec- „
cleſiis ſepelienda; Quo verò ad emolumenta per Parochum „
prætenſa, nihil dandum ultra ſolitum. Et ita denuò declara- „
vit, & ſervari mandavit. *Hac die* 13. *Julii* 1675. „

Quibus deinde acceſſit alia Sac. Cong. Epiſ. & Regul. declaratio; quæ dubiò, an Parochus unius Diœceſis poſſit aliquam partem ceræ, & pecuniarum ab hæredibus defuncti prætendere, dum occaſione deferendi cadaver ad Eccleſias Regularium alterius Diœceſis, ſit neceſſariò per ejus Parochiam tranſeundum; prout infra reſpondit *Sac. Cong. &c.* „ cenſuit „
dandas eſſe declarationes, aliàs factas, nempe Curatum unius „
Diœceſis (quæcumque ſit) in tranſitu Cadaveris, quod pro- „
ceſſionaliter defertur ad Eccleſiam Regularium ab alia Diœceſi, 8
tranſeundo per propriam Parochiam, & juriſdictionem, non „
poſſe aliquam partem ceræ, & pecuniarum ab hæredibus de- „
functi prætendere; Itidem proprium Parochum defuncti „
tranſeundo per Parochiam unius Parochi, alterius cujuſcũq; „
Diœceſis, ad effectum deferendi proceſſionaliter cadaver ad Ec- „
cleſiam Regularium, poſſe liberè, & licitè per eandem, cum ſto- 9
la, & Cruce elevata, tranſire, etiam irrequiſito Parocho; quas „
quidem declarationes in caſu, de quo agitur, fideliter obſervari „
mandat, & præcipit eadem S.C. Romæ *die* 15. *Novẽbris* 1675. „

Item, quod in aſſociatione cadaverum ad Eccleſias Regularium vocari non debent cum Parocho cæteri de Capitulo, ex recenti reſponſo Sac. Cong. Rituum in una Vaden. ad dubia eidem propoſita, ut ſequitur. „ Prætendentibus Parochis, ſeu „
Manſionariis Eccleſiæ Cathedralis Civit. Vaden. in aſſociatio- „
ne defunctorum, qui ſepulturam ſibi eligunt, ſive alio quovis „

Zz mo-

,, modo in Eccleſia Regularium ſunt tumulandi, ab eorumdem ,, hæredibus, una cum proprio Parocho defuncti, omnes eſſe ,, invitandos; Eccleſias Regularium ingredi cum Stola, & Cruce; ,, ibique functiones, & officium circa cadaver peragere; ac inſu- ,, per pinguiorem eleemoſynam pro aſſociandis, ſeù tumulan- ,, dis Forentium, ſeù Exterorum cadaveribus, in Eccleſiis præ- ,, dictis Regularium, quam à Civibus, poſſe exigere, ſi in ipſis ,, Parochialibus ſepelirentur. Deducta coram Reverendiſſimo ,, Epiſcopo Vaden. controverſia, & ab eo, poſt quamplurimas ,, comparitiones, pro declaratione ad Sac. Rituum Congrega- ,, tionem remiſſa; Exinde Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo ,, Domino Cardinali de Noris commiſſa, & ab eodem propoſitis ,, Infraſcriptis dubiis, videlicet. ,,

I. ,, An in aſſociatione cadaverum ad Eccleſias Regula- ,, res ſint vocandi omnes Manſionarii, præter Parochum? ,,

II ,, An Parochus ingredi poſſit Eccleſias Regularium ,, cum Stola, & Cruce, ibique officium, & functiones peragere? ,,

III. ,, An liceat Parocho exigere majorem eleemoſynam ,, ab exteris tumulandis in Eccleſiis Regularium, quam à Ci- ,, vibus? ,,

10 ,, Sac. eadem Rituum Congregatio utraque parte, tam
11 in voce, quam in ſcriptis prius audita. Negativè in omnibus
12 reſpondit. Et ita declaravit, & ſervari mandavit. *Die 2. Au-* ,, *guſti* 1698. ,,

Negativa ad ſecundum, ampliatur, etiam ad negandum Parochis jus ingrediendi Eccleſias Regularium Conventuum,
13 tam ſuppreſſorum, & poſtea reſtitutorum, quam nunquã ſup- preſſorum; qui cum in eis realiter, & cum affectù non alantur ſex Religioſi, omnimodæ Ordinariorum Juriſdictioni ſubjecti declarantur in Decreto Innoc. X. *ut in parvis*; nam Parochi ſe- cundum communem, & realem ſenſum, nec ſunt, nec dici poſ- ſunt Ordinarii ad tenorem Decreti; & proinde non compre- henſi in ejuſdem diſpoſitiua.

Et facit, quod prohibetur eis ingredi Eccleſias Regula- rium, prout ibi, & in Conſt. *nuper* Clement. X. *cit. num.* 2. Eccleſiæ autem prætactorum Conventuum, non minus, ac cæ-

te-

terorum, ſunt Regularium, eiſque, ſicut cæteris applicabilis de- 14
finitio Eccleſiæ Regularis, tranſcripta ab Engel. *Colleg. Univ.
Jur. Can. lib. 3. tit. 48. à num. 2.* enuncians illam eſſe, quæ intel-
ligitur erecta pro cohabitatione Religioſorum, ſub certa, & à Se-
de Apoſtolica approbata Regula, viventium; adeoque exem-
ptæ, & extra juriſdictionem, & Parochorum Territorium;
in quas nil juris prætendere poſſunt, niſi eis expreſſe à Sancta
Sede concedatur; quemadmodum Ordinariis impertitur, cum
ipſorum juriſdictioni vult eas, & loca exempta ſubeſſe; & tunc
non plus accipiendum, niſi quantum literæ conceſſionis ex-
primant.

A Parochis nequeunt heredes defunctorum cogi, & com-
pelli, ut ſi duodecim V. G. Fratres vocant ad aſſociandum ca-
daver, totidem omnino pares numero Clericos ſeculares voca-
re debeant, ut in terminis expreſſe reſpondit S.C.C. *in una Pa-* 15
pien. die 27. Decemb. 1665. niſi præfatis Parochis immemorabi-
lis, coram Judice legitime probanda, aſſiſtat; Panimoll. *alleg.
deciſ. 5. adnot. 3. num. 79.* A quo *deciſ. 1. adnot. 10. num. 20.* refer-
tur S. C. Epiſc., & Regul. in una Placentina *ſub die 16. Decem-
ber.* 1661. dubio: *ſe poſſano quei, che fanno li mortori, & eſequie
dar maggior quantità di Candele, e cera à detti Monaci* (contro-
verſia erat inter Clericum ſecularem Placentiæ, & Monachos
Caſſinenſes) *di quello, che diano al Paroco, ò Parochi, & al Cle-
ro ſecolare*: per hæc ſatisfeciſſe. *Circa ſecundum cenſuit, decla-
ravit, & decrevit, diſtributionem Candelarum, quoad differen-* 16
*tiam quantitatis, pendere ab arbitrio hæredum, aut aliorum di-
ſtribui mandantium.*

Amplia, ut, neque Parochis, pro aſſociandis cadaveribus
eorum, qui repentina, vel violenta morte decedunt, liceat
exigere majus emolumentum eo, quod exigi, ſeu præſtari ſo- 17
let ab eo, qui Teſtamentum condidit, juxta diſpoſita à S.C.C.
die 24. Auguſti 1669. lib. 26. decret. fogl. 283.

Ponderabis eſſe quoque Parochis prohibitum peragere
in Eccleſiis Regularium, officia, & funerales functiones ſupra
corpus defuncti, quod in eiſdem tumulatur; & eſſe à Regula-
ribus peragenda, privativè quoad alios, legitur à Sac. Congreg.

Epiſc., & Regul. diſpoſitum, & à Clementis X. confirmatum, ut infra.

,, Nuper prò parte dilecti filii Procuratoris Generalis Or-
,, dinis Fratr. Min. S.Franciſci, de Obſervantia nuncupatorum,
,, Congregationi Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E.Car-
,, dinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Re-
18 gularium præpoſitæ, expoſito, quod eadem Congregatio
,, die 16. Decemb. 1661. Super Controverſiis, quæ inter Paro-
,, chos Civitatis Placentin. & Monachos Monaſterii S.Sixti, Con-
,, gregationis Caſſinen. Ordinis S.Benedicti, occaſione funerum
,, erant exortæ, inter alia decreverat ſervanda eſſe Decreta, &
,, declarationes alias factas, ſcilicet Parochis in aſſociatione, ſeu
,, occaſione aſſociationis cadaverum non licere ingredi Eccle-
,, ſiam Monachorum prædictorum, ſed teneri dimittere eadem
,, cadavera ad januam Eccleſiarum; ibique ſolum poſſe benedi-
,, cere, & dare ultimum vale: officia vero, & munia, quæ in hu-
,, juſmodi miniſteriis adhiberi ſolent, ab ipſis Monachis peragi
,, debere, non autem à Parochis, atque ita in præmiſſis omni-
,, bus deinceps fieri, & executioni mandari præceperat. Et in
,, eadem expoſitione ſubjuncto, quod eædem rationes militarent
,, ad favorem dicti Ordinis Minorum S.Franciſci de Obſervan-
,, tia; Ideoque ſupplicato, ut Congregatio præfata reſolutio-
,, nem, ſive deciſionem hujuſmodi extenderet ad aſſociationem,
,, per Parochos fieri ſolitam, cadaverum defunctorum, quæ in
,, Eccleſiis Fratrum hujus Ordinis ſepeliuntur; idque ad tollen-
,, das controverſias, quæ in aliquibus Parochiis, ea occaſione,
,, inter Parochos, & Fratres Ordinis hujuſmodi naſcuntur, non
,, ſine ſcandalo, & Fraternæ, ac Chriſtianæ charitatis detrimen-
,, to: Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decre-
,, tum tenoris, qui ſequitur, videlicet.

,, Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S.R.E. Cardina-
,, lium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regula-
,, rium præpoſita, cenſuit, Oratoribus dandam eſſe infraſcriptam
,, declarationem, aliàs editam, nempe, Parochis in aſſociatione,
,, ſive occaſione aſſociationis cadaverum, non licere ingredi Ec-
,, cleſias Regularium, ſed teneri dimittere eadem cadavera ad

januam

Digitized by Google

januam Eccleſiarum, ibique ſolum poſſe benedicere, & dare 19
ultimum vale; Officia vero, & alia munia, quæ in hujuſmodi „
miniſteriis adhiberi ſolent, ab ipſis Regularibus peragi debere, „
non autem à Parochis; Atque ita in præmiſſis omnino dein- „
ceps fieri, & exequi præſentium vigore mandat, & præcipit: „
contrariis quibuſcumque non obſtan. Romæ. 27. Novem- „
bris 1671. „

F. M. Cardinalis Brancaccius.

„ Cum autem, ſicut præfatus Procurator Generalis No-
bis ſubinde exponi fecit, ipſe Decretum hujuſmodi pro fir- „
miori illius ſubſiſtentia, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ Pa- „
trocinio communiri ſummopere deſideret; Nos ſpecialem ipſi „
Procuratori Generali gratiam facere volentes, eumque à qui- „
buſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſ- „
que Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab „
homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomo- „
dolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat „
conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cen- „
ſentes. Supplicationibus ejus nomine nobis ſuper hoc humi- „
liter porrectis inclinati, Decretum præinſertum, authoritate „
Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, „
illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus: ſal- „
va tamen ſemper in præmiſſis authoritate præfatæ Congre- „
gationis Cardinalium. Decernentes &c. Non obſtan. &c. Dat. „
Romæ 18. Januarii 1672. *Bullar. Cherub. tom. 5.* „

Aliud ab eodem Clemente approbatur ejuſdem S. Cong.
Decretum, quo Parochis, cæteriſque Clericis, & Presbyteris
ſecularibus committitur, præcipitur, inihibeturque, ne ma-
jorem eleemoſynam ab hæredibus Defunctorum, qui in Ec-
cleſiis Regularium ſepeliuntur, exigant, quam acciperent, ſi
in Parochiali, vel alia Cleri ſecularis Eccleſia ſepelirentur, ut
ſic removeatur quidquid poſſet retardare, & de indirecto impe-
dire libertatem Secularium in eligenda ſepultura in Eccleſiis
Regulari: ut infra.

„ Aliàs pro parte, tunc exiſtentis Commiſſarii Curiæ Fra- 20
trum Ordinis Minorum S. Franciſci, de Obſervamtia nuncu- „

,, patorum, Congregationi, tunc exiſtentium S.R.E. Cardina-
,, lium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regula-
,, rium præpoſitæ, ſupplicato, ut proiberetur Parochis, & Cle-
,, ricis Terræ de Leverano Brunduſin. Diœceſis, omnibuſque
,, aliis Parochis, & Presbyteris, ne auderent accipere majorem
,, eleemoſynam pro defunctis, qui ſepelirentur in Eccleſiis di-
,, ctorum Fratrum, quam accipiebant pro iis, qui in ipſorum Pa-
,, rochorum, & Presbyterorum ſæcularium Eccleſiis ſepelieban-
,, tur: Emanavit die 7. Decembris 1640. ab eadem Congregatio-
,, ne Decretum teneris ſequentis: videlicet.

,, Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. Romanæ Ec-
,, cleſiæ Cardinalium, negotiis, & Conſultationibus Epiſcopo-
,, rum, & Regularium præpoſita, ad tollendas indebitas exactio-
,, nes, quæ, ut proponitur, in tumulandis Defunctorum corpo-
,, ribus fieri ſolent, cenſuit injungendum, prout præſentis De-
,, creti tenore injunxit Archiepiſcopo Brunduſino, cæteriſque
,, Locorum Ordinariis, ne permittant, ut Parochi, aliique de
,, Clero ſæculari, majorem poſthàc eleemoſynam ſibi attribui
,, faciant ab hæredibus Defunctorum, qui in Eccleſiis Regula-
,, rium prædictorum, ſepulturam ſibi elegerint, quam percipe-
,, re poſſent, ſi in Parochiali, ſeu alia ipſius Cleri ſæcularis Ec-
,, cleſia ſepeliri volviſſent, contrariis quibuſcumque non Ob-
,, ſtantibus &c. die 7. Decembr. 1640. Et ſubindè, cum tunc exi-
,, ſtentes Fratres Provinciæ Dalmatiæ dicti Ordinis, Congrega-
,, tioni præfatæ expoſuiſſent, functiones funerales defunctorum,
,, quorum cadavera in eorum Eccleſiis Sepulturę mandarentur,
,, facere ad eos, non autem ad Parochos ſpectare; Congregatio
,, præfata die 31. Auguſti 1657. aliud Decretum edidit tenoris,
,, qui ſequitur; videlicet.

,, Sacra Congregati Eminentiſs. S.R.E. Card. negotiis, &
,, Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, at-
,, tentis narratis, juxta aliàs reſoluta, cenſuit functiones funera-
,, lium ſuper Cadavera Defunctorum, quæ in Eccleſiis Regula-
,, rium contigit ſepeliri, poſtquam ad eaſdem Eccleſias perve-
,, nerint, ad ipſos Regulares, non ad Parochos pertinere, ac pro-
,, inde ità in Oratorum Eccleſiis circa præmiſſa ſervandum eſſe,

pro-

Digitized by Google

prout ſervari mandat, & præcipit contrariis, non obſtantibus „ quibuſcumque die 13. Aug. 1657. „

„ Cum autem, ſicut pro parte dilecti Filii Franciſci Mariæ à Caſtro Sancti Petri de Bononia, Procuratoris Generalis „ Ordinis præfati, Nobis nuper expoſitum fuit, ipſe Decreta hu- „ juſmodi pro firmiori illorum ſubſitentia Apoſtolicæ Confir- „ mationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret: „ Nos ſpecialem ipſi Franciſco Mariæ, Procuratori Generali, gra- „ tiam facere volentes, eumquè à quibuſvis excommunicationis, „ ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, „ cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occaſione, „ vel Cauſa latis, ſiquibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad „ effectum præſentium dumtaxat conſequendi, harum ſerie ab- „ ſolventes, & abſolutum fore cenſentes; Supplicationibus, „ ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, „ Decreta præinſerta, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, „ approbamus, & confirmamus, illiſque, ſalva tamen ſemper „ in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardina- „ lium, inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus. „ Decernentes &c. Non obſtantibus &c. Datum Romæ die 18. „ Jan. 1672. *Bullar. ibid.* ſuper quo refert Lantuſ. *ver. Parochus* „ *Conſt. Urban. VIII. incip. Cum ſicut*, *editam die* 11. *Mar.* 1638.

Propter clauſulam *decretis irritantis* in utraquè Conſt. adiectam, nequit contra eas allegari contrarius uſus; nam decretum irritans per edocta à Panimolla *deciſ. prima num.* 25. inficit, & annullat omnia, quæ in contrarium fiunt; & habet oculos retro, omnemque, in futurum quoque, conſuetudinem tollit, ut per DD. apud alleg., & Sperellum *deciſ.* 161. *num.* 11., & 12.; & eſt, per Ridolphinum *prax. Judic. par.* 3. *cap.* 14. *n.* 187. à Panimoll. *alleg.* adeo malignantis, & peſtiferæ naturæ, ut quidquid in oppoſitum inveniat, uti fulgor deſtruat: & os Judici claudit, tollitque facultatem alter judicandi, & pronunciandi Panimoll. *deciſ.* 140. *num.* 21. 22

Clauſula illa in ſecunda Conſt. appoſita: poſtquam *ad eaſdem Eccleſias pervenerint*, *ad ipſos Regulares*, *non ad Parochos pertinere*; taxat locum, in quo Regulares jus habent peragendi

offi-

officia, ad quos non ſpectat, nec ea poſſunt facere domi (niſi
23 ſint Parochi, & tunc non niſi in propria Parochia) & per viam, cum id ſit de pertinentibus ad Parochum, proinde iſte ea peragere debet; ad quos hujuſmodi juſ dumtaxat deſcendit, & devolvitur cum totali excluſione Parochi, per ingreſſum cadaveris in ipſorum Eccleſias; quia tunc non amplius cadaver exiſtit in juriſdictione Parochi, ſed in loco exempto, & ſub juriſdictione Fratrum; quorum Eccleſia, Clauſura, & ambitus Monaſterii dicitur Territorium Monachorum, & Abbatis, juxta Tamburin *de jure Abbat. tom. primo diſp.* 15. *quæſt.* 7. *num.*39., & Panimoll. *deciſ.prima adnot.*10.*num.*13.

Ideo ipſi Regulares nequeunt Religioſum in Conventu
24 defunctum ſine conſenſu Parochi deferre per vicos, plateas, & Parochias: non modò, quia hæc non ſunt de Territorio, & juriſdictione ipſorum, ſed extra; & declaratur à S.C.C. *ad* 11. *in una Bononien. alleg. cap. offic. quoad benedictionem num.*17. ſed etiam quia, ut notavit Donat*: prax. Regul. tom.*1. *par.*2. *quæſt.*81. prohibetur ipſis, Epiſcopo, vel Parocho irrequiſitis, extra Clauſura Conventum, proceſſiones in pompa Eccleſiæ, & Cruce erecta, facere; cum hæc actum juriſdictionis contineant, ita proprio adhærentem Territorio, ut in alieno exerceri non poſſint, niſi conſenſiat loci patronus: *arg. ex cap. ut animarum de Conſt. in* 6. *lib.*1. *tit.*2., *& cap. novit. de offic. legat. lib.*1. *tit.*30.

Ad proprium tamen Conventum eis, etiam Parocho in-
25 conſulto, licet, & deferre de nocte poſunt Religioſorum Corpora, qui in domibus conſanguineorum, vel alibi extra Monaſterium decedunt, prout in terminis ipſa S.C.C. *in allleg. Bononien. ad* 10.

Ad Parochum ſpectat declarare viam, per quam deferatur
26 tur cadaver ſepeliendum in Eccleſia Regularium, prout in ſequenti: S.R.C. *inhærendo declarotioni hac eadem die factæ in Savonen.*, *& aliis, defunctorum corpora in Eccleſiis Regularium tumulanda, eſſe deferenda certo tramite, & per viam à Parocho declarandam, ad Eccleſiam ipſorum Regularium, non autem prius ad Parochialem; declaravit ulterius, ſervandum eſſe,*

etiam

etiam hæredibus defunctorum contradicentibus, & ad dictam Parochialem prius deferri volentibus. die 19. *Decemb.* 1671.

In funeralibus unica tantum defertur Crux; & illius Ec- 27
cleſiæ, ad quam Corpus transfertur ſepeliendum: S.C.Rit. *in Baren.* 29. *Julii* 1616. *Floſc.* Nicol. *ver. ſepult. num.* 13., & in alia *Baren.* 2. *Auguſti* 1631., & *in Maſſen.* 12. *Februari* 1635. poſt quam ſequi immediate debent perſonæ illius Eccleſiæ, & deinde cæteri ſecundum antianitatem, eumque locum tenere, qui eis à legitima loci conſuetudine in generalibus Proceſſionibus datur, ut cenſuit eadem S. Cong. *in Narnien.* 30. *Septemb.* 1614., & *in Adrien.* 22. *Novemb.* 1631. *ad tertium apud* Barboſ. *de Offic. Parochi par.* 3. *cap.* 26. *num.* 78., & limitatur *ibid.* niſi interveniat Capitulum Cathedralis, ſubqua omnes funus aſſociantes incedere debent.

Super erectione Crucis Confraternitatum, & ad ſedandas lites, & controverſias inter eas, & Parochos Urbis extant reſ-
ponſa S.C.C. ut infra. 28

Cum multis ab hinc Annis ortæ fuiſſent controverſiæ inter RR. Parochos, & Ven. Societates Urbis, occaſione proceſſionum Funeralium, & partes habuiſſent recurſum ad Sacram Congregationem Concilii, hæc dubiis tunc porrectis dedit infraſcriptas Reſolutiones, videlicet.

DUBIA.

Primò, *An Archiconfraternitas poſſit in Funeralium Proceſſionibus erigere ſuam Crucem, quando Defuncti tumulandi deferuntur ad ipſius Eccleſiam, in qua Sepulturam elegerunt?*

Secundò, *An eadem Confraternitas poſſit ſuam Crucem erigere, tam per viam, quam in Eccleſia Parochiali, quando eſt invitata ad aſſociandum Cadaver, ſepeliendum in ipſa Eccleſia Parochiali.*

Tertiò, *An Capellanus ejuſdem Archiconfraternitatis indutus Cotta, & Stola poſſit, poſt abſolutum à Parocho Officium Funeris, in Eccleſia Parochiali unà cum Confratribus canere Pſalmos* Miſerere, & De profundis *cum aſperſione aquæ Benedictæ?*

Quartò

Digitized by Google

Quartò, *An poſſit Parochus Officium Funeris peragere in Eccleſia Archiconfraternitatis ſuper cadavere Defuncti in eadem Eccleſia tumulandi, etiamſi ſit Parochus, intra limites cujus Parochiæ Eccleſia Archiconfreternitatis eſt?*

RESPONSIONES.

Ad primum, *Præcedat Confraternitas, deindè Crux ejuſdem Eccleſiæ, deferenda per Clericum ipſius, poſtea ſequatur Clerus Regularis, & tandem Secularis.*

Ad ſecundum, *Negativè, tam in Eccleſiis, quam in Proceſſionibus Funeralibus, præſente Parocho.*

Ad tertium, & quartum, *Negativè.*

Quorum obſervantiam præcepit Eminentiſſimus Urbis Vicarius Gaſpar Card. Carpineus. *die Anno* 1698. *apud Impreſſorem Cameralem.*

Omnes tandem ſciant, ex *cap. Abolendæ de ſepulturis lib.* 3. *tit.*28. nullo modo eſſe licitum, ſed contra Criſtianæ pietatis officium, & per Ordinarios caſtigandum, quòd propter exactionem pecuniarum, ſeù mortuaria non ſoluta, defunctorum cadavera inhumata relinquantur.

FINIS TOMI PRIMI.